

A1

*[Faint handwritten text]*

De 1  
6-11

BIBLIOTHECA UNIVERSITARIA  
GRANADA



Q. ENNII. FRAGMENTA  
AB. HIERON. COLUMNA. CONQUISITA  
DISPOSITA. & EXPLICATA  
*inunc novis accessionib. locupletata, accurante Fr. Hesselio.*  
*In fine subnectuntur eadem Fragmenta pro ut a P. Merula*  
*olim sunt edita.*  
AMSTELÆDAMI apud WETSTENIOS 1710. cc. viii.

R. 1823

Q. ENNI  
POETAE VETUSTISSIMI  
FRAGMENTA  
QUAE SUPERSUNT

AB HIERON. COLUMNA  
CONQUISITA DISPOSITA ET EXPLICATA  
ad JOANNEM Filium.


Nunc ad editionem Neapolitanam clō lō xc. recusa  
*accurante*

FRANCISCO HESSELIO, I. C.  
& in Ill. Roterod. Athenaeo Hist. & Eloq. Prof.

*accedunt*

Praeter Eruditorum Virorum emendationes undique conquisitas;  
M. A. Delrii opiniones, nec non G. J. Voffii castigationes  
& notae in Fragmenta Tragoediarum Ennii;

*Ut & INDEX omnium verborum Ennianorum.*



AMSTELÆDAMI  
EX OFFICINA WETSTENIANĀ.

clō lō cc vii.

VIRO. ILLUSTRISSIMO  
FREDERICO. DE. HAMRATH  
REGIS. BORUSSIAE. OPT. MAX.  
MINISTRO. STATUS  
LIBELLORUM. SUPPLICUM. MAGISTRO  
SUPREMAE. POSSESSIONUM. TERRARUMQUE  
QUAE. SUNT. IN. DOMINIO. REGIS  
CURIAE. PRAESIDI. ETC.

QUOD. AB. INEUNTE. AETATE  
GENEROSAE. INDOLIS  
ET. ANIMI. AD. MAGNA. NATI  
LUCULENTA. DOCUMENTA. DEDIT.

QUOD. INGENIUM. ET. MORES  
IIS. ARTIBUS  
QUAE. AD. CAPESSENDAS. DIGNITATES  
IN. ILLUSTRIS. LOCO. POSITAS  
IN. PRIMIS. PERTINENT  
MIRIFICE. PERPOLIIT.

QUOD. LAUDABILITER. ET. FELICITER  
CONFECTIS. ITINERIBUS  
QUAE. AD. LINGUAS. EXCOLENDAS

ET. MATURANDOS. CIVILIS. PRUDENTIAE. FRUCTUS  
SUSCEPERAT  
IN. ITALIAM. IN. GALLIAM  
ET. IN. UTRIUSQUE. GERMANIAE. POPULOS  
PRAESTANTIORESQUE. AULAS. ET. URBES  
DOMUM. REDUX. FACTUS  
ET. OB. EXIMIAM  
QUAM. DE. SE. EXCITAVERAT. EXSPECTIONEM  
NEGOTIIS. ARCANIS. EXPEDIENDIS. ADMOTUS  
INTRA. PRIMORDIA. VIRILIS. AETATIS  
SENILIS. SAPIENTIAE. INSTAR  
REPRESENTAVIT.

QUOD. EUM. AUGUSTISSIMUS. HERUS.  
UT. EST. ADMIRABILIS. INGENIORUM. ET  
MERITORUM. EXISTIMATOR  
DIGNUM. ESSE. IUDICAVIT  
QUI. PAUCORUM. ANNORUM. SPATIO  
AD. ALTIORES. DIGNITATIS. ET. HONORUM. GRADUS  
ACCLAMANTIBUS. BONIS. OMNIBUS  
PERDUCERETUR.

QUOD. IN. ADMINISTRANDO  
LIBELLORUM. SUPPLICUM. MAGISTERIO  
QUUM. TOT. TANTORUMQUE. POPULORUM  
DESIDERIA  
AD. MITISSIMAS. ET. AEQUISSIMAS  
REGIS. OPTIMI. AURES

QUO-

QUOTIDIE. DEFERAT  
IUSSU. HERILI. AEQUE. AC. SUA. SPONTE  
VIDUARUM. ORPHANORUM. PAUPERUM  
ALIORUMQUE. FORTUNAE. INIURIA. AC  
TEMPORUM. DIRITATE  
AFFLICTORUM. HOMINUM  
RATIONEM. SEMPER. AC. IN. PRIMIS. DUXIT  
QUIN. ET. BONARUM. ARTIUM. STUDIA  
EORUMQUE. CULTORES  
ANNUENTE. DOMINO  
AUGUSTISSIMO. ILLO. HERCULE. MUSAGETE  
PERPETUO. RESPEXIT. AC. FOVIT.

QUOD. IN. RELIQUIS. PROVINCIIS  
IISQUE. LONGE. SPLENDIDISSIMIS. OBEUNDIS  
SUI. SEMPER. SIMILIS. EXISTIT  
QUUM. MAGNUS. ANIMUS  
NEC. METU. FRANGATUR  
NEC. CUPIDITATE  
SED. INVICTUM. SE. A. LABORE. PRAESTANS  
PRAETER. ID

QUOD. HONESTUM. EST. ET. DECORUM  
AC. GLORIAE. ET. UTILITATI  
AUGUSTISSIMI. ET. BENIGNISSIMI. REGIS  
CONSENTANEUM  
NIHIL. SPECTARE. CONSUEVERIT.

QUOD. DENIQUE. FIDE. AC. PIETATE  
ERGA. SUPERIORES

AMO-

AMORE. OFFICIIS. ET. CANDORE. ANIMI  
ERGA. AEQUALES  
BENEVOLENTIA. HUMANITATE. ET. BENIGNITATE  
IN. INFERIORES  
SUPERATA. INVIDIA  
CUM. SUA. IPSIUS. IMMORTALI. GLORIA  
NULLUM. NON. GENUS. HOMINUM  
SIBI. DEVINXERIT.

HAEC. POETARUM. LATINORUM. PATRIS  
FRAGMENTA  
HIERONYMI. COLUMNAE  
VIRI. QUONDAM. ILLUSTRISSIMI  
ERUDITISSIMIS. NOTIS. ILLUSTRATA  
PIETATIS. ET. HONORIS. CAUSSA.

L. M. Q.

D. D. D.

ILLUSTRISSIMO. NOMINI. EIUS.

DEVOTISSIMUS

HENRICUS WETSTENIUS.

FRANCISCUS HESSELIUS  
ERUDITO LECTORI

S. P. D.



Uantum vetustati licuerit in antiqua monumenta hominum ingeniosorum, neminem paullum modo humaniorem fugit. Inter scriptores, quibus hodie totis careremus, nisi aureis dictis illorum tanquam emblematis vermiculatis alii distinxissent opera sua, primas sine controversia tenet Q. ENNIUS; cujus pretiosissima Fragmenta congerere in unum locum commentariisque dilucidare vir natalium splendore perquam illustris *Hieronymus Columna* praecipue conatus est. Egregius iste labor in optimum atque antiquissimum poetam olim insumtus quum jam in eo esset ferme, ut intercideret, Henricus Wetstenius bibliopolarum optimus tantum nefas videre non potuit. Quid igitur iterata hac editione ab illo & me operis particeps sit praestitum, erudite Lector, paucis dabo.

Commentarii Columnae, qui singulos Ennii libros subsequantur, contextui subjecti sunt. Numeros capitum & cetera, quae margini haud satis commode obhaeserant, in commentarios recepi. Quidquid est M. Antonii Delrii opinionum, nec non G. J. Vossii castigationum & notarum, in extremo libri habes ad poetam mea cura accommodatum. Illuc accedunt doctorum virorum correctiones, quae apud Ennii, eorumque auctorum, unde Enniana collecta sunt, interpretes non ita erant obviae. Emendationes, quas nescio quis homo eruditus collectaneis veterum Tragicorum a Petro Scriverio in lucem editis sua manu alleverat, acceptas refer humanitati celeberrimi

\*\*

viri

## P R A E F A T I O.

viri T. Janszonii ab Almeloveen. Partem illarum maximam valde bonam esse, Musarum sacris initiati facile observabunt. Nonnullas fecus se habere atque oportebat, non diffiteor. Exempli gratia minime probo p. 168. in Ennii versu;

*Sol equis iter repressit unguleis volantibus.*

*equis iter* mutari in *equos ter*: quia haec mutatio evertit legem trochaei. Utinam p. 206. in hemistichio;

*anne ad Peliae filias?*

pro *Peliae* non substitutum fuisset *Pelei*: quod displicebit omnibus, qui Argonautica perlegerunt. Sic neque p. 212. v.

*Quis tu es mulier, quei me insueto nuncupasti nomine?*

*Quis* migrare in *quae* erat necesse: quod & Jureperitis cognitissimum est. vide sodes A. Corvini a Belderen commentarium ad leg. 1. tit. Dig. de verb. sign. Plures hujusmodi non necessarias emendationes in medium proferre & confutare superfedeo, ne Lectoris judicio diffidere videar. Hae atque aliae praestantissimo Scriverio indignae mihi videntur, quamvis manus à Scriveriana non multum abludat. Cogitaveram nonnihilo observationum Ennio adspargere; sed, quum in eruditorum virorum scriptis, quae ad institutum nostrum facerent, diligentius evolvendis, plus semel animadverterem, illos ante me mea dixisse, ea res, fateor, me male habuit. Huc adde, quod Ennium interpretari aleae plenum ab omni parte opus est, uti luculenter hoc unico specimine apparebit. Vir quidam apprime doctus mihi que amicissimus his melici poëtae ad Antiatem Fortunam verbis;

*Te spes, & albo rara fides colit  
Velata panno; nec comitem abnegat,  
Utcumque mutata potentes  
Veste domos inimica linquis.*

procul

## P R A E F A T I O.

procul dubio inductus in decantato poëtae nostri versu;

*O Fides alma, apta penneis, & jusjurandum Jovis.*

*apta penneis* in *operta pannis* verterat. Quid J. Scherpezelio familiari meo, clarissimo viro, rescripserit praelustris Graevius, cujus luctuosissima mors gravissimum vulnus rei litterariae nuper imposuit, audi. Ita ille; *In Ennii versu apud Ciceronem III. de Officiis c. 29. difficulter quidem explicabitur, cur fides poëtae dicatur pennata, si locus est sanus. Nam inniti potius firmissima basi debet fides, ne vacillet, quam alis ornari, quibus celeriter avolet ex animis hominum.* *Operta pannis tamen probare non possum, primo propter metrum, dein quia operta pannis esset pannosa, ut. anus annis & pannis obfita apud Comicum, & vix aliter in numero multitudinis hac voce utuntur Veteres. Panni enim sunt centones. Ennii versum sic quidam laudant; Alma Fides, a qua pendet jusjurandum Jovis. Sed in nullo meorum librorum, consului tamen optimos & antiquissimos, hanc lectionem reperi. Occasionem mihi ... conjectura dedit cogitandi, an non Ennius scripserit; O Fides, albo nupta panno, ut inde suum hausserit Horatius; Albo velata panno. Nupta panno, ut nubere faciem, &c.* Non abjiciam tamen Ennii recognoscendi consilium, simulac otium suppetet. Interim unam & alteram habeto animadversionem. Exemplis, quibus Columna p. 75. phrasin *facere facinus* confirmat, annumerari licet hoc Catulli epig. 82.

*Ab nescis, quod facinus facias?*

& illa scriptorum aliorum, quae Achilles Staius, Veronensis poëtae explicator undique conquisivit. Non illud demirandum est, qui Columna Lectores commonere neglexerit p. 270. Enniani Telephi dictum;

*Palam mutire plebejo piaculum est.*

\*\* 2

a Phae-



# P R A E F A T I O.

a Phaëdro pulcre usurpatum fuisse lib. iv. Fab. ult. vers. 34. quia tum temporis utilissimus ille scriptor nondum prodierat post renatas litteras. Neque memini interpretes annotare Suetonii locum Tit. cap. 7. *Amicos elegit, quibus etiam post eum Principes, ut sibi reipubl. necessariis, acquieverunt: praecipue sumptam sibi Berenicem statim ab Urbe dimisit invitum invitam.* apte quadrare ad hunc Ennii p. 258.

*sin est probus,*

*Cur talem invitum invitam cogis linguere?*

Nemo, Merulae commentarium ad Ennii Annales hic non comparere, mirabitur; qui noverit diversissimas ejus viri conjecturas, Ennianorumque Fragmentorum collocationes. Thuaneum de Columna nostro testimonium, quod unum instar omnium est, selegi. Huic adjungere potes notas Gallicas amplissimi viri Antonii Teissierii. Non est, quod fileam, mecum communicatum fuisse Fabii Columnae opusculum de purpura, primum Romae ab auctore, & iterum Kiliae a J. D. Majore cum ejusdem annotationibus editum; unde familia atque eruditio Columnarum illustrari quoque posset. Indicem omnium verborum, quae in Ennianis poematibus exstant, ornatissimo Wetstenio debemus. Haec habui, quae dicerem in praesenti. Tu, Lector erudite, coeptis meis adspira, & vale.

iv. Kal. Jun. Roterodami.

J. A. Thuanus. hist. lib. Lxxxiv.

CIO IO XXCVI.



*Ajore praeconio dicendus HIER. COLUMNA*  
*& ob gentis, cujus nomen praeferebat, claritudinem, quippe, qui a Pompejo Columna Cardinali, qui regni Neapolitani Prorex fuit, genus repeteret, & singularem eruditionem cum moribus suavissimis conjunctam, artam cum Jo. Matthaeo Aquaviva Hadrianensem Duce, viro ultra splendorem natalium egregia Scientiarum atque Astronomiae ac Musicae imprimis doctrina itidem illustri amicitiam coluit, & bis mille quingentorum voluminum bibliothecam instruxit, praeter statuas antiqui operis & numos, raraeque elegantiae picturis ornatam domum habuit, ac splendide vixit, in eoque splendore & otio multa elucubrasset dicitur, quippe utriusque linguae non trita cognitione praeditus: post elatam uxorem etiam Linguae Sanctae operam dedit, & cum Sacris initiari cuperet, jam Episcopus designatus ex malo calculi praemature III. Non. April. hoc anno aetatis suae LIIII. Neapoli decessit, ad B. Virginis in monumentum majorum illatus. Q. ENNII Fragmenta collegit, disposuit, explicuit, quae Joannes filius quadriennio post parentis obitum publicavit, fidem apud posteritatem factura, quid a tanto Viro expectandum fuerit, si diuturniorem ei vitam Deus annuisset. Praeter Joannem ex conjugis dilectissima Pompejum honoribus quibusdam in aula Romana defunctum reliquit, ac postremo & Fabium, qui in naturali historia industriam suam hodie exercet, scriptis in eo genere aliquot jam editis, & majore in posterum spe excitata.*

J. A.

\*\* 3

IN

# IN FRAGMENTA OPERUM

## Q. ENNI I,

Commentariis Hieronymi Columnae illustrata,  
quae feliciter recentavit

*Vir Clarissimus*

FRANCISCUS HESSELIUS.

**Q**uincte pater, triplici accipimus quem corde fuisse;  
Maeonide saeculi prodigiose tui;  
Pave Samo; veterem Euphorbi mentite figuram;  
Pythagora in formas saepe renate novas;  
O utinam posses post ultima fata renasci,  
Atque animi ingentes promere divitias!  
Qualem Sardois miratus Porcius agris  
Mutavit Latio verba Pelasga sono.  
Qualem Scipiades fracta Carthagine victor  
Audiit heroa grande sonare tuba;  
Aut gravis orchestrae quatientem pulpita versu,  
Quantus in Aeschyleo spiritus ore tonat.  
Aut foccum tentare, & inexpectata Latinis  
Auribus indocili reddere verba modo.  
Et Satyros nudare leves, Faunosque procaces:  
Et condire novo seria prisca sale.  
Et Siculum Latiae monstrare Euhemeron Urbi,  
Unde suos novit fabula Graja Deos.  
O utinam! nunc te lacerum crudeliter ora,  
Nunc mutilum cunctis artubus adspicimus.  
Quis putet hoc? Enni tanto de corpore pauca  
Frustra, Vetustatis dente peresa, jacent:  
Foeda situ, & longa tabentia frustra senecta,  
Vix tenues magnis Manibus inferiae.

Atque

Atque equidem dudum periisses funditus omnis,  
Ni pia discerpto dextra tulisset opem.  
Dextera magnanimi numquam reticenda Columnae,  
Maximus Euboicae nobilitatis honos.  
Clare Columna, Columna rei stator alme Latinae,  
Lucida Pierii gemma, Columna, chori;  
Per te stat Rudiis decus & sua fama Camenis;  
Tu cineres, sancti tu legis ossa fenis.  
Tu male disiectos artus divolsaque membra  
Artifici nexu jungere certus ades.  
Sic quondam Hippolytum pavidi per curva jugales  
Litora in Actaeis diripuerunt jugis.  
Illum autem proles Paeania, amorque Dianae  
Incolumem a leti limine restituit.  
Et nunc Indigetes inter, non numine ficto,  
Albano colitur Virbius ipse lacu.  
Macte animi, Vir magne, aeterni macte laboris.  
Nil, te si cupiat laedere, livor aget.  
Et tamen ista tuae benefacta industria curae  
(Heu facinus!) coepit rodere tempus edax.  
Rara tui sudoris erant monumenta; nec usquam  
Parebat doctae sedulitatis opus.  
Vix licuit cupidis Clariae cultoribus artis  
Usurpare oculis teque, tuamque manum.  
Si quis eras, (ubi eras haud inveniende?) premebat  
Invida te caeco bibliotheca sinu.  
Non tulit hoc virtus Hesselia, teque tenebris  
Ereptum luci restituit Latiae.  
Et pugnatricem vivaci carmine Musam,  
Et laudes voluit perpetuare tuas.  
Gaude, si quid amas virtutem, magne Columna:  
Adferata est operi vitaque luxque tuo.  
Quidquid longinqui detrivit temporis aetas,  
Reddidit Hesseli nunc pia cura mei.

Hes-

Hesseli pia cura mei, quem baccare pura  
Lustratum Orchomeni lavit in amne Charis.  
Cui Venus ex alto nascenti risit Olympo,  
Et sua certatim dona dedere Deae.  
Floreat, ut dignum est, & longa laude fruatur  
Hesseli pietas officiosa mei!  
Ipse Senex juvenes rursus induat Ennius annos;  
Et tu de tumulo plaude, Columna, tuo!

JANUS BROUKHUSIUS.

---

IN  
Q. ENNII FRAGMENTA

cum Animadversionibus

HIERONYMI COLUMNAE

denuo in lucem producta

a V. CL.

FRANCISCO HESSELIO.

**S**Alve sancte pater: vitam laetata recentem  
Gratatur reduci postera turba tibi.  
ENNI sancte pater salve: salve alter Homere,  
Aonio vates semper amate Deo.  
Tu primus Pindi carpens de vertice lauros  
Cinxisti lauri fronde virente comas.  
Inde vetustatis nactum praeconia canae  
Sustulit auratis candida fama rotis.  
Inde tuos servans cursus Maro, quaque praecires,  
Te duce divinos edidit ore sonos.  
Sed te tempus edax morfu discerpit iniquo,  
Disperfit variis & tua membra locis.

Vidit

Vidit & ingemuit docti mens alta Columnae,  
Et sparfit lacrimis fragmina lecta suis.  
Sic olim Aetes crudeli morte peremti  
Collegit nati frigida membra sui.  
Sic olim Hippolyti, quem vivere fero volebat,  
Infelix flevit tristia fata pater.  
Hinc toto haec secum volventi pectore damna,  
Qua potuit, tibi te reddere cura fuit.  
Agnovit doctum mox Itala terra laborem,  
Laudibus & magnum vexit in astra virum.  
Nunc Batavos etiam ditavit munere tanto  
Aonio Hesselius carus & ipse Deo.  
Te labor, Hesseli, studiis excolte probatis,  
Nec fastiditis annumerate viris,  
Te labor ille decet. Aude contemnere ronchos.  
Non poterit meritis livor obesse tuis.

DAVID HOOGSTRATANUS.

---

MANIBUS ENNIANIS.

**E**NNI, maxima lux Rudiarum; jugis aquae fons,  
Quo Maro prae cunctis proluit ora sibi,  
Quum cecinit Trojam perjuri fraude Sinonis  
Eversam, & variis arva colenda modis:  
Haud Anchisiades tanto moerore nefanda  
Est contemplatus vulnera Deiphobi;  
Aut membra Absyrti, varias quae Colchis in oras  
Sparferat, a patrio Phaside missa cohors;  
Aut Phoebi Nymphaeque Coronidos alma propago  
Innumeris truncum partibus Hippolytum:  
Quanto egomet tua scripta aevum spirantia priscum  
Fatis usa parum mollibus, intueor.

\* \*  
\*

Nil

Nil igitur quem victorem vocat Africa de se  
 In caelum versu, Quinte, vocasse tuo;  
 Nil Siculos vertisse Euhemeron ac Epicharmon,  
 Quos ignorarat natio dura Remi;  
 Nil, quod ad ingenuum faciat, docuisse, palatum,  
 Et quo diversae pisce natentur aquae;  
 Nil celebrasse insurgentis primordia Romae,  
 Et grave Mavortis cuncta metentis opus;  
 Nil, foetocoque levi, tragicoque dedisse cothurno  
 Carmina; nil Urbem defricuisse sale;  
 Nil alia effecisse viris vix cognita doctis,  
 Profuit? O ingens temporis asperitas!  
 Quae nos, qui sequimur non aequis passibus, olim  
 Sors manet? Ah totos obruet atra dies!  
 Providit Varro, quadam ut pro parte superfis,  
 Et primus Latio Tullius eloquio,  
 Atque alii numero pauci, quibus Anna Perenna  
 Sustinuit melius quam tibi consulere.  
 Fragmina cum primis collegit nava Columnae,  
 Quae Musis statuit tot monumenta, manus.  
 Ne quid & istam operam posset temerare vetustas,  
 Wetstenii cavit provida cura mei.  
 Ipse ego quod potui, largitus sum, pater. Esto  
 Non ingrata tuis manibus haec pietas.  
 Sic te per nemus Elysium comitetur ubique  
 Scipiades, & cum Nobiliore Cato.  
 Sic te turba poëtarum creberrima stipet,  
 Et laudes dempto fine tuas recinat.  
 Sic avidus legat ad superos tua carmina lector,  
 Et Clario semper sis in honore choro.

FRANCISCUS HESSELIUS.

Q. E N N I I  
 POETAE VETUSTISSIMI  
 FRAGMENTA,  
 QUAE SUPERSUNT,  
 AB HIERON. COLUMNA  
 CONQUISITA DISPOSITA ET EXPLICATA  
 ad JOANNEM Filium.

Edita Neapoli ex typographia Horatii Salviani clō Io xc.



# E L E N C H U S

## FRAGMENTORUM Q. ENNII.

In primo Tomo continentur			
<b>RELIQUIAE</b>			
<i>Annalium.</i>	pag. 1.	<i>Dulorestis,</i>	254
	In secundo	<i>Erechthei,</i>	255
<i>Phagetorum,</i>	155	<i>Cresphontis,</i>	258
<i>Epigrammatum,</i>	161	<i>Athamantis,</i>	264
<i>Scipionis,</i>	166	<i>Andromedae,</i>	266
<i>Epicharmi,</i>	172	<i>Telephi,</i>	270
<i>Afoti,</i>	184	<i>Thyestis,</i>	273
<i>Satyrarum,</i>	186	<i>Phoenicis,</i>	277
<i>Protreptici,</i>	191	<i>Melanippes,</i>	279
<i>Praeceptorum.</i>	192	<i>Alcmaeonis,</i>	282
	In tertio	<i>Cressarum,</i>	286
	<i>Tragoediarum.</i>	<i>Alcesidis,</i>	288
<i>Medeae,</i>	197	<i>Nemeae,</i>	289
<i>Iphigeniae,</i>	213	<i>Ilionae, sive Polydori.</i>	290
<i>Achillis,</i>	218	<i>Comoediarum.</i>	
<i>Ajaxis,</i>	221	<i>Amphitrasionis,</i>	293
<i>Telamonis,</i>	222	<i>Ambraciae,</i>	295
<i>Hectoris Iustrorum,</i>	227	<i>Pancratiastae,</i>	296
<i>Alexandri,</i>	230	<i>Item incertarum Tragoediarum, &amp;</i>	
<i>Andromaches,</i>	234	<i>Comoediarum.</i>	297
<i>Hecubae,</i>	242	In quarto	
<i>Eumenidum,</i>	251	<i>Euemeri, sive Sacrae historiae</i>	315
		<i>Minutiora quaedam Fragmenta, quae</i>	
		<i>incertum prorsus fuit, quonam re-</i>	
		<i>ferenda essent.</i>	326

Lectorem hic monendum duximus, numeros illos, quos paginarum margini adscripsimus, indicare paginas editionis principis, Neapoli editae, quae quum sola hactenus exstiterit, atque doctis multoties citetur, nos hac ratione tuo commodo consulere volumus, ne molestus nimis tibi redderetur inquirendi labor, si quandoque hoc aut illud investigare volueris.

HIE-

# HIERONYMUS COLUMNA

## JOANNI FILIO S.



Um dolori, Joannes fili, quo gravissimè ex immaturo Matris tuae obitu affligebar, neque modus inveniretur, neque mihi in tanta calamitate se res offerret ulla, quae aliqua saltem ex parte eum immi-neret; id tandem consilii capere vi-  
sum est, ut gravioribus studiis intermis-  
sis, animum ad mansuetiores Musas, quibus magnopere ab ineunte aetate fueram delectatus, re-  
vocarem. Quam instituti mei rationem non mediocriter au-  
xit tua paternae propensionis aemulatio. Videbam enim te  
incredibili quodam desiderio flagrantem, veteres Latinae lin-  
guae Scriptores perquirendi, atque adèdè pernoscenti. Itaque  
cùm primùm potui, tanquam in portum aliquem, contuli me  
in Bibliothecam, atque, ut uno tempore, & hujusmodi stu-  
diorum oblectatione animum molestia, aegritudineque leva-  
rem, & tibi tua sponte currenti calcaria adderem, evolvere  
coepi quicquid olim veterum Poëtarum fragmentorum ex anti-  
quis Grammaticis collegeram; primumque fato nescio quo En-  
nii patris occurrerunt: quae simulatque tibi in manus tradidi,  
eaeque summis, ut ajunt, labiis delibasti, captus germana illa  
eloquentia, & nativo Romani sermonis candore, vehementer  
ingemisti, quòd tam pauca ex tam magni poëtae monumen-  
tis reliqua superessent. Ac illud potissimùm me in magnam tui  
expectationem adduxit, quòd qualis quantusque ille fuerit, ex  
paucis reliquiis, tanquam leonem ex unguibus, judicasti.  
Quare existimans gratissimum me tibi facturum, conatus sum  
quoad ejus fieri potuit, ea fragmenta, quae à proprio veluti  
corpore sejuncta, & minutissimas in partes discerpta in veterum  
monumentis inveneram, in ordinem digerere, & poëseos ve-

## HIER. COLUMNAE

luti formam conficere, ut aliquam ipsius Ennii imaginem, vel saltem imaginis umbram tibi ante oculos constituerem. Et quamvis prospicerem, quantum difficultatis, atque laboris hujusmodi res esset habitura, cum praesertim multa ab Antiquis incerta, nulla nec Auctoris, nec operis facta mentione referantur, ut passim nobis, aut conjectura, aut divinatione agendum fuerit: tamen tua causa omnia mihi facillima, ac prope modum explicata visa sunt. Quantum denique operae dederim, ut depravata emendarem, carmina in numeros redigerem, verbum carmini, carmen loco, locum libro, librum operi restituerem, commemoratione nihil opus est. Quod si minus assequutus sum, illud tamen communi omnium consensu nobis concedi oportet, labore nostro esse factum, ut tam nobili Auctore, quamvis mutilo Latina Bibliotheca non modò augetur, sed etiam illustraretur. Ut autem undique haec Ennii scripta speciem illam venerandae vetustatis redolerent, studui diligenter ex veteribus inscriptionibus veterem scribendi rationem temporum longinquitate exoletam restituere. Addidi praeterea commentarios, quibus explicavi ea, quae suspicatus sum, tibi id aetatis esse obscuriora. Atque in hac quidem parte veniam mihi dari ab iis peto, si qui erunt, qui novitatis studio allecti eos aliquando sumpserint in manus, sicubi longiores fuimus, si interdum etiam ad minutiora quaedam, & humiliora descendimus. Illius enim rei potissimum à me ratio habita est, ut tibi, tuisque studiis consulerem; daremque operam, ut à te omnia quàm minimo labore intelligerentur. Auctores etiam saepe cum Graecos, tum Latinos cum Auctore nostro contuli, ut non semper verba interpretari, sed quandoque sententias expendere, & de re ipsa aliquid statuere videremur. Graeca, quae proferri accidit enarrando, feci Latina ferè semper, sed alibi sententiam tantum expressi, alibi verba, alibi pari tractu orationis, alibi paucis multa contraxi, quibus modis exerceri te velim in convertendo. Nam quicquid hoc est, quod in praesentia, Fili, ad te mitto, praecipuè

## PRAEFATIO.

cipuè ea causa mitto, ut habeas in quo te exerceas, ac paternis inhaerens vestigiis, longè aliquid majus aliquando praestes. Etenim si mutae majorum nostrorum imagines solent nos ad illorum imitationem excitare, erit tibi profectò loquens imago Patris tui, quam in hoc libro cernes, aliquis veluti stimulus, quo incitatus, per spatiosissimos gloriae campos currens ad exoptatam metam pervenire maturius possis. Ennium autem ipsum impensius coles, si memoria repetes, hunc illum esse, qui Musas primùm in Italiam deduxit; quo Africanus, neque vivus, neque mortuus carere potuit; qui denique si non fuisset, Virgilium quidem tantum non haberemus. Accipe igitur à Patre munus, & lege libenter: & si quando otium nacti erimus, quo scis quam parum abundamus, majora à nobis expectato. Vale, mi Fili, & indoli tuae faveat Deus, ut mihi, tuisque omnibus pro familiae dignitate respondeas.

DE

## D E E N N I O

## Doctor. Viror. Auctoritates, &amp; Testimonia.

*Terentius in prologo Andriae.*

Qui cùm hunc accusant, Naevium, Plautum, Ennium  
Accusant, quos hic noster auctores habet.

*Lucilius Epistola.*

Item quaevis non magna pars, poëma est illa. Poësis opus totum, totaque  
illa summa est una *θέσις*, ut Annalis Ennii.

*Cicero Acad. quaestionum lib. 1.*

Quid enim causae est, cur poëtas Latinos Graecis litteris eruditi legant,  
Philosophos non legant? An quia delectat Ennius, Pacuvius, Attius, multi  
alii, qui non verba, sed vim Graecorum expresserunt Poëtarum?

*Idem libro 1. de Firmibus.*

Quis enim tam inimicus poenè nomini Romano, qui Ennii Medeam, aut  
Antiopam Pacuvii spernat, aut rejiciat? Qui se iisdem Euripidis tabulis de-  
lectari dicat, Latinas litteras oderit?

*Idem lib. 2. de Nat. Deor.*

Hoc qui existimant fieri potuisse, non intelligo, cur idem putet, si innume-  
rabiles unius, & viginti formae litterarum vel aureae, vel quales libet, aliquò  
conjiciantur, posse ex his in terram excussis Annales Ennii, ut deinceps legi pos-  
sint, effici: quod nescio ane in uno quidem versu possit tantum valere fortuna.

*Idem lib. 1. de Oratore.*

Sed post animadverti hoc esse in hoc vitii, quod ea verba, quae maximè  
cujusque rei propria, quaeque essent ornatissima atque optima occupasset aut  
Ennius, si ad ejus versus me exercerem, aut Gracchus, si ejus orationem mihi  
fortè proposuissem, ita si iisdem verbis uterer, nihil prodesse, si aliis, etiam  
obesse, cùm minus idoneis uti consuescerem.

*Idem lib. 3.*

Atque id primùm in Poëtis cerni licet, quibus est proxima cognatio cum  
Oratoribus, quàm sint inter sese Ennius, Pacuvius, Attiusque dissimiles;  
III. quàm apud Graecos Aeschylus, Sophocles, Euripides: quamque omnibus par  
paenè laus in dissimili scribendè genere tribuatur.

*Idem in Oratore.*

Sed in omni re difficillimum est, formam (qui *χαρακτήρ* Graecè dicitur)  
exponere optimi: quod aliis aliud videtur optimum. Ennio delector, ait  
quispiam quòd non discedit à communi more verborum. Pacuvio inquit alius,  
omnes apud hunc ornati, elaboratique sunt versus: multò apud alterum ne-  
gligentius. Fac alium Atrio: varia enim sunt judicia, ut in Graecis, nec fa-  
cilis explicatio, quae forma maximè excellat.

*Idem de opt. gen. Orat.*

Nec Andromacham igitur, aut Antiopam, aut Epigonos Latinos recipiunt,  
sed tamen Ennium, & Pacuvium, & Attium potius, quàm Euripidem, &  
Sophoclem legant.

*Auctor**Auctor ad Herennium lib. 4.*

Etenim cùm possimus ab Ennio sumptum, aut à Graccho ponere exem-  
plum, videtur esse arrogantia illa relinquere, & ad sua devenire.

*Idem paulò post.*

Ita ut si de Tragoediis Ennii velis sententias eligere, aut de Pacuvianis perio-  
dos: sed quia planè rudis id facere nemo poterit, cùm feceris, te litteratissimum  
putes, ineptus sis, propterea quòd id facillè faciat quivis mediocriter litteratus.

*Horatius Poëtica.*

---- ego cur acquirere pauca

Si possum invideor? cùm lingua Catonis, & Enni  
Sermonem patrium ditaverit; & nova rerum  
Nomina protulerit?

*Idem ibidem.*

---- &amp; Enni

In scenam missos magno cum pondere versus,  
Aut operae celeris nimium, curaque carentis,  
Aut ignoratae premit artis crimine turpi.

*Ovidius lib. 1. Amor. eleg. 15.*

Ennius arte carens, animosique Attius oris,  
Casurum nullo tempore nomen habet.

*Idem lib. 2. Trist.*

Utque suo Martem cecinit gravis Ennius ore,  
Ennius ingenio maximus, arte rudis.

*Idem ibidem.*

Sumpserit Annales, nihil est hirsutius illis,  
Facta sit unde parens Iliad, nempè leget.

*Propertius lib. 3. eleg. 2.*

Parvaeque tam magnis admoram fontibus ora,  
Unde pater sitiens Ennius ante bibit:

Et cecinit Curios fratres, & Horatia pila,  
Regiaque Aemilia victa trophaca rate:

Victricesque moras Fabii, pugnamque sinistram  
Cannensem, & versus ad pia vota Deos:

Hannibalemque lares Romana fede fugantes,  
Anseris & tutum voce fuisse Jovem.

*Idem libro 4. eleg. 1.*

Ennius hirsuta cingat sua dicta corona.

*AElianus apud Suidam.**Εννιον ἑπιαινεῖν ἀξιον.**Quintilianus lib. 10. cap. 1.*

Ennium sicut sacros vetustate lucos adoremus, in quibus grandia, & anti-  
qua robora jam non tantam habent speciem, quantam religionem.

*Macrobius lib. 1. Satur. cap. 4.*

Ennius enim, nisi cui videtur inter nostrae aetatis politiones munditia re-  
spuendus.

*Idem lib. 6. cap. 3.*

Nemo ex hoc viles putet veteres poëtas, quòd versus eorum scabri nobis  
videntur. Ille enim stylus Enniani saeculi auribus solus placebat; & diu la-  
boravit aetas sequuta, ut magis huic molliori stylo acquiesceretur.

\* \* \*

*Idem*

# HISTORIA AB ANNALI

in quo differat.

Cicero libro 2. de Oratore.

**A**Ge verò, inquit Antonius, qualis Oratoris, & quanti hominis in dicendo putas esse historiam scribere? Si, ut Graeci scripserunt, summi, inquit Catulus; si, ut nostri, nihil opus est Oratore: satis est non esse mendacem. Atqui ne nostros contempnas, inquit Antonius, Graeci quoque ipsi sic initio scriptitarunt, ut noster Cato, ut Pictor, ut Piso. Erat enim historia nihil aliud, nisi Annalium confectio; cuius rei memoriaeque publicae retinendae causa, ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mutium Pont. Max. res omnes singulorum annorum mandabat litteris Pont. Max. efferebatque in album, & proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi, hique etiam nunc Annales maximi nominantur. Hanc similitudinem scribendi multi sequuti sunt, qui sine ullis ornamentis monumenta solum temporum, hominum, locorum, gestarumque rerum reliquerunt. Itaque qualis apud Graecos Phercydes, Helanicus, Acusilaus fuit, alique permulti, talis noster Cato, & Pictor, & Piso, qui neque tenent, quibus rebus ornetur oratio (modò enim huc ista sunt importata) & dum intelligatur, quid dicant, unam dicendi laudem putant esse breviter.

Agellius lib. 5. c. 18.

Historiam ab Annalibus quidam differre eo putant, quod cum utrumque sit rerum gestarum narratio, earum tamen proprie rerum sit historia, quibus rebus gerendis interfuerit is, qui narret. Eamque esse opinionem quorundam, Verrius Flaccus refert in libro de significatione verborum quarto. Ac se quidem dubitare super ea re dicit. Possè autem videri potest, non nihil esse rationis in ea opinione, quòd historia Graecè significat rerum cognitionem praesentium. Sed nos audire soliti sumus, Annales omnino id esse, quod historiae sint; historias non omnino id esse, quod Annales sint. Sicuti quod est homo, id necessario animal esse, quod est animal, non id necesse est hominem esse. Ita historias quidem esse ajunt rerum gestarum, vel expositionem, vel demonstrationem, vel quo alio nomine id dicendum est. Annales verò esse, cum res gestae plurimum annorum, observato cuiusque anni ordine, deinceps componuntur. Cum verò non per annos, sed per dies singulos res gestae scribuntur, ea historia Graeco vocabulo ἐφημερίς dicitur. Cuius Latinum interpretamentum scri-

\* \* \* 2

Idem libro eodem cap. 9.

Nam quia saeculum nostrum ab Ennio, & omni bibliotheca vetere defecit, multa ignoramus, quae non laterent, si veterum lectio nobis esset familiaris.

Agellius l. 4. cap. 7.

Valerius Probus Grammaticus inter suam aetatem praestanti scientia fuit. Is Annibalem, Asdrubalem, & Hamilcarem ita pronunciabat, ut penultimam circumflecteret; ut est in epistola ejus scripta ad Marcellum, in qua Plautum & Ennium, multosque alios veteres eo modo pronunciaffe affirmat.

Seneca apud eundem lib. 12. c. 2.

Quidam sunt tam magni sensus Q. Ennii, ut licet scripti sint inter hircos, possunt tamen inter unguentatos placere.

Idem lib. 8. Epist.

Non id ago nunc hac diligentia, ut ostendam, quantum tempus apud Grammaticum perdiderim; sed ut ex hoc intelligas, quantum apud Ennium, & Attium verborum situs occupaverit: cum apud hunc quoque, qui quotidie excutitur, aliqua nobis subducta sint.

Idem lib. 3. de Ira.

Non aequis quendam oculis vidisti, qui de ingenio tuo malè loquutus est. Recipis hanc legem? Ergo te Ennius, quo non delectaris, odisset; & Hortensius similtates tibi indiceret; & Cicero, si derideres carmina ejus, inimicus esset?

Acron Horatii interpret.

Attius, & Ennius legem metri in fabulis minimè servaverunt. Nam quosdam versus longiores habent.

Anticlaudianus.

Illic pannofo plebescit carmine noster

Ennius ----

Nonius in Poësis, & Poëma. Poësis est perpetuum argumentum, & rhythmus, ut Ilias Homeri, & Annales Ennii.

Isidorus lib. 9. Etym. c. 1.

Romana lingua est, quae post Reges exactos à Populo Romano caepta est; quam Naevius, Plautus, Ennius, Virgilius, poëtae; & ex oratoribus Gracchus, Cato, & Cicero, vel caeteri Oratores, & Poëtae effuderunt.

Idem lib. 1. c. 38.

Hexametros autem Latinos primùm fecisse Ennius tradit, eosque longos vocat.

Idem paullo post agens de metro Elegiaco. Hoc autem vix omnino constat, à quo sit inventum, nisi quia apud nos Ennius eo prior usus est.

Codrus Urceus.

Non versus Enni difficilis placet.

Julius Caesar Scaliger de Ennio.

Pande sinus, age, nec linguae te subtrahe nostrae,

Pande Helicon; purae solvite sacra Deae.

Tantus amor vestri, tantae proba gloria laudis:

Vix alius vestras ut mereatur opes.

Magne fenex, cui torva gravi sonat horrida cantu

Buccina, bellaci cum crepat hasta manu:

Dic Romae, dic Phoebigenis, te huic condere vitam,

His donare sacrae femina magna tubae.

HISTO-

ptum



ptum est in libro Sempronii Asellionis primo. Ex quo libro plura verba adscriptimus, ut simul ibidem, quid ipse inter res gestas, & Annales esse dixerit, ostenderemus. Verum inter eos, inquit, qui Annales relinquere voluissent, & eos qui res gestas à Romanis perscribere conati essent, omnium rerum hoc interfuit. Annales libri tantummodo, quod factum quoque anno gestumve sit, id demonstrabant. Id eorum est, quasi qui diarium scribunt, quam Graeci ἐφημερίδα vocant, nobis non modo satis esse video, quod factum esset id pronuntiare, sed etiam quo consilio, quaque ratione gesta essent, demonstrare. Paulo post idem Asellio in eodem libro. Nam neque alacriores ad Remp. defendendam, neque segniore ad rem perperam faciendam Annales libri commovere quicquam possunt. Scribere autem bellum quo initum Consule, & quo modo confectum sit, & quis triumphans introierit, exque eo libro, quae eo in bello gesta sint, iterare; non praedicare autem interea quid Senatus decreverit, aut quae lex rogatione lata sit, neque quibus consiliis ea gesta sint: id fabulas pueris est narrare, non historias scribere.

Servius supra 1. Aeneidos.

Inter Annales, & historiam hoc interest. Historia est eorum temporum, quae vel vidimus, vel videre potuimus, dicta ἀπὸ τοῦ ἰσοπέθου, id est videre. Annales vero sunt eorum annorum, & temporum, quae aetas nostra non novit; unde Livius ex annalibus, & historia constat. Haec tamen confunduntur licenter, ut hoc loco pro historia inquit annales.

Praecipui Annalium Rom. Scriptores.

Livius Andronicus primus versibus Romanorum res gestas complexus est libris XVIII. deinde Ennius, Attius, Hosilius, Furius Antias, Cornelius Severus. Soluta verò oratione Fabius Pictor, L. Calpurnius Piso, Fannius, Aelius Tubero, Libo, Cn. Gellius, Cn. Velleius, M. Cato, Atticus, Licinius Macer, Claudius Quadrigarius, Caelius, Cassius Hemina, Fenestella, Posthumus Albinus, Tanusius.

## Q. ENNII

# Q. ENNII VITA III

## HIERONYMO COLUMNA

### AUCTORE.



ENNII, quem M. Cicero [de opt. gen. Orat.] summi Epici Poëtae, & M. Varro Musarum discipuli praeconio honestarunt, vitam scripturus, operae pretium existimavi, primum ea persequi, quae ad illius patriam, genus, mores, omnemque vitae progressum pertinent; deinde dicendi genera, figuras, caeteraque poëtica pigmenta, quibus mirificè suas lucubrationes exornavit; ac denique nonnulla attingere, ex quibus quantum ille in omni scientiarum genere praefluerit, perspectum omnibus, ac cognitum esse possit. Hujus igitur patria, ut ab ea ordiamur, quae antiquior patrens est, Rudiae fuerunt, quas Ptolemaeus lib. 6. *Podia* appellavit, Hermodolus Byzantius in iis, quae ex Stephano collegit, *Podas*, Strabo *Podas*, quam Graecam urbem, ac Ennii patriam fuisse, tradidit. Hoc idem à Mela Pomponio lib. 2. comprobatur, & à Silio lib. 12. qui de Ennio loquens ait,

--- Rudiae genere vetustae:

Nunc Rudiae solo memorabile nomen alumno.

Inde Cicero pro Arch. eum Rudium appellavit, & Rudinum Aufonius in Monosyl.

Unde Rudinus ait, *divinam domus altisonum cael.*

Quin & ipsemet Ennius, postquam fuit Romana civitate donatus, de se ipso cecinit,

Nos sumus Romanei, qui fuimus ante Rudinei.

Fuerunt autem Rudiae Lupiis finitimae, à quibus, ut ab indigenis accepimus, minus duobus M. passuum aberant. Quod etiam quodammodo videtur innuere Strabo lib. 6. cum utranque urbem inter Messapiae isthmi mediterraneas commemoret. Duabus his Civitatibus unus olim populus fuisse fertur; quemadmodum de Neapoli, & Palaepoli proditum est. Cujus quidem rei testis verus, ac praefens esse potest subterranea quaedam specus, quae IX inter Rudiarum vestigia, & Lupias visitur, qua in bellorum periculis, ut in sua Japygia scribit Galateus, altera urbs alteri mutua praestabat auxilia. Quo verò tempore, & à quibus Rudiae dirutae, ac solo penitus aequatae fuerint, non satis constat: sed fama est, eos, qui ex illarum excidio servari potuerunt, ad Lupientes confugisse, à quibus non modò perhumaniter recepti sunt, verum etiam quarta civitatis parte donati; quam de suo nomine, quod hactenus retinet, Rudianam appellarunt. Contrà verò Tarentini Ennium sibi civem vendicant tum Eusebii in Chron. auctoritate, tum etiam re quasi per

per manus tradita. Non longè enim à Tarento XII. millia passuum lateritias moles, aggeres, rudera, bulta fœtilibus vasculis ac ossibus plena ostendunt, ubi quondam Rudias fuisse affirmant, quae hodie quasi antiquum nomen servantes Ruscae appellantur. Nec quidem Eusebium latuit, quamvis Tarentinum Ennium fuisse dixerit, eum Rudias esse ortum. Nam cum eodem volumine testatum reliquerit, quosdam asserere illius ossa ex Janiculo Rudias esse translata, videtur innuere eum cum gentilibus suis in patria sepeliri voluisse. Nec absque ratione Tarentinum fuisse prodidit; nam illius civitatis fama ob bellicam virtutem, amplissimasque fortunas adeo increbuerat, ut sua nominis celebritate propin quarum urbium nomina obscuraret. Qua etiam ratione Achilles cum re vera Phthius fuerit, tanquam celebriori loco ortus Larissæus dictus est. Ora autem, in qua Rudiae, sive hae Tarentinae, sive illae Lupis proximae fuerint, ab initio à Peucetio, Oenotri fratre, Peucetia appellata fuit: deinde verò communi denominatione Japygia, Salentina, Messapia; unde Ennius apud Suidam poeta Messapius dictus est: cuius parentes qui fuerint, profus ignoratur. Servius tamen in explicatione illius Maronis loci lib. 7.

*At Messapus equitum dominator Neptunia proles,*  
refert Ennium iactare solitum, se ex Messapo Neptuni filio esse oriundum. Quod etiam Silii auctoritate comprobatur lib. 12.

*Ennius antiqua Messapi ab origine Regis.*

Hic Messapus, qui, ut Poëtae commenti sunt, invulnerabilis habitus est, ex Euboea in Italiam demigrans, regionem, in qua confederat, de suo nomine Messapiam appellavit. Haec, ut Nicander ait in libro II. τῶν ἑσπεριουμένων, à Tarento porrigitur usque ad extremam Italiae oram, ubi Brundisium positum est: quae mox ut à Licinio, & Isidoro lib. 15. c. 1. traditum est, mutato nomine Calabria nuncupata fuit: unde ab Ovidio lib. 3. de Art. aman. dictum est, Ennium in Calabria montibus esse ortum; & ab Horatio lib. 4. carm. ode 8. Calabriae Pierides. Natus est anno ab Urbe condita decimoquarto supra quingentesimum, Q. Valerio, & C. Mamilio Coss. ut in libro I. de Poëtis à M. Varrone traditum est, & à Cicerone in Bruto his verbis comprobatur, *Atque hic Livius, qui primus fabulam, C. Clodio Caeci filio, & M. Tuditano Coss. docuit, anno ipso antequam natus est Ennius; post Romam conditam autem ccccex, ut hic ait, quem nos sequimur. Est enim inter Scriptores de numero annorum controversia. Attius autem à Q. Max. quintum Consule captum Tarento scripsit Livium, annis xxx, postquam eum fabulam docuisse & Atticus scribit, & nos in antiquis commentariis invenimus. Docuisse autem fabulam annis post XI, C. Cornelio, Q. Minucio Coss. ludis Juventatis, quos Salinator Senensi praelio voverat. In quo tantus error Attii fuit, ut his Coss. XL. annos natus Ennius fuerit: cui cum aequalis fuerit Livius, minor fuit aliquanto is, qui primus fabulam dedit, quam ii, qui multas docuerunt ante hos Coss. & Plautus, & Naevius. Quod paucioribus rursus repetit in I. Tusculana, Annis ferè ccccex post Romam conditam Livius fabulam dedit, C. Clodio Caeci F. M. Tuditano Coss. anno ante natum Ennium, qui fuit major natu quam Plautus, & Naevius. Venit Ennius Romam primum, ut ab Eusebio in Chron. proditum est, M. Porcio Catone Quaestore: quod Æmylius Probus*

in

in ipsius Catonis vita his verbis confirmavit. *Praetor Cato provinciam obtinuit Sardiniam, ex qua Quaestor superiore tempore ex Africa decedens, Q. Ennium poetam adduxerat, quod non minoris aestimamus, quam quemlibet amplissimum Sardinensem triumphum.* In qua provincia, ut ab Auctore de viris illustribus cap. 47. accepimus, fuit Cato Graccis literis ab Ennio eruditus: quas, ut ipsemet testatur apud M. Tullium in libro, quem illius nomine Catonem inscripsit, jam senex didicit, easque sic avidè arripuit, quasi diuturnam sitim explere cupiens. Quare nescio quonam pacto idem Cato in Oratione quaedam, ut in I. Tusculana refert Cicero, M. Nobiliori ut probrum objecerit, quòd Cof. secum in Ætoliam Ennium duxisset; cum prior Cato secum, ut diximus, eum è Sardinia Romam adduxisset. Domum ibi in Aventino monte habuit, ut scribit Eusebius in Chron. & innuit M. Varro lib. 4. de ling. Lat. cum illum dicit Tutilinae loca incoluisse: nam huic numini in Aventino ara dicata erat ad populi Romani tutelam. Cum igitur Romae diverfaretur ob suavissimos mores, animique moderationem multos sibi in Urbe clarissimos viros non simulata, ac fucata, sed sancta, ac sincera amicitia devinxit. Ita enim se ex animo amicum fuisse, vereque benevolam profiteretur,

*Ego eo ingenio natus sum, amicitiam*

*Atque inimicitiam in fronte promptam gero.*

Praecipuos verò amicos habuit vicinum suum Galbam, cum quo & deambulare, & frequenter esse consueverat: & M. Fulvium Nobiliorem; à cuius filio jam patrio instituto studio literarum dedito, ut in Bruto ait Cicero, fuit civitate donatus, cum Triumvir Coloniam deduxisset. Sed in Oratione pro Archia videtur tanquam de Romana repub. benemeritum in civium numerum adsciri meruisse. Sic enim inquit, *In caelum hujus proavis Cato tollitur, magnus bonos populi Romani rebus adjungitur. Omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fulvii, non sine communi omnium nostrum laude decorantur. Ergo illum, qui haec fecerat, Rudium hominem, majores nostri in civitatem receperunt.* Et verò M. Fulvius id tandem ex Ennii familiaritate praeconii consequutus est, ut tantum Poëtam suarum laudum buccinatorem habuerit. Nam victoriam, [ut ait Auct. de vir. ill. cap. 52.] quam ille contra Ætolos, & Ambraciotas adeptus erat, insigni laude Ennius celebravit. In quo bello ipsum etiam stipendia fecisse, Cicero in Bruto auctor est, & in Oratione, quam paulò ante memoravimus; ubi inquit, *Fam verò ille, qui cum Ætolis Ennio comite bellavit Fulvius, non dubitavit Martis manubias Musis consecrare.* Militavit etiam cum Torquato in Sardinia, ubi primus sese inter hostes exhibuit, perinde atque Orpheus, qui deposito pectine contra Cizicum strenuè dimicavit. Hinc Silius de Ennio loquens,

*Is prima in pugna, vates ut Thracius olim*

*In festam bello quateret cum Cizicus Argon,*

*Spicula deposito Rhodopeia pectine torfit:*

*Spestandum sese non parva strage virorum*

*Fecerat, & dextrae gliscebant caedibus ardor.*

In quo bello centum militibus praefuisse, ex versibus sequentibus, qui paulò superius ab eodem Silio referuntur, apparet,

*Miscebat primas acies, Latiaeque superbum*

a 2

Vl-

*Vitis adornabat dextra decus ---*

Centuriones enim eo vitis insigni auctoritatem praeferebant in nefarios milites animadvertendi. Quod à Plutarcho in Galba, & a Macro Jureconsulto lib. II. de Re militari, aliisque quamplurimis proditum est. Navavit praeterea cum Scipione majore egregiam in bello operam, ut Claudianus in laud. Stilic. testatur, qui de summo illo Duce loquens ait,

*Non sine Pieriis exercuit artibus arma,*

*Semper erat vatium maxima cura Duci.*

*Gaudet enim virtus testes sibi jungere Musas:*

*Carmen amat quisquis carmine digna gerit.*

Et post, *Haerebat doctus lateri castrisque solebat*

*Omnibus in medias Ennius ire tubas.*

Summa quoque sibi cum Scipione Nasica familiaritas intercessit, ut ex hoc M. Tullii loco, lib. 2. de Orat. satis intelligi potest, *Nasica cum ad poetam Ennium venisset, eique ab ostio quaerenti Ennium, ancilla dixisset, domi non esse; Nasica sensit illam domini jussu dixisse, & illum intus esse. Paucis post diebus cum ad Nasicam venisset Ennius, & eum a janua quaereret, exclamat Nasica, se domi non esse: tum Ennius, Quid? Ego non cognosco vocem, inquit, tuam? Hic Nasica, Homo es impudens: ego, cum te quaererem, ancillae tuae credidi, te domi non esse; tu mihi non credis ipsi?* Fuit quoque Caccilio Statio carus, quo cum diu conjunctissime versatus est. Quanta denique frugalitate, ac parsimonia reliquum vitae tempus traduxerit, opeque contempserit, hoc vel uno Eusebii testimonio [in Chron.] colligi potest; qui cum unius tantum ancillae ministerio usum fuisse, tradit. Cum vero ad senectam pervenisset, eam acquisitissimo ferebat animo, hisque versibus fortis & victoris equi senectuti suam comparavit,

*Sicut fortis equus spatio qui saepe supremo  
Vicit Olympia, nunc senio conspectu quiescit.*

Ad cujus senectutem cum etiam ingens paupertatis malum accessisset, ea animi fortitudine utriusque incommoda substinebat, ut iis paene oblectari videretur. Obiit inter secundum, ac tertium bellum Punicum, Olympiade CLII, annos natus LXX, Caepione, & Philippo iterum Coss. ut in Catone tradit Cicero; ut autem in Bruto, Q. Marcio, Gn. Servilio. Nec propterea sibi ipsi inconstans est; cum eisdem Livius lib. 43. Tabulaeque Capitolinae Q. Marcium Philippum, Gn. Servilium Caepionem nominent. Periit maximo articolorum cruciatus, quo saepe ob immoderatum vini potum vehementer afflictabatur. Unde Flaccus lib. I. Epist.

*Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma*

*Prosiluit dicenda ---*

Quod etiam vitium Callisthenes Aeschilo objecit, quem Tragoedias scribere dicebat, postquam vino meraciore incaluisse. Idemque de Alcaeo, & Aristophane proditum est. Cratinus eodem laborans vitio, negabat quempiam bonum poetam evadere posse, nisi immodicis meri potationibus indulgeret. Quare Niceratus in quodam Epigrammate scripsit, Vinum poetis equi magni loco esse, nec aquae potu fructuosum quid perfici posse. Serenus de Ennio podagra ait,

En-

*Ennius ipse pater, dum pocula siccata iniqua,*

*Hoc vitio tales fertur meruisse dolores.*

Et Ennius de seipso, *Nunquam poetor, nisi podager.* Prif. lib. 8. Euseb. in Chron. Sepultus est via Appia intra primum ab Urbe lapidem in Scipionis sepulcro: qui ejus amicitiam usque ad eum perofficiosè coluit, ut secum unà condi, eique statuam in monumento erigi, jussit; ne conglutinata diu cum illo concordia, quem foris socium, domi suorum gestorum, ac laudum praecorem habuerat; morte dirempta videretur. Cicero pro Archia: *Carus fuit Africano superiori noster Ennius; itaque in sepulcro Scipionum putatur is esse constitutus.* De qua etiam re Livius lib. 38. *Romae extra portam Capenam in Scipionum monumento tres statuæ sunt, quarum duæ P. & L. Scipionum dicuntur esse, tertia Poetae Q. Ennii.* Valerius Max. *Superior Africanus Ennii poetae effigiem in monumentis Corneliae gentis collocari voluit; quod ingenio ejus opera sua illustrata judicaret: non quidem ignarus, quamdiu Romanum imperium floureret, & Africa Italiae pedibus esset subjecta, totiusque terrarum orbis summum culmen arx Capitolina possideret, eorum extingui memoriam non posse: si tamen litterarum quoque lumen illis accessisset, magis aestimans. Vir Homericus, quam rudi, & impolito praeconio dignior.* Plinius lib. 7. c. 34. *Prior Africanus Q. Ennii statuam sepulcro suo imponi jussit, clarumque illud nomen, imò verò spoliū ex tertia orbis parte raptum in cinere supremo cum Poetae titulo legi.* Sed non omnino exploratum est, superioris Africani cineres eo tumulo conregi, cum ab aliis quibusdam proditum sit, eum Linterni consensisse, ibique vita functum, atque cum vulgata illa inscriptione sepultum, INGRATA PATRIA NE OSSA QUIDEM MEA HABES. Ennius verò hoc sibi ipsi epitaphium condidit,

*Adspicite ô Ceiveis senis Ennii imaginem formam:*

*Haec vestram pauxit maxuma facta patrum.*

*Nemo me lacrimis decoret, nec funera fletu*

*Facit: quur? volito vivo per ora virum.*

Reliquit tenuium suarum facultatum haeredem Pacuvium poetam Tragicum ex sorore nepotem, vel, ut ait Plinius lib. 35. cap. 4. ex filia. Fuit vir omni virtutum genere ornatus, & ut de eo tradit Cicero, --- *hand magna in re Sed fidei plenus.* T. Aelius Scillo opinatus est praecclarissimos eos versus, qui ex VII. Annali descripti sunt sub persona cujusdam Servillii Gemini familiaris, Ennium de se ipso praedicasse; in quibus Poetae fidem, modestiam, comitatem, rerum cognitionem, & prudentem linguae cohibitionem conspicere licet. Nunquam enim nisi in tempore, frugaliter, & liberè loquebatur: ferturque ab eo dictum, [Cic. 2. de Orat.] *Flammam à sapiente facilius ore inardente opprimi, quam bona dicta teneat.* Memoriae quoque proditum est, Ennium perfectè absolutam Graecae linguae, Latinae & Oscae cognitionem habuisse. Quare se tria corda habere, dicere consueverat, respiciens fortasse ad praeceptoris Geryonis figmentum, qui à plerisque Sophista trium linguarum periticia insignis fuisse perhibetur. Ofci autem Campaniae populi fuerunt, ab Osco Rege ita appellati: quorum praecipuae urbes erant Putcoli, Baiac, Cumae, Neapolis. Hi & Opici, quasi Ophici dicti sunt ἀπὸ τῶν ὄφειων, quod plurimis ea regio serpentibus scateat; vel, ut

Auctori ejus libelli placet, qui Manethonis Ægyptii nomine circumfertur, quod eorum Regis insigne erat serpens: unde adhuc Itali tetrum quoddam serpentum genus Oskorzonem vocant. Horum lingua, ut testatur Eudoxus lib. VI. περιόδου τῆς γῆς, diversis linguis commissa fuit; qua Romani, cum ea gens deficeret, in iudicris uti coeperunt. Quod hoc Titinii loco ex fabula, cui Quinctus nomen erat, comprobari potest,

*Qui Opsec, & Volscè fabulantur, nam Latine nesciunt.*

Ex quo usus invaluit, ut ὀψιζέω Barbarè loqui significet; & Opici Barbari dicerentur: & inde Oskum *ludicrum*, quod, ut ait Tacitus lib. 4. erat levissimae apud vulgum delectationis. Proprium autem illius idiomatis erat, extremas quarundam dictionum partes abscindere, ut *capital*, *facul*, *difficul*, *famul*, *cael*, *gau*; pro, capitalis, facultas, difficultas, famulus, caelum, gaudium. Qua etiam lingua Pacuvius *ungulum* pro anulum dixit, & Alfius lib. I. belli Carthaginiensis *Mamertem* pro Martem: licet eam vocem Varro lib. 4. de lin. Lat. dicat Sabinam esse. Paucæ quaedam aliae apud Auctores Oskorum voces reliquæ sunt: ut *multa* pro poena pecuniaria; *veia*, sive *veha* pro plauistro, à vehendo; *Mesius* pro Majo mente; *casnar* pro sene; *sollum* pro toto, & solido; *petora* pro quatuor; *Lucetius* pro Jove; *pipit* pro quicquid. Constat item ex Suetonii libello de illustribus Grammaticis, Livium, & Ennium semigræcos fuisse, & utraque lingua domi, forisque docuisse. Nihilque amplius quàm Græcè interpretabantur; ac, si quid Latine ipsi composuissent, praelegebant. Quamobrem praeter quod Græcis vocibus irrequenter usus est, ut *rumphea*, *machæra*, *termo*, *lychni*, *pausa*, *malaca*, *sophia*, & similibus, Latinas quandoque dictiones Græco more inflexit. Ionice enim in genitivo pro Metii Fusetii, *Metico Fusetico*, & in dativo pro populo Romano, *populoi Romano*, antiquissimorum Græcorum imitatione dixit; qui, quod nunc in dativis τῶ ὦ puncti signo subscribitur, olim post ω scribebant, ut in vetustissimis eorum libris marmoreisque inscriptionibus videre est: in quibus pro λαῶ, λαῶν, & hujusmodi passim obvia sunt. Item in accusativo *do* pro domum Doricensium ritu protulit; & in praeterito pro tuli, *vetuli* syllabico augmento proposito. Saepè etiam in dicendi modis ἑλληνίζει. Nam quid aliud verba illa *bona dictu*, *inclitu saltu*, *succincti corda*, & similia, quàm Græcam redolent eloquutionem? Ad eorum etiam similitudinem infinitum pro nomine posuit, ut Annal. 8.

*Ast occasus ubi, tempusve audere repressit,*

hoc est audaciam. Ita Græci τὸ θαρρῆν pro τὴν θαρρῆν dicunt. Interdum purè Atticissat, ut Annal. 1.

*Currant eis magna cum cura ---*

& lib. incer. *Adgrettus fari* pro aggressus, σ in τ eorum more mutato. Nec tantum in minutis his rebus Græcos studiosè est imitatus, sed conatum omnem adhibuit, ut inexhaustis illorum divitiis Latinae linguae egestatem locupletaret. Multa in primis, ut summam sibi ad poëticam facultatem gloriam compararet, ex uberrimo Homeri fonte in suos Annales derivavit; cuius insistentis vestigiis primus heroici carminis majestatem in Latium intulit. Sic enim de illo ait Lucretius lib. I.

--- qui primus amœno

*Detulit ex Helicone percenni fronde coronam.*

Confirmat idipsum Silius lib. 12.

*Hic canet illustri primas bella Itala versu,*

*Attolletque duces caelo ---*

Sed quoniam Homerus ex omni Græcorum dialecto characteres delibavit, suisque poëmatis interseruit, Ennius, ne transversum, ut ajunt, ab eo unquam discederet, multas exterarum dictiones Romanis immiscuit. Idque ab utroque factum puto, ut peregrinis hujusmodi verbis eandem scriptis dignitatem, ac venustatem tribuerent, quam novæ res è remotis regionibus advectæ, aptè, concinneque collocatæ praeferre consueverunt. Ennius igitur Gallica lingua *ambactus* dixit; Sabina *cata*, & *casus*; Etrusca *salæ* & *jubulo*; Praenestina *torgo*: quæ regio quamvis Romanis proxima esset, verbis tamen plurimum differebat. Unde Plautus in Truculento,

*Ut Praenestinis conia est ciconia.*

Maro denique tantorum Poëtarum exemplo non abhorruit divina sua carmina alienigenis aliquot vocibus conspergere. Sabina enim lingua *cupentus* dixit; Persica *gaza*; Macedonica *phalanx*; Gallica *vri*, *gesa*; Punica *magalia*. Primus Ennius antiquam Romanorum consuetudinem, quæ nullam geminabat litteram, abolevit. Eos enim non dubium est *solum* pro *sollum*, *torum* pro *torrum*, hoc est *torridum*, *polet* pro *pollet*; & similia olim enunciaſſe. Hic igitur utpote Græcus, ut ait Festus in Solitaurilia, Græco more usus est; qui aequè scribentes, ac legentes mutas, liquidas, & semivocales duplicabant. Confirmat Victorinus in libello de Orthographia Antiquos Romanos litteras non geminasse; sed supra litteram, quam geminari oportebat, scilicet tanquàm geminandi signum imponere consuevisse. Praeterea Ennius, licet, ut ait Cicero in Orat. vetera contempserit, plerumque tamen antiquis admodum vocibus usus est, quas demum penitus explosit posteritas, ut *speres* pro spes, *mis* pro mei, *sum* pro ipsam, *sum* pro eum, *fos* pro suos, *horitor* pro hortator, *debilo* pro debilis, *veter* pro vetus, *crebrisurus* pro valium, *endo* pro in, *quos* pro quis, *lapi* pro lapide, *annus* pro anus, *viâs* pro viae, *cette* pro date, & aliis hujusmodi. Quare Papinius lib. 2. fil. rudem Enni Musam appellavit; & plerique Ennianam elocutionem tanquàm incomptam, & horridam respuerunt. Contrà verò Adrianus Caesar adedò vetustum hujusmodi dicendi genus amavit, ut, quemadmodum à Spartiano proditum est, Ennium Virgilio, & Caecilium Ciceroni & Sallustio praetulerit. Et quamvis non eam inficias, durum interdum, ut illa ferebat actas, Ennium aliquantulum esse; nihilominus veluti in orientali litore pretiosi lapides, pura Latina verba ex vero antiquo Latio emicant in eo, quæ feliciora illa saecula redolent, cum nulla adhuc peregrinitas Urbem invaserat. At si aliqua minus fortasse iis placebunt, quibus vetustatis sapor palatum exfurdaverit, erunt saltem antiquitatis canitiæ veneranda. Itaque Virgilius, castissimus ac religiosissimus Latinitatis auctor, non modò ab eo saepè & saepius verba, & periodos, sed integros etiam versus mutuari, non est dignatus. Apud quem cum in tanta existimatione Ennium fuisse conjici possit, minimè verum esse arbitror, quod à Grammatico illo, qui ex variis Scriptoribus Virgilio vitam coacervavit, proditum est: eum scilicet Ennianæ le-

2. Etioni vacantem, amico, quid ageret interroganti respondisse, se aurum ex Ennii fordibus colligere. Fuit praeterea non solum Ciceronis testimonio [pro Mur.] Auctor valde bonus, sed ad eum acri ingenio praeditus, ut cum quoque ingeniosum Poëtam appellaverit. Unde Ovidius Lib. 2. Trist.

*Ennius ingenio maximus ---*

Qua in re quantum veritatem collimavit, tantum in eo, quod sequitur, *arte rudis*, & lib. 1. *Amor. arte carens*, ab illa defecit. Nec mirum quidem si Ovidius poëseos artem, in qua ipse non multum excelluit, in Ennio non deprehendit, cum tantummodo naturali quadam dicendi facilitate, ac fertilitate valuerit. Quantam verò Homericam aemulatione Poëta noster in poëtica facultate praestantiam fuerit consequutus, ex his, quae dicemus, perspicuum fore existimo. Sin autem non eadem trutinam omnem artem, venustatem, varietatem, quas ex ingenti Homericam esse Plutarchus, sive alius quisquis fuerit in libello de illius vita conjecit, cum his, quae ex his fragmentis colligemus, pensari possunt; veniam mihi jure concedi exposco. Facile enim potuit vir ille summo ingenio, gravique judicio ex integris XLVIII. Homeri voluminibus, tam varia, multiplicique eruditione refertis, ut inde multorum Philosophorum dogmata effluerint, colligere, atque asseverare, Homerum non solum Astrologiam, Philosophiam, Medicinam, rerumque omnium scientias, ac artes calluisse; verum etiam omnem in eo dicendi copiam, ubertatem, leporem, & dignitatem magnopere efflorescere. Mihi verò, qui ad eum ei impar sum viribus, arduum sane, ac perdifficile erit, ex tam lacris, concisissimisque segmentis, quae cum Homericam Iliade & Ulyssaea, tanquam formicae cum elephantis sunt comparanda, hoc ipsum vel mediocriter consequi posse. Ac primum, ut à dicendi generibus, quae Graeci *χαρμητρίας* vocant, initium sumam, ea tria esse ab iis, qui Rhetorices artem profitentur, traditum est. Quorum primum grave dicitur, quod selectarum dictionum, & excellentium sententiarum habeat apparatus. Alterum huic ex adverso respondet, tenue, humi serpens, & rerum materia, & dictionibus nihil à communi usu remotis. Postremum ex his compositum, nec nimia lascivit ubertate, nec immodica gracilitate languescit: quorum passim apud Homerum, Virgilium, & alios occurrent exempla. Faciam igitur periculum, num aliqua singulorum generum vestigia in tam paucis reliquiis dignosci possint. Primi itaque generis exemplum habetur in IX Annali,

*Qui tum vivebant homines, atque aevum agitabant,  
Fles delibatus populi, Suadaeque medulla.*

3. Et in VIII. *Tollitur è medio sapientia, vei geritur res.*

*Spernitur orator bonus, horridus miles amator;  
Haud doctis dicteis certantibus, sed maledicteis,  
Misceant inter sese inimicitias agitantes.*

*Non ex joure manuconsertum, sed magi ferro  
Rem repetunt, regnumque petunt; vadunt solida vei.*

Et in III. *Proletarius poplitisque feroque*

*Ornatus ferro, moeros, urbemque forumque  
Excubiis curat ---*

Humilis, atque exilis generis specimen ex v. Annali peti potest,

Ora-

*Orator sine pace redit, Regique refert rem.*

Et ex 3. *Tarquinii corpus bona femina lavit, Et unxit.*

Medii verò, quod altius se aliquantum erigit, tale est in 1.

*--- scripsere alii rem*

*Verfibus, quos olim Faunei, Vatesque caneabant;  
Quom neque Musarum scopulos quisquam superarat,  
Nec dicti studiosus erat ---*

Nec aliud orationis genus, quod nos floridum, Graeci *ἀνθιπρόν* vocant, praetermisit. Quod enim unquam pratum & florum varietate, & pulchritudine conspersum cum ornatissimis his versibus Annal. 6. conferri potest? in quibus nomina ad eum sunt verbis coagmentata, ut copia cum gravitate, & venustas cum proprietate certare videantur,

*Incedunt, arbuta peralta securibus caedunt;  
Percellunt magnas quercus, excinditur ilex;  
Fraxinum frangitur, atque abies consternitur alta;  
Pinus proceras pervertunt; omne sonabat  
Arbustum fremitu silvae frondosae.*

Nec tantum optimis, sonantibusque verbis Ennius suis scriptis attulit dignitatem, verum etiam eleganti litterarum delectu; quas, ut rei materia postulabat, summo artificio inculcavit. Sunt enim litterae, ut Halicarnassaeus in libello *περὶ τῆς συνθέσεως* tradit, saepe ad imitandum aptissimae; quorum ipsa rerum natura magistra est: quae nos tum ad effingendas animantium voces, tum ad aliarum rerum sonos imitandos idoneos efficit. Quibus enim litteris aptius decidentis arboris fragor exprimi potuit, quam *fra, fra* syllabis inter sibilantes, & asperas litteras repetitis Annal. 6. *Fraxinus frangitur* — Quapropter aestimandum est non casu, sed ratione aliquando *καπτατισμῶ* usum esse Annal. 1.

*Curanteis magna cum cura concupienteis.*

Aliquando *σιγματισμῶ*. Trag. incert.

*Salmacida spolia sine sudore, Et sanguine.*

Interea *ἀλφαισμῶ*. in Alex. --- *animus atque aures avent Avide ---*

Quandoque *πιταμισμῶ*. Trag. incert. *Pes pede premitur ---*

Et lib. incert. *Brundisium polcro praccinctum praepete portu.*

Aliquoties *δελτατισμῶ*. in Phoen.

*Quam tibi ex ore orationem duriter dicteis dedit.*

Item in Thycite, *Et me Apello delectat, ductat Delphicus.*

Nonnunquam *ιωτατισμῶ*. Trag. incert.

*Eos deduci, quam relinqui, evehi, quam deserui malui.*

Interdum *ταυτατισμῶ*. Trag. incert. *Ut tibi Titanis Trivia ---*

Subinde verò aut *v* litteram inculcavit. Trag. incert.

*Illic est nugator nihili, non nauci homo,*

aut *o*. lib. 2. Satyr. *Resistant, occurrant, obstant, obstringillant, obgannunt.*

aut *q*. Trag. incert. *Quantquam quisquam cuique, quod convenit, negat.*

sive *f*. in Phoen. *Suarviter suspicionem ferre falsam, futilium est.*

sive *v*. ibid. *Sed virum vera virtute vivere animatum adjecit.*

Texuit etiam saepe versus concinna numerorum structura, & rebus, de qui-

quibus loquitur maximè congruentibus; sedatis scilicet, ut Regiam gravitatem ostenderet. Annal. 1. *Ollei respondet Rex Albai longai.* velocibus, ut celerrimum Solis cursum, & navis velocitatem explicaret, lib. incer. *Interea fugit albu' jubar Hyperioni' cursum,* & lib. incer. *Labitur uncta carina per aequora cana celocis.* Sed versus ille & pedum celeritate, & literarum asperitate nulli est secundus, lib. incer.

*Africa terribili tremuit horrida terra tumultu.*

Contra verò quàm temperatò pedum incessu, quàm lenibus, ac fluentibus 5 litteris fluvium placidè labentem describit Annal. 5.

*Quod per amoenam Urbem leni fluit agrime flumen.*

Praeterea peritorum Musicorum exemplo, qui ne audientes fastidio afficiant, tonos mutant, heroicis versus non semper à spondeo, vel dactylo inchoavit, sed ab aliis pedibus, quos tanquàm nothos hexameter recipit, ut *Cluebat, Avium, Dios, Veluti, Capitibus.* Aliquando versibus syllabam in fine addidit, ut longiori numero aliquid majus ostenderet; sicut in illo lib. incer. hominis proceritatem designavit,

*--- magna ossa lacerteique Apparent homini ---*

Interdum in trithemimeri brevem syllabam produxit. lib. incer.

*Ad genua se prosternunt statim lacrumanteis,*

Et Annal. 17. *Imbricitor Aquiloque suo cum flamine contra.*

Quandoque in penthemimeri. Annal. 2.

*Si quid me fuerit humanitus ut teneatis.*

Et Annal. 1. *Mensas constituit, Idemque Ancilia primus.*

Aliquando hepthemimeri, lib. incer.

*Interea fugit albu' jubar Hyperioni' cursum:*

Et Annal. 5. *Injicit, irritatu' tenet, occasu' juvat res.*

Nunc verò videndum est, quibus schematibus, quibusve Tropis, tum ad variandam, tum ad exornandam orationem usus sit. Apposuit quandoque per πρόσθεσιν in dictionis initio litteram, vel syllabam, ut lib. incer.

*Gnateis parce tuis --- pro nateis:*

Et in Menalip. *Quom saxum scisciderit --- pro sciderit.*

Contra verò aliquoties è dictionibus litteram, vel syllabam tribus locis sustulit; aut à prima dictionis fede per ἀφάρσεσιν. Annal. 5.

*Ferro, non auro vitam cernamus utrique, pro decernamus:*

aut per συκοπήν è media. lib. incer.

*O Tite, si quid ego adjuro, curamve levasso. pro adjuvero:*

& ut alibi, *aspra, genit, repostus, porgite, evenat, & liberam quascendum, pro aspera, genuit, repositus, porrigite, eveniat, & liberorum quascendorum;* aut ab ultima per ἀποκοπήν. lib. incer. --- *endo suam do pro domum.*

Aliquando contrario schemate, quod παραγωγή Graecè dicitur, ad dictionis finem aut litteram addidit. Annal. 1.

6 --- *face verò Quod te cum precibus pater orat --- pro fac;*

aut syllabam, in Telepho,

*Et civitatem video Argivom incendier.*

Item quandoque alio schemate, quod syncopac è diametro adversatur, & à Gram-

Grammaticis ἐπέθεσις dicitur, inter primam, & ultimam dictionis syllabam, aut litteram interposuit, ut lib. incer.

*Buteo, sanqualis, immusculus, aquila, vultur, pro aquila;* aut syllabam. Annal. 1.

*Omnis cura vireis, uter esset Endoperator, pro Imperator.*

& Ibid. *Nerienem Mavortis --- pro Martis.*

Divisit saepe per διαίρεσιν unam in duas syllabas. Ibid.

*Lunai portum est operae cognoscere Cerviceis.*

Et alibi, *terrai frugiferai, silvai frundisai, Rex Albai longai, suavis sonus Egeriai.* Verum non semper haec figura dictionis est, sed sermonis aliquando cum rei distributione. Annal. 7.

*Alter nare cupit, alter pugnare paratu' est.*

Et lib. incer. *Hos pestis necuit, pars occidit illa duellis.*

Mutavit quandoque per ἀντίθεσιν, sive per ἀντιτίθειον litteram pro littera, ut *ollei* pro *illei*, *Menerva* pro *Minerva*. Interdum per ἔντασιν, sive διασολήν syllabam natura brevem produxit. Ann. incer.

*--- virosque valenteis Contudit crudelis hiemps ---*

Contra verò per συσολήν longam corripuit. Saepè etiam duabus vocalibus concurrentibus per συναλοιφήν priorem quasi delevit, ut in Hecuba, ubi crebra hujusmodi vocalium concursione vastam, ac hiantem reddidit orationem,

*Adsum, atque advenio Acherunte, vix via alta, atque ardua.*

Et, *Unde animae excitantur, obscura umbra aperto ostio.*

Elisit aliquando per ἔθελισιν m litteram cum sua vocali ante vocalem. Annal. 5.

*Quod per amoenam urbem leni fluit agrime flumen.*

Et Annal. 16. *Navorum imperium est servare insuperantum.*

Item Ibid. *Aestatem autumnus sequitur ---*

Quandoque verò non elisit. Annal. 5.

*Dum quidem unus homo Romae totae superescit.*

Item Annal. 10. *Insignita ferè tum millia militum octo.*

Et lib. incer. *Quom illud, quo jam semel est imbuta veneno.*

Alicubi per ζεύματα diversas clausulas uno verbo conclusit,

*Mensas constituit, Idemque ancilia primus*

*Libaque, Fictores, Argeos, & Tutulatos.*

Alicubi per ὑποζεύξιν, quae superiori contraria est, singulis clausulis singula verba coagmentavit, ut in Erechtheo,

*Arma rigent, horrescunt tela ---*

Item Annal. 6. --- *arbuta peralta securibu' caedunt,*

*Percellunt magnas quercus, excinditur ilex,*

*Fraxinu' frangitur, atque abies confertitur alta,*

*Pinus proceras pervertunt ---*

Subjunxit identidem per ἐπιζεύξιν idem verbum absque aliqua intermissione, majoris vehementiae gratia, ut in Alcmacone,

*Incede, incede, adsunt, adsunt, me me expetunt.*

Illustravit etiam orationem per aliquot carminum initia ejusdem vocis repetitione; quae figura ἀναφορά dicitur. Annal. 1.

*Te nunc sancta precor Venus, & genetrix patri' nostri,*

*Ut me de caelo visas cognata parumper.*

*Teque, Quirine pater, veneror, Oramque Quirini,  
Teque, pater Tiberine, tuo cum flumine sancto.*

Conjunxit praeterea non raro antecedenti nomini, nomen aut verbum ex eodem figuratum per *παρονομασίαν*, ut in Phoenice,

*Stule' est, qui cupida cupiens cupienter cupit.*

Et in Satyris, *Nam qui lepide postulat alterum frustrari*

*Quem frustratur, frustra cum dicit, frustra esse.*

*Nam qui sese frustrari, quem frustra sentit:*

*Qui frustratur, is frustra est, si non ille est frustra.*

Item per *προσωνομασίαν*, quae non parvam cum superiori figura habet cognitionem, ait lib. incer. *In vulgum volgas, artemque expromis incertem.*

Et lib. incer. *Isque Helleponto pontem contendit in alto.*

Praeterea in Andromache, *Arce, & urbe orba sum;* in Phoenice, --- *adversus adversarios;* & in Hectoris iustreis, --- *atque hasta hostiis è manu.*

Ornavit etiam singula interdum nomina singulis adjunctis per figuram, quae *σχέσις τῶν ὀνομάτων* dicitur,

8 *Marsa manus, Peligna cohors, festina virum vis.*

Collocavit nonnunquam multas voces ab eodem elemento incipientes per *περὸμοιον*; quod & *ἀπρέπεια* dicitur, quasi indecens, & absurda verborum structura. lib. incer. *O Tite tute Tati, tibi tanta tyranne tulisti.*

Quandoque eodem elemento per *ὁμοιοτέλετον* dictiones, vel sententias terminavit. Trag. incer.

*Eos deduci, quam relinqui, evehi, quam deserui malui.*

Et Annal. 8. *Hand docteis dicteis certanteis, sed maledicteis.*

Eiusdem generis est *ὁμοιόπτωτον*, quod, ut apud Aquilam Alexander Numenius ait, ita appellatum est, quia membra in eisdem casus cadunt, ut lib. incer. *Moerenteis, fenteis, lacrumanteis, ac misereis.*

Subinde locus eiusdem nominis calibus varietate distinctis exornavit; quod schema *πολύπτωτον* appellatur. Trag. incer.

*Pes pede premitur, armis teruntur arma.*

Et in Hect. Lustr. *Castreisque castra ultro jam ferè occupat.*

Interdum per *ἀσύνδετον* sententiam protulit sublatis conjunctionum vinculis. Ex folis nominibus lib. incer.

*Marsa manus, Peligna cohors, festina virum vis.*

Ex folis verbis lib. 2. Satyr.

*Restitant, occursant, obstant, obstringillant, obganniant.*

Eadem figura celeritatem aliquando incitat, & energiam,

*Age, adsta, mane, audi, itera ---*

Huic *πολυσύνδετον*, quod conjunctionibus abundet, adversatur. lib. incer.

--- *divumque hominumque pater Rex.*

lib. incer. --- *patrem divumque hominumque.*

Item Annal. 7. --- *clamque palamque.* & 15. --- *ferroque lapique.* & 3. --- *scuteisque feroque.* Ibid. --- *urbemque forumque.*

Interea, ut varietate audientium animos oblectaret, inter praestantiora schemata haud secus vitiosa quaedam inferuit, quam in epularibus accubationibus

bus prudens Modiperator, ut convivarum palatum exciter, dulcibus, lautisque dapibus accorem, & omphacium miscet. Cuiusmodi est *ἀμφιβολογία*; qua non sine summa arte usus est, cum Apollinem Pyrho respondentem facit Annal. 5. *Ajo te, Aeacida, Romanos vincere posse.*

Utri enim Oraculum promittat victoriam, ex structurae vitio incertum est. 9 Oneravit quandoque per *πλεονασμὸν* supervacuis verbis orationem. Annal. 3.

*Vento, quem perhibent Grajum genus aëra, lingua.*

Item, *blanda voce vocabat; quianam; inde locei; Tiberis flumen; Africa terra; antebac.* Interdum per *ταπεινώσειν* non explicavit eam, quam denotabat rei magnitudinem. Annal. 8.

*Et detotondit agros lactos, atque oppida caepit.*

Et ibid. *Ad caelum clamor volvendu' per aethera vagit.*

Ufus est etiam *πελλιολογία* Annal. 1. *Curanteis magna cum cura,*

Et in Med. --- *quae nunc nominatur nomine Argo.*

Quin & *ἐνλειψιν* adhibuit in illo versu Annal. 5.

*Nomine Purrbus, uti memorant, à stirpe supremo.*

Qui enim id memorent in legitima sensus constructione deficit. Usurpavit quandoque per *ἀνυρολογία* improprias dictiones, ut trahere pro volare Annal. 1. *Transnavit cita per teneras caliginis auras.*

Nec *κατέφωτον* intactum reliquit. Trag. incer. --- *nulla est in me metus,*

Annal. 7. & 1. *priusquam sam, & in infera noctis.* Praeterea tota illius carminis structura incondita est, insuaviterque sonat,

*O Tite tute Tati, tibi tanta tyranne tulisti.*

Nonnunquam per *ὑπέρβατον*, sive *ἀναστροφὴν* praepositionum ordinem pervertit. Annal. 7. *Qui cum multa volup, ac gaudia clamque palamque.*

Et Annal. 2. *Annuis sese mecum decernere ferro.*

Item in Phagetica, *Cumas apud;*

& Annal. 12. *Olim cernebant magneis de rebus agendis.*

Variavit per saepe orationem per *ἐναλλαγὴν* generis nominum. lib. incer:

*Ni metus ulla tenet, ritè in virtute quiescant.*

Et Trag. incer. *Vivam, an moriar, nulla est in me metus,*

Item, *à stirpe supremo, lupu' foeta, lupu' femina, caementae cadunt.*

Aliquando per Enallagen generis pronominum, ut in altera Medea,

*Quis es tu mulier, quae me insueto nuncupasti nomine?*

Per genera verborum, ut *aucupo, sortio, depopulo, eloquo, lucto, insequo,* 10 *praelio, cuncto, cono, regredio, partio, moro.*

Per tempora, Annal. 1. *Expectant velutei Consol, quom mittere signum*

*Volt --- pro expectabant;*

& ibid. *Ilia dia nepos, quas erumnas tetulisti?*

Ubi praeteritum pro futuro positum est. Per mutationem conjugationis

Annal. 8. *Certare abnuco, metuo legionibu' labem, pro abnuo;*

& alibi sonit pro sonat. Per numeros Annal. 3.

*Vento, quem perhibent Grajum genus aëra lingua.*

Et lib. incer. --- *pars Ludicrè jactant saxa inter se licitanteis.*

Item Annal. 15.

*Caeruleum spumat sale conferta rate pulsium, pro confertis ratibus.*

Per partium mutationem, scilicet infinitum pro nomine. Annal. 8.

*Ast occasus ubi, tempusve audere repressit, hoc est, audaciam.*

Item nomen posuit pro adverbio, lib. incer.

*Quaquam multa manus ad caeli caerulea templa, pro multum.*

Nomen pro gerundio, *bellique peritus* pro bellandi. Verbum pro participio

Annal. 1. --- *fari donavit divinum pectus habere, pro ad habendum.*

Positivum pro superlativo ibid.

*Atque Anchises doctus, Venus quem polera Dearum.*

Et lib. incer. *Optima caelicolum Saturnia magna Dearum.*

Superlativum pro positivo Annal. incer.

*Exin per terras postquam velerissimum rumor.*

Per praepositionis mutationem Annal. 12.

*Ob Romam noctu legiones ducere caepit. pro Ad Romam,*

& in Telam. --- *quibus ob os Graji ora obvertebant sua.*

Et in compositione Annal. 14.

*Omnes occisi, obcescique nocte serena.*

Et haec de figuris dictionum dicta sufficiant. Nunc de conversionibus, quas Graeci *τρόπος* vocant, dicemus: & primum de Translatione; qua saepe Ennius tam prudenter usus est, ut ea non in alienum locum irrepsisset, sed in proprium immigrasse videatur. Haec igitur figura, quae Graecè *μεταφορά* dicitur, vel ab iis, quae corporis sunt, verba sumit, & ad animum transfert, ut Annal. 4. *Quod vobis mentis rectae, quae stare solebant.*

*Ante hanc dementi sese flexere ruina?*

11 Et Annal. 7. --- *quoniam dicitis nostris sententia flexa est?*

Vel à brutis ad homines, ut in Afoto, *Tibicini magno clamore mugit.* Et Annal. 14. --- *clamore bovanteis.* Item Annal. 10. --- *animusque in pectore latrat.*

Et in Alex. *Habet is coronam vitulans victoria.*

Vel à sensu praeditis ad sensus expertia, lib. incer.

*Capitibus nutanteis pinos, rectosque cupressos.*

Et Annal. 8. *Rastros dente fabres ---*

Item de navi Annal. 14. --- *volat super impetus undas.*

Contrà verò à sensu expertibus ad ea, quae sensu praedita sunt. Annal. 9.

*Flos delibatus populi, Suadaeque medulla.*

Et Annal. 5.

--- *à stirpe supremo.*

Vel à sensu carentibus ad similia. Annal. 8. --- *fit ferrens imber,*

Lib. incer. --- *purpureis gemmarum pampinus urvis.*

Annal. 14. *Verrunt exterius placide mare marmore flavo.*

Aliquando uno versu duas translationes complexus est. Annal. 1.

--- *hasteis Horret ager, campeique armis sublimibus ardent.*

Et Annal. 8. *Nunc hosteis vino domitei, somnoque sepultei.*

Item in Erechtheo, *Arma rigent, horrescunt tela ---*

Expressit in Hecuba per *μετάληψιν* immensam specus magnitudinem, cum ait,

--- *ubi rigida consistat, & crassa caligo inferum.*

Nam ex crassitudine gradatim consideratur opacitas, ex opacitate nigredo, ex nigredine tenebrae, è tenebris profundus speluncae hiatus. Eadem figura in 16. Annali idem paenè ostendit,

*Tum*

*Tum cava sub montem late specu intus patebat.*

Et in 11. *Alte delata petreisque ingentibus tecta.*

Posuit interdum per *μετωνυμίαν* Vulcanum pro igne, lib. incer.

*Cum magno strepitu Vulcanum ventu vegebat.*

Martem pro bello, lib. incer.

*Quom veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo.*

Cumulavit etiam id, quod continet, pro eo, quod continetur. lib. incer.

*Africa terribili tremit horrida terra tumultu, pro Afriis;*

Item in Scip. *Desine Roma tuos hosteis --- pro Romanis;*

Et lib. incer. --- *vertunt crateres abenos pro vino.*

Praeterea effectum pro efficiente, ut in Annalibus, *discordia tetra*; in Satyris, *caepe moestum, triste sinapi*; & in Thyeste, *tarda senectus*. Ad haec orationis ornamenta non parvam per *ἀντονομασίαν* varietatem ac dignitatem addidit. Aut enim adiectivum pro substantivo posuit, ut pro Pyrrho *Aeacida*; pro Junone *Saturnia*; pro Annibale *Poenus*; aut ex his, quae alicui propria, ac praecipua sunt, certam ac definitam personam denotavit, ut in Hect. Iustr. *Omnipotens*, & lib. incer.

--- *divum pater, atque hominum Rex pro Jove;*

aut ex rebus gestis, ut de Fabio Max. Annal. 12.

*Unus homo nobis cunctando restituit rem.*

Mira etiam Epithetorum copia Enniana efflorescit oratio; quibus nunquam improprie, sed locis semper congruè decentibus, & accommodatis usus est, ut res magis & perspicuitate affluerent, & venustate. Eaque aut ab animo accepit, ut, *bonus Ancus, bona femina, Orator bonus, Navus homo*, & Annal. incer. *Egregie cordatus homo catus Aelinus Sextus*; aut à corpore, ut *horrida miles, altus Cyclops, polcer Romulus, crinitus Apollo, veter Priamus*; aut ab accidentibus, ut *tarda senectus, cana aequora, marmor flavum, mortiferum bellum*; aut ab extrinseco, ut *famul infumus*; aut à loco, ut *Romana juventus, Marte Pelasgo, Grajus homo Rex, Marsus augur, Iliacus conjector*; aut à proprietate, ut *mare salsum, caeruleum sale, aequora salsa, Anster imbricitor, aspra ostrea*; aut à translatione, *lapidum cor, ferrens imber*. Pari quoque venustate per *συνειδοχίην* sua poemata illustravit. Sive enim ex uno plures intellexit. lib. incer.

--- *de moeris res gerit Opscus;*

Item Annal. 8. *Et detotondit agros laetos, atque oppida caepit.*

Quò Tropo Homerus de solo Ulyssè dixit *Ὀδύσσει*.

--- *ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πολίεθρον ἔπερσε;*

sive ex parte totum. Annal. 8.

*Labitur uncta trabes remeis rostrata per altum;*

lib. incer. *Labitur uncta carina ---*

sive ex genere speciem, ut *quadrupes* pro equo; & Annal. 1.

*Cedunt ter quatuor de caelo corpora sancta Avium ---*

Qua voce non quascunque aves intelligit, sed eas tantum, quae auguriis idoneae sunt: sicut Homerus *Ὀδύσσει γ.*

*Ὀρνίθας γνῶναι, καὶ ἐναίσια μυθήσασθαι;*

aut contrà ex specie genus; tale est illud in Medea,

*Ca-*



*Caesae cecidissent abiugnae ad terram trabes.*  
pro quibus omnem lignorum materiam ad navium aedificationem aptam intelligit; vel ex materia rem confectam. Annal. 1.

*Qui ferro minitere --- pro gladio,*  
& ibid. *Annuit sese mecum decernere ferro;*  
& in Hecuba. --- *date ferrum qui Me anima privem ---*  
vel ex antecedentibus consequens lib. incer.

*Navibus explebant sese, terrasque replebant.*  
Lusit per *ὀνομαστικοῦσαν* in voce *tarantara* Annal. 1. Item per *ἀλλυγορίας* aliud expressit, & aliud significavit, Annal. 1.

*Quom neque Musarum scopulos quisquam superarat.*  
Et ibid. *Nos ausi reserare ---*

Item Annal. 3. *Hac noctu filo pendebit Etruria tota.*  
Et lib. incer. *Ut clavum rectum teneam, navimque gubernem.*

Quin & Proverbia suis carminibus, cum id sibi res postulare videbatur, tanquam emblemata interposuit, ut lib. incer.

*Quaerunt in scirpo (soliti quod dicere) nodum.*  
Et lib. incer. --- *quod minimum est, neque (ut ajunt)*

*Mu facere audent ---*  
Item ad designandam facti celeritatem. Annal. 9.  
--- *dictum factumque facit frux.*

Nec *εἰρωνείαν* praetermisit, cum in Telamone ait,  
*Hicine Telamon ille est, modò quem gloria ad caelum extulit?*  
*quem adspectabant, quòius ob os Graji ora obvertebant sua?*

Opposuit quandoque non absque venustate per *ἀντίθετον* contrarias dictiones. Annal. 8. --- *mortalem fortuna repente*

*Reddidit, ut summo è regno famul infumus esset.*  
Et lib. incer. *Navibus explebant sese, terrasque replebant*  
Et Trag. incer. *Suarum rerum incertei, quos ego mea ope ex*  
*Incerteis certos, compotesque consilii Dimitto ---*

14 Addidit saepe τῆ περιφράσει orationi robur, quae, ut Alexander Sophista tradit, eo tropo majori augetur significatione. Pro ovibus enim *lanigerum genus* dixit; pro marinis monstris *Nerei filios*; pro avibus *genus altivolantum*; pro pisitrino ubi *molarum strepitus*; pro Annibale *ferocia Poeni*; pro Jove *Saturno sancte create*. Item *Deum genus*, *Gratum genus*, *librorum genus* pro Diis, Graecis, liberis. Nec respuit per *κατάχρησιν* impropriis verbis uti, ut pro caelo *fretum caeruleum*, & caeli *fretum*; & pro campis Annal. 2. *aequora campej*. Interposuit nonnunquam per *τμήσιν* integram dictionem inter dissectae orationis partes, lib. incer. --- *cere comminuit brum.*

Exposuit interdum per *ὑσερον πρότερον*, sive per *ὑσερολογίαν* primum id, quod secundum loco fit, ut Annal. 7.

*Per liquidum mare eant, sedanteis, atque sedenteis.*  
Prius enim nautae sedent, quam sudent. Dissolvit quoque orationis seriem per alterius sententiae interpositionem; qui tropus *διάλυσις*, sive *παρένθεσις* appellatur. Annal. 7. *Nec quisquam Sophiam (Sapientia quae perhibetur)*  
*In somneis vidit, priusquam iam discere coepit.*

Et

Et Annal. 5. *Nomine Purrbus (utei memorant) à stirpe supremo.*  
Sed per saepe pluribus modis in augeuda re admirabilem superlacione reddidit orationem. Hyperbole enim aut rem plus aequo verbis simplicibus auget, ut in Telam.

*Hicine Telamon ille est, modò quem gloria ad caelum extulit?*  
Et Annal. 8. *Jamque ferè polvis ad caelum vasta videtur.*  
Item Annal. 17. *Tollitur in caelum clamor exoritur utrisque.*  
Aut per comparationem. In Androm. --- *sed quasi*

*Ferrum, aut lapis dura rarerer gemitum Conatur trahere ---*  
Et Annal. 15. *Undique conveniunt, velut imber, tela Tribuno.*  
Aut per translationem. Annal. 8. --- *fit ferrens imber,*  
Annal. 14. --- *volabat super impetus undas,*  
Et Annal. 1. --- *hasteis*

*Horret ager, campejque armeis sublimibus ardent.*  
Et Annal. 16. --- *tamen ipsa volans abstulit hasta Isigne ---*  
Idem etiam tropus in extenuatione habet superlacionem. Annal. incer.

--- *virosque valentis Contudit crudelis hiemps ---*  
Item Annal. 8. *Clamor ad caelum volvendu' per acthera vagit.*  
Et de sole loquens Annal. 16. --- *interè fax Occidit ---*

Crebrò etiam per *ὁμοίωσιν* rem ignotam per ejus, quae magis nota est, similitudinem expressit; cujus tria apud eundem genera comperimus. Aut enim per Imaginem, sive *εἰκόνα*, ut Graeci dicunt, personas, vel quae personis conveniunt, inter se comparavit; ut Annal. 9.

*Cyclopi venter velut olim turserat altei*  
*Carnibus humaneis distentus ---*  
Aut per Collationem, sive *παραβολήν* res genere dissimiles comparavit. Ab equo Annal. 2. *Et tum sicut equus, qui de praesepibus actus*

*Vincta sucis magneis animeis abrumpit, & inde*  
*Fert sese campej per caerula, laetaque prata,*  
*Celso pectore, saepe jubam quassans simul altam*  
*Spiritus ex anima calida spumas agit albas.*

Et lib. incer. *Sicut fortis equus spatio qui fortè supremo*  
*Vicit Olympia, nunc senio confectu' quiescit.*

A cane Annal. 10. --- *animusque in pectore latrat,*  
*Velutei si quando vinclis venatica velox*  
*Apta filet cani', fortè feram si nave sagaci*  
*Sensit, voce sua miclit, ululatque ibei acutè.*

Et lib. incer. *Tantundem quasi foeta canes sine dentibu' latrat.*  
Item à rebus inanimis Annal. 12.

*Erubuit mulier cen lacte, & purpura mista.*  
Aut per exemplum, quod Graecè *παράδειγμα* dicitur, rem aliquam ex historia petitam explicat, ut dilucidior, & probabilior orationem faciat. Annal. 1.

*Expectant, velutei, Consol quom mittere signum*  
*Vol, omneis avidei spectant ad carceris oras,*  
*Quà mox emittat piteis ex faucibu' currus.*

Pertinent etiam magnopere ad orationis nitorem rerum descriptiones. Au-  
c  
10-

- rorae, Annal. 6. *Ut primùm tenebreis abjecteis inalbabat Dies ---*  
 Et Annal. 1. *Exin candida se radiis dedit ista foras lux.*  
 Noctis; ibid. *Interea Sol abnu' recessit in infera noctis.*  
 Et Annal. 6. *Vertitur interea caelum cum ingentibu' signeis.*  
 Mediae noctis, Annal. 16.  
*Nox quando mediis signeis praecineta volabat.*  
 16 Locorum, Annal. 1. *Est locus, Hesperiam quam mortales perhibebant.*  
 Et lib. incr. *Brundisium polcro praecinctum praepete portu.*  
 Pugnac, Annal. 8. *Consequitur, summo sonitu quatit ungula terram.*  
*Famque ferè polvis ad caelum vasta videtur.*  
*Hastati spargunt hastas, fit ferreus imber:*  
*Densantur campeis horrentia tela virorum. &c.*  
 Naumachiae, Annal. 14.  
*Verrunt extemplo placidè mare marmore flavo;*  
*Caeruleum sprimat sale, conferta rate pulsum.*  
*Labitur uncta carina; volat super impetus undas,*  
*Quàm procul adspiciunt hosteis accedere venteis*  
*Navibu' velivoleis, magno clamore bovantes.*  
 Accedit his *ὑποτύπωσις*, sive Subjectio, quae oculis res pacè subjicit. lib.  
 incr. *Ositat in campeis caput à cervice revulsum,*  
*Semaniquesque micant oculi, lucemque requirunt.*  
 Sed quàm accurata est illa Meretricis descriptio?  
 --- *quasi in choro pila*  
*Ludens datatim dat sese, & communem facit.*  
*Alium tenet, alii nutat, alibi manus*  
*Est occupata, alii perpellit pedem;*  
*Alii dat anulum spectandum à labreis;*  
*Aliam invocat, cum alio cantat, attamen*  
*Aliis dat digito litteras ---*  
 Tribuit aliquando majoris Energiae gratia per *προσωποποίησιν* inaninis rebus  
 sensum, ut in Scipione, *Testeis sunt campeis magni ---*  
 Et in 3. Satyrarum, --- *testeis sunt*  
*Latei campeis, quos gerit Africa terra politos.*  
 Tribuit etiam in quadam Satyra humanas formas rebus omnino formis exp-  
 tertibus; in qua haud fecus Mortem cum Vita contendentem introduxit,  
 quàm Prodicus apud Xenophontem lib. 2. Memorab. Virtutem, & Volu-  
 ptatem. Item de Nocte tanquam formam habente dixit Annal. 16.  
*Nox quando mediis signeis praecineta volabat.*  
 Ex eodem genere est Imaginum effictio, sive *εἰδωλοποιία*, ut illa Polydori in  
 Hecuba. Est & his quasi finitima personarum descriptio, quae *προσωπογρα-*  
*φία* dicitur, ut illa Pyrrhi Epirotarum Regis; cujus primùm nomen expli-  
 cat Annal. 5. *nomine Purrhus*, tum genus, --- *à stirpe supremo*, postremò  
 ingenium, & mores, --- *stolidum genus Aeacidarum*  
*Bellipotentis sunt magi, quam sapientipotentis.*  
 Huc etiam pertinent vestium descriptiones Annal. 11.  
*Pendent peniculamenta unum ad quemque pedum.*

Et

- Et lib. incr. --- *tergus igitur sagu' pinguis opertat.*  
 Enitet & inter schemata mirum in modum *χαρακτηρισμός*; quo non minus  
 Oratores, quàm Poëtae ad vivum tanquàm pictores eorum, de quibus lo-  
 quuntur, vitia, ac virtutes pacè exprimunt: quemadmodum totus ille de  
 Servilii amico locus Annal. 7. in quo Ennius eleganti progressu latius est  
 evagatus. Explicavit quandoque per *συνομίαν* res quantumvis magnas, ac  
 graves, brevi, ac compendioso verborum ambitu. Quid enim gravius, quid  
 brevius, quàm illud de Fabio Max. encomium Annal. 12.  
*Unus homo nobeis cunctando restituit rem:*  
*Non ponebat enim rumores ante salutem.*  
*Ergo postque magisque viri nunc gloria claret.*  
 Amavit interdum abique ullo furo orationem, petens per *κυριολογίαν* ab ipsa  
 simplicitate, & veritate ornatum. Nam quid purius, quid simplicius An-  
 nal. 5. *Orator sine pace redit, Regique refert rem.*  
 Nec *ἔμφρασι* aliquando neglexit. Annal. 1. *Nos ausi referare, ---*  
 Et ibid. --- *huius Nate auspiciis illa incluta Roma.*  
 Item in Andromache. *Hectorem curru quadrijugo raptarier.*  
*Hectoris Natam de mucro jactarier.*  
 Interdum per interrogationem, quae Graecè *ἑρώτημα* dicitur, non medio-  
 crem suis scriptis dignitatem auxit. Annal. 6.  
*Quis potis ingenteis oras evolvere belli?*  
 Et Annal. 1. *Ecquis extiterit Romae regnare quadratae?*  
 Convenit cum interrogatione *διαλογισμός*, cum quis secum consilii anceps  
 volutat, quid agat, vel agendum putet, sibi respondeat; sic Medea,  
*Quò nunc me vortam? quod iter incipiam ingredi?*  
*Domum paternamne, an ad Peliae filias?*  
 Nec minori venustate *κατὰ τὴν εὐχὴν* aliquos inducit Annal. 1. precantes  
 Deos, *Te nunc sancta precor Venus, & genetrix patri nostri,*  
*Ut me de caelo visas cognata parumper.*  
*Teque, Quirine pater, veneror, Horamque Quirini,*  
*Teque, pater Tiberine, tuo cum flumine sancto;*  
*Neriemem Mavortis ---*  
 Et Annal. 6. --- *Dii hoc audite parumper,*  
*Ut pro Romano populo prognariter armis*  
*Certando prudens animam de corpore mitto.*  
 Item in Hect. iustr. *At ego Omnipotens te exposco, ut hoc consilium*  
*Achivoeis auxilio fiat ---*  
 Quàm verò efficacibus verbis ad militum animos excitandos Imperatoris il-  
 la *προτροπή*, sive adhortatio expressa est Annal. 14.  
*Nunc est ille dies, quò gloria maxima sese*  
*Ostendat nobeis, si vivimur, sive morimur.*  
 Aliquando, quapropter aliquid factum sit, rationem reddit. Talis est illa de  
 Fabii Max. cunctatione, & tarditate *αιτιολογία* Annal. 12.  
*Non ponebat enim rumores ante salutem.*  
 Sed quàm fortis, elatique animi est illa etiam Telamonis, qua se de fi-  
 llii morte consolabatur,

c 2

Ego

*Ego quom genui, tum moriturum scivi, & ei rei sustuli.  
Præterea ad Trojam quom nisi ob defendendam Graeciam,  
Sciebam me in mortiferum bellum, non in epulas mittere.*

Similiter Merope rationem affert, cur se Cresphon uxorem duxerit,  
*Duxit uxorem sibi, liberam quaesendam caussa.*

Nec absque venustate Annibalem nec ἐξοχῆν eo versu intellexit lib. incer.  
*Heis pernas succidit iniqua superbia Poeni.*

Crebris quoque sententiarum luminibus magnum suis poematis splendorem,  
& dignitatem adjunxit. Quid enim illustrius dici potest? in alt. Med.  
--- *qui ipsius sibi*

*Sapiens prodesse nequit, nequicquam sapit.*

Et Trag. incer. *Benefacta, malè locata, malefacta arbitrator.*

Quid verius? Trag. incer. *Amicus certus in re incerta cernitur.*

19 Item Trag. incer. *Nulla sancta societas, vel fides regnei est.*

Quid prudentius? Annal. 16. --- *non est sat bella movere.*

Quid ad animi magnitudinem accommodatius? Annal. 7.  
*Fortibus est Fortuna vireis data.*

Quid ad Fortunae inconstantiam, varietatemque exprimentam aptius? An-  
nal. 8. --- *multa dies in bello conficit unus.*

*Et rursus multae Fortunae fortè recumbunt:*

*Haud quaquam quenquam semper Fortuna sequut' est.*

Et ibid. --- *mortalem Fortuna repente*

*Reddidit, ut summo è regno famul infimus esset.*

Et Annal. 7. *Non semper vestra evortit, nunc Juppiter hanc stat.*

Nunc verò quibus modis animi perturbationes, quas Graeci πάθη vocant,  
excitaverit, explicabimus. Movit pathos à loco sacro, violataque religione,  
cùm in Andromache ait, *Fana flamma deflagrata,*

Et *Jovis aram sanguine turpari.*

A Fortunae volubilitate sic Telamonem conquerentem inducit,

*Pol mihei Fortuna magis nunc desit, quàm genus.*

*Nanque regnum suppetebat mihei: ut scias quanto è loco,*

*Quantis opibus, quibus de rebus lapsa Fortuna occidat.*

Queritur item Alcmaeon, quodd ex prospera Fortuna tandem fit  
*Circumventus morbo, exsilio, atque inopia.*

Nec eodem caret affectu, cùm quisquis ille fuerit, non sine stomacho in  
Ambracia ait, *Agros audaces depopulant servei, dominorum domineci.*

A visu, cùm Andromachen facit collapsae, incensaeque patriae ruinam de-  
plorantem, *Vidi ego te adstante ope Barbarica*

*Tecteis caelateis, laqueateis ---*

Et paullò post, *Haec omnia vidi inflammari.*

Item, *Vidi, videreque passa sum aegerrimè*

*Hectorem curru quadrijugo raptarier.*

Nec dissimilis est illa Telephi conquestio,

*Et civitatem video Argivum incendier.*

Excitat insuper à vestimentorum squalore, & foeditate commiserationem,

*Regnum reliqui septus mendici stola.*

Et, *Credo, & caveo vestitus, squalida septus stola.*

Item Telamon, *Strata terra lavere lacrimis vestem squalam, & sordidam.*

Et Tragoedia incerta, *Ecquis illaec est, quae lugubri succincta est stola?*

Movit praeterea per omnes ferè aetatis gradus misericordiam. A pueritia,  
ut de Astyanacte è turri praecipitato in Andromache.

*Nam ubei introducta est, puerumque ut lavarent, collocant in clupeco.*

A juvena, Annal. incer. --- *virosque valentis*

*Contudit crudelis hiemps ---*

A senectute, Talthybius in Hecuba,

*Senex sum, utinam mortem oppetam prius,*

*Quàm evenat, quòd in pauperie mea*

*Senex graviter gemam ---*

Et ipsamet Hecuba, *Miserere annis, date ferrum qui*

*Me anima privem ---*

Commovet etiam miserationem ab aliis plerisque rebus. A loco, Annal. 2.

*At domus interior gemitu, miseroque tumultu.*

Et lib. incer. *O domus Ancei, heu quàm dispari domino dominaris.*

Et illud in Andromache. *O Pater, o patria, o Priami domus!*

A tempore, Annal. 7. *Quà Galli furtim noctu summa arcis adorti*

*Moenia, concubia, vigilesque repente cruentant.*

A temporis diuturnitate, lib. incer.

--- *ubei mille rotam voluere per annos.*

A caussa, --- *postquam discordia tetra*

*Belli feratos posteis, portasque refregit.*

Et in Medea optabat Anus illa, ne unquam in nemore Pelio excisae fuif-  
sent trabes ad Argum construendam, qua deinde Argivi, delecti viri, pec-  
lem illam inauratam arietis petierunt, unde tam magnas Medea hausit cala-  
mitates. A modo, Trag. incer. *Cubitis pinsibant humum ---*

Et Annal. 11. *Missaque, per pectus dum transit, striderat hasta.*

Et lib. incer. *Oscitat in campeis caput à cervice revulsim,*

*Semanimesque micant oculi, lucemque requirunt.*

Sed quàm commiserationis plena est illa Andromaches ejulatio?

*Heu reliquias semiaffi Regis, demudatis ossibus*

*Per terram sanie delibutus foedè divexarier.*

A materia, Annal. 15. *Occumbunt multi leto, ferroque lapique.*

Ab imminente periculo, Annal. 3.

*Hac noctu filo pendebit Etruria tota.*

Ab instauratione pugnae, ibid.

*Postquam defessi sunt, stant, & spargere sese*

*Hasteis ansateis, concurrunt undique teleis.*

A temporum calamitate, Annal. 8.

*Tollitur è medio sapientia, vei geritur res.*

*Spernitur Orator bonus, horridum miles amator. &c.*

Ab attestatione rei vitae, lib. incer.

*Vulturis in silveis miserum mandebat hominem:*

*Heu quàm crudelei condebat membra sepulcro.*

Ab addubitatione, quae Graecè dicitur ἀπορία, in Andromache

--- quid petam

*Praesidii? quid exsequar? quo nunc aut exsilio, aut fugis  
Freta sim? arce, & urbe sum orba, quò accedam, quò applicem?*

Quae quidem oratio quantum praefecerat animi perturbationem, abruptum declarat initium, crebrae interrogationes, concisaeque sententiae. Huic non dissimilis est illa Medae oratio, consilii dubitatione aegruantis,

*Quò nunc me vortam? quod iter incipiam ingredi?*

*Domum paternam? an ad Peliae filias?*

Sed haec ob violatam à Jafone fidem indignationem potius, quam commiserationem concitant. Eiusdem generis sunt frequentes illae in Hecctoris lustreis interrogationes, *Quid hoc clamoris? quid tumultus est? nomen*

*Qui usurpat meum? quid in castris strepitis est?*

Item à pudore, Annal. 11. *Sic mulier erubuit, cœn lacte, & purpura mista.*

A parabola, lib. incer. *Sicut fortis equus, spatio qui fortè supremo*

*Vicit Olympia, nunc senio confectus quiescit.*

Ab imagine, lib. incer. *Africa terribili tremis horrida terra tumultu.*

A majori, cum imbelles nescio quis militum animos exprobrans feminae generositatem extollit, lib. incer.

22

*Vos etenim juvenes animam geritis muliebrem*

*Illaque virgo viri ---*

A minori, cum in Iphigeniae immolatione Agamemnonem inducit miseram Regis conditionem perpendentem, quod in adversis plebem lugere deccat, Regem verò minime, *Plebes in hoc Reges antistat loco: licet*

*Lacrumare plebei, Regi honestè non licet.*

A consimili affectu, qui à Graecis δημοσιονόμειν dicitur, Annal. 17.

*Insignita ferè tum millia militum octo*

*Duxit delectos bellum tolerare potentes.*

A sermonis conversione, Annal. 1.

*Ilia dia nepos, quas crummas tetulisti?*

Nec gratia, dignitateque caret, cum ad inanima, sensusque expertia, sermonem convertit. Sic Scipio Romam alloquens in Scip. campos testes laudat,

*Desine, Roma, tuos hosteis ---*

*Testeis sunt campeis magnei ---*

Sic Andromache inferorum loca salutat,

*Acherusia templa alta Orci salvete infera.*

A taciturnitate, Annal. 9. *Sed quid ego haec memoro?*

Et in Ambrac. *Quis est, qui nostris foribus tam proterviter?*

A doloris magnitudine, ut in Hecuba, quae animo jam consternata,

--- date, inquit, ferrum qui Me anima privem ---

A nimia lacrymarum effusione, in Telam.

*Scrata terra lavère lacrumis vestem squalam, & sordidam?*

Et in Cresph. *Neque miserae lavère lacrumae salsum sanguinem.*

Ἀπὸ τοῦ ἀδυνάτου, vel, ut ita dicam, ab impossibili, Trag. incer.

*Atque prius pariet locusta bovem.*

Magnam etiam Superlatio vim habet ad animi motus perciendos, ut in Telam.

Hic-

*Hiccinæ Telamon ille est, modò quem gloria ad caelum extulit?*

Quo in loco Hyperbole cum Ironia conjuncta cumulatius auget pathos. Praeterea in Hecctoris Lustreis ab horribili militum strage commiseratio excitatur,

*Frangatur hastae, terra sudat sanguine.*

Valde etiam per Exclamationem commovetur miseratio, & praesertim cum in pejus insignis rei alicujus mutatio memoratur. lib. incer.

*O domus Ancei, benè quàm dispari domino dominaris.*

23

Et eo versu lib. incer. quem sibi totum Maro usurpavit lib. 2. Aen.

*Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo.*

Nec illam Andromaches conquestionem, quae tota sanè pathetica est, praetermittam, *O Pater, o patria, o Priami domus,*

*Septum altissimo cardine templum,*

& quae sequuntur. Sed paenè exciderat, quàm praecipuè ad misericordiam personae habitus alliciat. Annal. 5.

*Cogebant hosteis lacrumanteis, ut miserent.*

Et Annal. 10. *Aegro corde, comis, passis latè palmis ---*

Et lib. incer. *Ad genua se prosternunt statim lacrumanteis.*

Item tota ferè illa Caesarii Tribuni in pugna defatigatio habitu depingitur Annal. 15. & praesertim cum ait, *Totum sudor habet corpus ---*

Quàm etiam Tragicè Hecuba doloris acerbitate confecta habitu proditur?

*Vide, hinc meae, inquam, lacrumae guttatim cadunt.*

Et alibi Medea amore, ac odio simul incensa,

--- aegro animo amore sacro saucia.

Et cujusdam trepidatio Annal. 16.

*Tum timido marat ex omni corpore sudor.*

Item à parabola in Andromache, --- *sed quae sci*

*Ferrum, aut lapis raverter gemitum Conatur trahere ---*

Sed nimis luētiosa est tota illa Thyestis querimonia,

--- *ipse summeis saxeis fixus aspereis*

*Evisceratus, latere pendens, saxa spargens tabo,*

*Same, & sanguine atro ---*

Et illa Alexandri, *O lux Trojae germane Hector,*

*Quid ita cum tuo lacerato corpore miser?*

*Aut qui te sic respectantibus tractavère nobeis?*

Haec, quae diximus, sufficiant ad ostendendam nostri Poëtae artem, quam ex perennibus poëseos, rhetoricesque fontibus affluenter haussisse videtur.

Historiam denique qua fide conscripserit, & qua ratione non ut Poëta à medio, sed tanquam Historicus rem ab initio inchoaverit, in primo Annali explicavimus. Nunc verò de summa multiplicique tanti viri doctrina dicendum est, & primùm quid de Diis illis, qui poëtis fabulandi anfas suppeditaverunt, eorumque providentia, de Fortuna, de vaticinio, de animorum immortalitate, eorumque sede, & tandem de perturbationibus senserit, explicabimus. Initio Deos esse, & quantum naturae ductu intelligere potuit, rerum humanarum curam habere, asseveravit. Nec me versus illi movent, in quibus, quamvis Deos esse censet, impiè tamen opinari videtur, eos minimè humanis rebus prospicere,

Ego.

*Ego Deum genus esse semper dixi, & dicam caelitem,  
Sed eos non curare opinor, quid agat genus humanum;  
Nam si curent, bene bonis sit, male malis, quod nunc abest.*

Nam si integram Telamonis Tragoediam, unde haec sumpta sunt, in manibus haberemus, facilius perpendere potuissemus, haec verba non ab Ennio tanquam perniciosam illam, ac pravam opinionem approbante, prolata fuisse; sed Telamonem suo arbitratu esse loquutum, ut eum animi motus, perturbationesque impellebant. Non enim putandum est Aeschylum, Sophoclem, Euripidem, quorum volumina absurdis huiusmodi, teterimisque sententiis referta sunt, cum hanc, vel illam personam in fabulis introducant, omnia, quae ab illis dicuntur, asserere. Nam, ut congruum servent decorem, varia personarum genera variis induunt affectibus, & saepissimè adeò dissentientes, contravertentesque faciunt, ut nulla certa eorum sententia inde elici possit. Apud quos, si, ut in Platonis dialogis, & Ciceronis de Senectute certa esset persona, sicut illa Socratis, & Catonis, quas hi consultò eorum sententias explicantes constituerunt, omnis haesitatio sublata esset. Itaque si Ennius seriò providentiam tolleret, frustra in gravissimo Annalium opere Romanum illum ita precantem induxisset Annal. 1.

*Te nunc sancta precor Venus, & genetrix patri nostri,  
Ut me de caelo visas cognata parumper.*

Et alium sese pro Repub. devotentem Annal. 6.

*--- Dii hoc audite parumper,*

*Ut pro Romano populo prognariter armis  
Certando prudens animam de corpore mitto.*

Quam etiam opinionem in caveae confessu approbavit. Ita enim in Cresphonte ait, *Eho tu, Dii, quibus est potestas motus superum atque inferum,*

*Pacem inter se conciliant, conferunt concordiam.*

Item in Telepho, *Deum de consilio hoc itiner credo conatum modò.*

Et in Medea, *Juppiter, tuque adeò summe Sol,*

*Qui res omnibus inspicis,*

*Quique tuo lumine*

*Mare, terram, ac caelum*

*Continos, inspicere hoc facinus,*

*Priusquam fiat, prohibe scelus.*

Rursum in Annalibus quam perspicuis verbis nihil sine Deorum voluntate fieri asseruit, cum Pyrrhum Romanorum legatis respondentem facit Annal. 5.

*--- doque volentibus com magneis Deis.*

Et alium Annal. 8. *Non semper vestra evortit, nunc Juppiter hac stat.*

Practerea in 11. *Malo cruce fatum ut des Juppiter ---*

Nec quia Euhemerum, qui impius habitus fuit, non modò praeter caeteros, ut ait Cicero lib. 1. de Nat. Deor. Ennius est sequutus, sed etiam interpretatus, ob id credendum est eadem impietatis nota fuisse inustum: immò potius iudicandum, Euhemerum, & Ennium caeteris, qui ex gentibus ea tempestate vivebant, ad veram unius Dei cognitionem magis & propius accessisse. Nam dum Jovem, reliquosque Deos, quos credula antiquitas venerata est, ex generatoribus ortos, & ut homines morti obnoxios tradunt;

quid

quid aliud declarant, nisi illos non esse Deos, sed alium quempiam ingentium, & immortalem, quem Ennius apertè significavit, cum dixit lib. inccr.

*--- patrem divumque hominumque*

& lib. inccr. *--- divumque hominumque pater Rex,*  
cuncta regere, atque moderari? Item Annal. 6.

*Tum cum corde suo divum pater, atque hominum Rex Effatur ---*

Quo loco frustra describeret Deorum concionem coactam fuisse, nisi aliquid in ea de rebus humanis statueretur, ut saepè ab Homero, & Virgilio factum est. Sed locus ille in Epicharmo praeclearè indicat Deum, quem ipse à juvando videtur Jovem appellasse, non modò rerum omnium auctorem esse, sed illarum etiam curam habere,

*Quae mortales, urbes, atque belluas omnes juvat.*

*Quòd heic omnis, & sub hoc ---*

Quem eundem in Hectoris lustris Omnipotentem appellavit,

*At ego, Omnipotens, te exposco, ut hoc consilium*

*Achivis auxilio fiat ---*

At verò in Thyeste Euripidem sequutus aliud sensisse de Diis videri possit ab eo, quod antea dixerat. Caelum enim sic Deum facit,

*--- Aspice hoc Sublime candens, quem vocant omnes Jovem.*

At in Hecuba quasi seipsum corrigens Caelum Deorum sedem esse dicit,

*O magna templa caelitem*

Et lib. inccr.

*--- divum domus altisonum cael.*

Et in 1. Annali, *Romulus in caelum cum Deis genitalibus avium Degit ---*

Quos nullo detrimento affici existimavit, cum dixit, *Integros aevi Deos.* Deinde cum ad sua usque tempora vera Dei notio non omnino perspecta esset, sed quasi tenebris obvoluta jaceret; nil mirum si plurimum Fortunae tribuit. Sic enim Pyrrhus Romanorum Legatos alloquitur Annal. 5.

*Vosne velit, an me, regnare Hera, quidve ferat fors.*

Et mox, *Quorum virtutei belli Fortuna pepercit.*

Item 8. Annali, *--- mortalem Fortuna repente*

*Reddidit, ut summo è regno famul infumus esset.*

Et eodem loco, *--- multa dies in bello conficit unus:*

*Et rursus multae Fortunae forte recumbunt.*

*Haud quaquam quenquam semper Fortuna sequuta est.*

Rursum in 14. *--- quae me Fortuna ferox sic Contudit ---*

Nec praetermittam locum illum ex Thyeste,

*Hen me Fortuna, ut omnia in me conglomerat mala.*

Nectemporis opportunitatem, quae Occasio dicitur, tanquam Fortunae pedisequam, vel comitem, parva existimavit in rebus omnibus, & praecipue bellicis habere momenta. Sic enim in 8. Annali,

*Ast Occasus ubi, tempusve audere repressit.*

*Heic datus est Occasus, Horatius inclut saltu.*

In 5.

*--- Occasus juvat res.*

Et in 16. *Quo resapsa loco sese ostentatque jubetque.*

Tum vaticinationem à Diis esse eo loco sensit,

*Atque Anchises doctum, Venus quem polcra Dearum*

d

Fa-

*Fari donavit, divinum pectus habere.*

Dehinc animas post mortem superstites esse per insitam, vel potius innatam gloriae cupiditatem demonstravit. Inde amicos prohibet, ne se mortuum lacrimis decorent, --- *quar? voluto vivo' per ora virum.*

Et Annal. 16. ad immortalitatis memoriam respiciens ait,  
*Reges per regnum statuas, sepulchraque ponunt:  
Aedificant nomen, summa nituntur opum vei.*

Nec anima tantum, quam his verbis in Epicharmo igneam esse ostendit, --- *at mentis ignis est, & corpore, quod terrae redditur, ut ibidem, Terra corpus est, hominem constare voluit; sed umbra etiam, quae post mortem ad inferorum loca delabitur, ut de illa Homeri in 1. Annali,*  
--- *visus Homerus adesse poeta,*

Et de Polydori in Hecuba,  
*Adsum, atque advenio Acheruntiae vix via alta, atque ardua;  
Per speluncas saxcis structas aspereis pendentibus.*

Sed suam hanc de animarum immortalitate sententiam Pythagorica transfiguratione foedavit, ut in Annalium initio explicavimus. Postea animae sedem hinc videtur in sanguine constituisse. in Ajace.

*Ajax missis sanguine tepido tullii Efflanteis volant ---*  
& in corde praecipue eam animae partem, quae ratione praedita est; lib. incer.  
*Egregie cordatus homo Catus Aelin' Sextus.*

In quo deinceps tanquam vitae fonte omnes animi affectus, perturbationesque posuit; amore videlicet, ut in altera Medea,  
*Utinam ne unquam me de cordis cupido Corde pedem extulisses ---*  
Et lib. incer. *Omnes corde patrem praebent, animoque benigno Circumsunduntur ---*  
Miserorem, & tristitiam Annal. 10.

*Aegro corde, cornis, passis late palmeis ---*  
Et lib. incer. *Vix aegro tum corde meo me somni reliquit.*  
Iram Annal. 10. --- *animusque in pectore latrat.*  
Cupiditatem lib. incer. *Nec sese dedit in conspectum corde cupinus.*  
Item timorem lib. incer.

*At Romanus homo, tamen & si res bene gesta est, Corde suo trepidat ---*  
Diversis quoque locis diversas affectuum causas explicavit. Non enim sine ratione in Alcmaeone dixit,

*Tum pavor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat.*  
Nam qui timore percussi sunt, aded confunduntur, & ob sanguinem ad cor, tanquam ad arcem se recipientem, refrigerantur, ut pallore, mentisque perturbatione paene exanimati videantur. Unde etiam ait Trag. incer.

*Quod nemo est tam firmo ingenio, aut tanta confidentia,  
Quin refugiat timido sanguen, atque exalbescat metu.*  
Et quod timentes sudore madeant, eo loco ostendit Annal. 16.

*Tum timido manat ex omni corpore sudor.*  
Ex quibus apparet timorem ex caloris diminutione oriri; contra verò ubi de equo generoso loquitur, indicat, calorem magni spiritus esse fomitem: ait enim Annal. 2. *Spiritus ex anima calida spumas agit albas.*  
Cum verò spiritus vehementi calore accenduntur, ira oritur: quae si nimis

effe-

effeuerit, hominem in insaniam adiget. Unde praeclare dixit Trag. incer. *Ira insaniae initium.* Sed quam mirifice unico verò in Med. omnem amoris vim ex pressit? *Medea animo aegra, amore sacro sanctia.*  
Et alio Annal. 11. honestae mulieris pudorem,

*Sic mulier erubuit, ceu lacte, & purpura mista.*  
Item alio Annal. 5. vehementem commiserationis affectum,  
*Cogebant hosteis lacrumantis, ut misererent.*

Sed cum Telamonem facit non modò dolorem de filii morte summa constantia, ac aequabilitate perferentem, verum omni prorsus aegritudine exutum; Stoicorum inhaeret dogmati, qui cunctis animi perturbationibus radicitus evulsis, virtutem in summa tranquillitate constituunt. Nam quid his verbis, quibus suum Telamon lenibat dolorem sedatius, aut tranquillius dici potuit?  
*Ego quom genam, tum moriturum scivi, & ei rei sustuli.*

*Practerea, ad Trojam quom misi ob defendendam Graeciam,  
Sciebam me in mortiferum bellum, non in epulas mittere.*

In qua de perturbationum vacuitate opinione non perpetuò constans fuit; sed Peripateticos interea sequutus est, qui cum nullo modo fieri posse existimarent, ut homines omni penitus animi aegritudine vacarent, medium quoddam excogitantes virtutem in mediocritate constituerunt. Hinc Pyrrhum facit non aded victoriae cupidum, & hostibus infensum, ut dolo, aut occulta aliqua occasione, sed virtute, ac palam vincere queat. Ita enim ait Annal. 5.

*Nec mi aurum pascio, nec mi pretium dederitis,  
Nec cauponantis bellum, sed belligerantis.*

& totus locus. Nunc de virtutibus iis, quibus excollitur animus, fortitudine, inquam, prudentia, temperantia, & iustitia, ne eam philosophiae partem, quae ad mores attinet, Ennius intactam reliquisse videatur, verba faciamus. Quid enim aliud, quam veram animi fortitudinem in medium affert, cum Ducem illum facit gloriae cupiditate vitam contemnentem haec proloqui Annal. 14.

*Nunc est ille dies, quom gloria maxima sese  
Ostendat nobis, si vivimus sive morimur.*

Et in praeclarissima illa Servilii amici imagine quam pulchris lineis prudentem virum adumbrat?

*Multorum veterum leges, divamque hominumque Prudentem ---*  
Ubi, quem Graeci ἀντίπυρρον nominant, ita duobus his verbis, --- *suoque contentus,* ob oculos posuit, ut nihil clarius, nihil apertius. Iustum denique quibus coloribus eadem tabula ornatus depingere potuit?

*Ingenium quom nulla malum sententia suadet, Ut faceret facinus ---*  
Externa praeterea quaedam bona, quibus Peripatetici post animi dotes secundas tribuunt, sua quoque in poësi enumerasse videtur: in Anco videlicet bonam existimationem, cum *bonum* Annal. 3. appellavit: in Ilia, & Pyrrho nobilitatem, cum de illa ait Annal. 1. *Ilia dia nepos ---*  
& de hoc Annal. 5. --- *à stirpe supremo.*

Numerantur & inter haec divitiae, quae ab Ennio eo versu Annal. 3. minimè neglectae videntur. *Circum sos quae sunt magnae gentis opulentae.*  
Sed vox illa Pyrrhi Aeacidarum genere digna, virtutem divitiis, in quibus aliquid summum bonum statuere non veriti sunt, longè praeflare ostendit.

*Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis,  
Nec cauponanteis bellum, sed belligeranteis;  
Ferro, non auro vitam cernamus utrique:  
Vos ne velit, an me regnare Hera, quidve ferat fors,  
Virtute experiamur ---*

Tribuit etiam bona sua corpori, nimirum pulchritudinem Annal. 1.

--- at Romulus polcer,  
celeritatem Annal. 2. --- *Horatius inclutū saltu,*  
& similia. An non etiam ad eandem philosophiae partem, quae in vita, & moribus posita est, spectat, quis verè liber dici possit, explicare? Quid enim ex Phoenice loco praeclarior? --- *adversus adversarios*

*Ea libertas est, quae pectus purum, firmumque gestitat.*

Huc etiam referri potest illud lib. incer.

*Qui vicit non est victor, nisi victū fatetur.*

Quantum verò utile sit modum cupiditatibus adhibere, sic explicavit,

*Stultus est, qui cupida cupiens, cupienter cupit.*

Filiorum mortem aequo animo perferendam, eo Telamonis loco, quem supra retulimus, dilucidè demonstravit: & in Cresphonte mortuos, cum humanis miseris exuantur, non modò non esse flendos, sed eos potius, qui in tenebrosam hanc lucem prodeunt, praeclarè admonuit,

*Nam nos decebat coetus celebranteis, domum*

*Lugere, ubi esset aliquis in lucem editus,*

*Humanæ vitæ varia reputanteis mala.*

*At qui labores morte finisset graveis,*

*Hunc omneis amicos laude, & laetitiam exsequi.*

Indè in Thyeste Mortem malorum requiem esse, dixit. Quantum praeterea malefactorum conscientiae noctes, diesque animum stimulis agent, atque pungant, testis est acerbissimus ille Alcmaeonis cruciatus, qui ob maternam necem Furiis exagitatus exclamat,

*Fer mi auxilium, pestem abige à me,*

*Flammiferam hanc vim, quae me excruciat.*

*Caeruleo incinctae angui incedunt;*

*Circumstant cum ardentibus taedis.*

Amicorum vitia quo pacto ferenda sint, ita expressit in Phoen.

*Ut quod factum est futile amici, nos feramus fortiter.*

Et quomodo veri à falsis dignoscantur Trag. incer.

*Amicus certus in re incerta cernitur.*

29 Fidem extollit, cum de se ipso ait lib. incer.

--- *ille vir haud magna in re Sed fidei plenus ---*

Quantum denique à turpibus, obscenisque rebus abhorruerit, illud indicat Trag. incer. *Flagitii principium est nudare inter ceiveis corpora.*

Nec reliquas de moribus philosophiae partes Oeconomicam scilicet, & Politicam penitus omisit. Nam quod ad Oeconomicam attinet, eo Cresphontis versu,

*Duxit uxorem sibi liberam quaesendam causa,*

ostendit magnopere ad rei familiaris curam, atque administrationem pertinere, uxores ducendas esse procreationis causa. Illa verò conquestio ad depravatam

Po-

Politiae formam spectat Annal. 5. *Tollitur è medio sapientia, ve geritur res, & totus locus.* Et ad Reipub. administrationem lib. incer.

*Ut clavum rectum tencam, navimque gubernem.*

Et Trag. incer. *Quem metuumt, oderunt; quem quisque odit; periisse expetit.* Sed mirificè versus illi cum naturae lege conveniunt Trag. incer.

*Homo, quae errantei comiter monstrat viam,*

*Quasi de suo lumine lumen accendat, facit,*

*Nihilominus ut ipse luceat, quom ille accenderit.*

Ex quo loco, ac etiam ex Agellii testimonio lib. 20. cap. 9. cognoscere licet Ennium juris civilis scientia non mediocriter imbutum fuisse; quod similiter versus illi in Hecuba declarant, *Nunquam scripsistis, quis parentem, aut hospitem*

*Necasset; quo quis cruciatu perbitet.*

Pauca haec ad vitam, moresque spectantia ex situ, carieque confectis fragmentis vix erui potuerunt. Nunc, siqua de rebus naturalibus vestigia reliqua sunt, perscrutandum est. Mundum in primis contra Leucippi, & Democriti opinionem, qui innumerabiles esse censuerunt, unum esse asseruit in Scip.

*Mundus caeli vastus constitit silentio.*

Caeli verò motum orbicularem esse, & ad motum primi motoris omnes ferri orbis, eo versu declaravit Annal. 6. *Vertitur interca caelum cum ingentibus signis.*

Caelum praeterea ex ignea materia constare voluit, cum ait Annal. 1.

*Caelum prospexit stelleis ardentibus aptum.*

Ex qua Solem etiam esse compactum in Medea demonstravit,

*Sol, qui candentem in caelo sublimat facem.*

Cujus formam rotundam esse eo loco lib. incer. tradidit,

*Itade patescit radius rota candida caelum.*

Insuper ex illius recessu oriri noctem Annal. 1.

*Intercà Sol albu' recessit in infera noctis.*

Et in Oceanum condi Annal. 16.

--- *interca fax*

*Occidit, Oceanumque rubra tractim obruit aethra.*

Noctem denique terrae umbram esse, his verbis significavit Annal. 18.

*Montibus obstiteis obstantibus unde oritur nox.*

Cujus omnes partes diversis locis recensuit. Primam, quae noctis initium est, & prima fax à facibus quae accenduntur appellatur, ita explicavit Annal. 3.

*Proclinunt famulei, tum candida lumina lucent.*

Secundam, quae à cubando concubia dicitur Annal. 7.

*Qua Gallei furtim noctu summa arcis adortei*

*Moenia, concubia, vigileisque repente cruentant.*

Dein tertiam, quam intempestam Grammatici vocant, quasi idoneo careat tempore ad aliquid perficiendum, cum tunc omnia consopita quiescant, Annal. 1.

*Quom superum lumen nox intempesta teneret.*

Tum quartam, quae est mediae noctis inclinatio, Annal. 16.

*Nox quando mediis signis praecineta volabat.*

Demum quintam, à Gallis cantu lucem praenunciantibus, Gallicinium appellatam Trag. incer. *Qui silentio noctis favent faucibus*

*Russeis cantu, plausuque premunt alas.*

Inde sextam, quae quoniam tunc omnia conticescunt, conticinium dicta est,

d 3

in

in Scip. *Mundus caelei vastus constitit silentio.*

Ad extremum verò diluculum, quasi parvam diei lucem, Annal. 6.

*Ut primum tenebris abjectis albescerat Dies ---*

Elementa quatuor esse sic in Epicharmo ostendit, *Aqua, terra, anima, Sol;*

Ubi pro Sole ignis positus esse videtur; nam eodem libro dixit,

*Isthic de Sole sumptus est ignis.*

Quo loco elementa quodammodo innuit quandam cum corporibus superioribus habere cognationem. Terram vero globosam, & sphaericam esse demonstravit, --- *pilam vix Sol mediam: complere chorum terroribus caelei.*

Annus in quatuor divisit tempora, Annal. 16.

*Aestatem autumnus sequitur, post aegram hiemem ver.*

30 Nec rerum, quae in aëris regione fiunt, causas ignoravit. Ventum enim hoc modo fluentem aërem esse innuit Annal. 3.

*Sic densis aquila pinnae obnixa volabat*

*Vento, quem perhiberi Grajum genus aëra, lingua.*

De ventorum natura, locis, & concertationibus non mediocrem videtur cognitionem esse consequutus Annal. 17.

*Concurrunt veluti venti, quoniam spiritus Austri*

*imbricator, Aquiloque suo cum flamine contra*

*Endo maris magno fluctus extollere certant.*

De Iride plura dicebat, sed locus est planè mutilus Annal. 15.

*Argus ubi adspicitur, mortalibus quae perhibetur,*

Sicut ille etiam de pluviis in Achille, *Nubes per ego Deum fabices humidas,*

*Unde oritur imber, sonitus aëris spiritus.*

Somnia non ignoravit plerumque ex insitis animo cogitationibus oriri; ut in enarratione illius loci Annal. 1. --- *Visus Homerus adesse poeta,*

explicavimus. Mortem animae privationem esse in Hecuba exposuit,

--- *dare ferrum, qui Me anima privem ---*

Et in 7. Annali, *Certando prudens animam de corpore mitto.*

Quin etiam quadrupedum mores cognovisse, non modò ex pulcherrimis illis equorum, & canum comparationibus conjici potest, verum etiam ex illa famelici Parasiti descriptione in Satyris lib. 6. *Alacer, celsus, lupino impetu expectans.*

Avium quoque naturam sagaciter explorasse, versus illi, quos paulò antè de Gallorum cantu retulimus, & alii alio loco de immani Vulturis edacitate, satis indicant. De piscibus autem nihil est, quod dicamus, cum ex Phagetiorum reliquiis perspicuum sit, non vulgarem de illis notitiam habuisse. Astrologiam verò eum non latuisse locus ille patefacit, ubi Deorum concionem describens Annal. 6. ait, *Considant tectis bipotentibus ---*

pro quibus duo hemisphaeria intellexisse, non dubium est. Et in Iphigenia,

AGAM. *Quid nocti, videtur?* SEN. *in altisono.*

*Caelei clupei temo superat*

*Stellas, cogens sublime etiam Atque etiam noctis itiner.*

Augurandi disciplinae peritum fuisse non modò ex Romuli in condenda Urbe augurii descriptione colligi potest, sed hinc etiam Annal. 1.

*Quoniam tonuit laevum bene tempestate serena:*

Et lib. inc. *Buteo, Sanqualis, Immusculus, Aquila, Vultur.*

Quo

Quo versu omnes ferè augurales aves complexus est. Nec videtur Necromantiae delirationem praetermississe, cum Polydori umbram ex Acheronte advenientem facit in Hecuba. *Unde animae excitantur, obscura umbra, aperte ostio*

*Altei Acheruntis, falso sanguine imagines mortuorum.*

Quo loco Homeri Necyam tangit, qui animas sanguinem bibere facit. An non videtur ex medicinae adytis verba illa Annal. inc. deprompsisse?

--- *virosque valentis Contudit crudelis hiemps ---*

Quibus frigus ostendit, ut maximè ossibus, nervisque noxium corpora reddere imbecilliora. An non herbarum vim, & naturam optimè tenuisse censendum est, cum dixerit lib. 4. Satyr. *caepe moestum, &, triste sinapi?* Quòd autem vinum somnum conciliet, eo loco perspicuum est Annal. 8.

*Nunc hostis vino dormitei, somnoque sepulitei.*

Et quòd mentem animumque exhilaret Annal. 12.

*Omnes mortales victores cordibus vivis Letanteis vino curatos ---*

Ad quem etiam locum pertinet lib. inc. --- *forum putealque Libonis*

*Mandabo sicceis, adimam cantare severis.*

Agriculturae etiam cognitionem attingisse perspicuum est. Sic enim in Praeceptis quantum lolium, & avena frugibus inimica sint, explicavit.

*Ubi vidit avenam, lolium crescere*

*Inter triticum, selegit, succurrit, aufert sedulo.*

Et Annal. 8. rustici instrumenti mentionem fecit,

*Rastros dente fabres capite causa poliendi Agrei ---*

Musices quoque non ineruditum fuisse, ex modorum, melos, acutae, gravisque vocis commemoratione apparet. Quarum rerum hujusmodi extant exempla, in Atham. *Ignotus juvenum coetus alterna vice*

*Inibat alacris Bacchico insultans modo.*

Annal. 13. *Matronae melos complecti spectare faventis.*

Annal. 8. *Inde loci lituus sonitus effundit acutos.*

Lib. inc. *Fam cata signa ferè sonitum dare voce parabant.*

Annal. 8. *Consequitur, summo sonitu quatit ungula terram.*

Lib. inc. *Et praecunte viro rancus sonus aere cucurrit.*

Cognitae illi quoque, ac perspectae fuerunt exterae Antiquorum historiae. De 31

Carthaginensium enim origine ait Annal. 8. --- *Poenos Didone oriundos.*

Et de eorum sacrificiis, Annal. 1. *Ille suos Deivis mos sacrificare pueros.*

De Xerxis copiis, lib. inc. *Pontibus instratis conjunxit litora Xerxes:*

*Isque Hellesponto pontem contendit in alto.*

De Priami interitu, lib. inc. *Quoniam veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo.*

De variis sepeliendi ritibus, in Cresph. *Neque terram injicere, neque cruenta*

*Convestire mihi corpora licuit.*

*Neque miserae lavere lacrumae salsum sanguinem.*

Et in Andromache.

*Nam ubi introducta est, puerumque ut lavarent collocant in clupei.*

Et Annal. 3. *Tarquini corpus bona femina lavit, & unxit.*

Nec eum, ut militiae peritum diversa armorum genera, bellicaque instrumenta latuerunt; ut Rhumphaea, cujus in 14. Annali commemorat. Praeterea lib. inc. *Illurice restant sicceis, sibineisque fodentis.*

Et



Et lib. incer. *Incedit veles vulgò sicilicibr' lateis.*  
 Et Annal. 3. *Hasteis ansateis concurrunt undique teleis.*  
 Et lib. incer. --- *succinèti corda machaeris.* Et alio loco, *runata recedit.*  
 Item lib. incer. *Quae valide venit contorta salarica missu.*  
 Et Trag. incer. *Aut permacerat paries percussa trifaci.*  
 Patet etiam partim ex locis, quos suprà commemoravimus, partim ex his, quos dicemus in rei nauticae cognitione non parùm esse versatum Annal. 8.

*Labitur uncta trabes remeis rostrata per altum.*  
*Ingenti vadit cursu, qua reddita' termòst:*  
*Impetus haud longè mediis regionib' restat.*

Et lib. incer. *Tonsillas rapiunt, configunt litus, adumcas.*  
 Et Annal. 7. *Musserat hùc navem compulsam fluctib' pontus.*  
 At proprium Gubernatoris munus sic paucis explicavit, lib. incer.

*Ut clavum rectum teneam, navimque gubernem.*  
 Et alibi Hortatoris, sive Portifculi, Annal. 8. --- *tonsas ante tenentis*  
*Parerent, observarent, Portifculu' signum Quòm dare coepisset ---*

Et Annal. 7. *Poste recumbite; vostraque pectora pellite tonscis.*  
*Ponè petunt, exin referunt ad pectora tonsas.*

32. Possumus insuper ex tribus sequentibus locis rectè conijcere, & terrestrium, & maritimarum regionum scientiam habuisse. In Med. --- *qua pontus Helles.*  
 Annal. 1. *Lumai portum est operae cognoscere Ceiveis.*

Et Annal. incer. *Brundisium pelcro praecinctum praepete portu.*

Reliquit multa sanè, ac diversa tam praeclara ingenii sui monumenta, ut in unoquoque generè longè alios superasse videatur. Enituit praecipuè in 40. Annalium libris heroico carmine conscriptis; in quibus permagnas, ac immortales populi Rom. res gestas mirificè celebravit: tantaque in omnium existimatione fuerunt, ut per Urbis compita à Q. Vargunteio, qui illos continuata carminum serie conscriptos in libros digesserat, maximo civium plausu publicè recitarentur, Suet. de clar. Gram. Nec Romae tantùm verumetiam Puteolis, ut ab Agellio lib. 18. c. 5. relatum est, à quodam Anagnoste, qui Ennianista appellari volebat, homine non indocto, voce admodùm scita, & canora ad populum in theatro legebantur. Ex omnibus verò, qui circumferebantur Annalium libris, quidam C. Octavii Lampadionis, tanquam alterius Aristarchi manu emendatus, ob magnam, ac venerandam venustatem fummo precio habitus fuit. Hos eosdem Annalium libros propter difficultatem aliquot sententiarum, priscarumque vocum obscuritatem Fl. Caprum dilucidè enucleasse proditum est. Dedit Tragoedias quamplurimas sublimes, ac grandi orationis genere; quas partim vertit è Graecis, partim proprio ingenio scripsit. Nec ab eo altera scena destituta fuit; nam Comoedias etiam edidit, quas utrum converterterit, an novas confecerit, mihi nondum compertum est: sed in utroque fabularum genere versus numerorum licentia claudicavit. Quo vitio non modò Ennius, sed, ut notat Flaccus in Poët. caeteri ejusdem aetatis Romani poëtae laborarunt. Fecit Latine Epicharmi philosophiam, & Euhemeri sacram historiam. Scripsit Scipionem, Phageticam, Epigrammata, Satyras, Aetotum, & alia fortasse complura. Majora profectò de tam magno viro dici potuissent, si aliqua saltem ex ejus poematis integra extarent volumina, quae magna studiosorum jactura perierunt.

Q. EN-

## Q. ENNII FRAGMENTA EX I. ANNALI.

\* *Asteriscus carmini praepositus indicat, nos illud carmen nullius auctoris monitu, sed conjectura tantum eo loco collocasse.*

**M**USAE, quae magnum pedibus pulsatis Olympum.

Var. lib. 6.  
de lin. Lat.  
Serv. 11.  
Aen.

36. MUSAE] Refertur is versus à M. Varone l. 6. de lin. Lat. qui, ut illi saepè mos est, praetermisit auctorem. Eundem mutilum quidem, ac depravatum, non indicata operis inscriptione, ita Servius l. 11. Aen. affert ex Ennio,

*Ad Musas, quae pedibus pulsatis Olympum.*

37. Ab altero quidem integer versus, ab altero verò auctoris nomen habetur. Cur autem initio eum collocaverimus, id potissimum nos impulit; sive, quòd Ennius unus omnium ad Homericam majestatem, magniloquentiamque adspirans, totum se ad illius imitationem contulerit, ut alter inde Homerus existimaretur; sive quòd Pythagoricorum opinionem sequutus, sibi persuaserat, Homeri animam in somnis sibi visam, in suum corpus, ut paulò post dicemus, commigrasse. Quare cum Homerus in utriusque sui operis ingressu Musam invocaverit, decuit etiam Romanum Maenonidem à Musarum invocatione esse auspicatum. Confirmat id M. Varro initio librorum de re rustica, cum inquit: *Et quoniam, ut ajunt, Dei facientes adjuvant, prius invocabo eos; nec, ut Homerus, & Ennius, Musas, sed XII. Deos consentiens.* Qua verò ratione Homerus utriusque poematis exordium à Musae invocatione inchoaverit, Plutarchus in libello de illius vita explicavit, ut scilicet quae dicenda erant, augustiora, majorisque ponderis atque existimationis haberentur: sive, ut Eustathio Iliad. u. placet, ut audientes numinis

veneratione facilius allicerentur. At Poëta noster non unam tantum Musam, ut Homerus, sed omnes consultò invocavit. Oportebat enim, dum gloriosas Romani populi res gestas caneret, incredibileque victorias, ac imperii fines longè lateque per univèrsam ferè terrarum orbem propagatos, omnes invocare, sibi que propitias reddere. Musarum quidem numerus incertus est: nani Sphorus, & Eumelus Corinthius tres tantum fuisse asseruerunt, fortasse quia tria sunt musicae melodiae genera, Enarmonicum scilicet, Diatonicum, & Chromaticum; aut quia triformis est modulandi natura, assa nimirum voce, spiritu, quo tubarum, tibiarumque sonitus excitatur, & fidium intensione, atque pulsù. Aratus autem in V. τὸν ἀσπιδὸν quatuor posuit, cum quo Mnaeas consentit. Myrtilus, & Epicharmus septem, octo Crates, novem Pierius Macedo, Hesiodus, & alii quàm plurimi, fortasse à numeri praestantia: quandoquidem à primo impari quadratus efficitur, & impariter impar, dum in tres terniones discinditur, quorum singuli rursus in tres uniones secantur. Quamvis nonnulli id ad priscorum opinionem referant, qui asseruerunt, novem caelestes orbis sua circumvolutione musicos sonos diversos, atque distinctos efficere, alios quidem graves ex tardiori, alios verò acutos ex celeriori orbium impulsu, atque motu. Harum Calliope tanquam natu maxima, ut Jamblichus tradit ad

A De-

Dexippum, eminentiorem obtinet locum. Cujus rei non ignarus Horatius, ita eam evocavit à coelo l. 3. Car. Od 4.

Descende Coelo, Et dic age, tibia Regina longum Calliope melos.

Ad quod etiam respiciens Caesius Bassus, in l. 11. Lyricorum ait,

Calliope Princeps sapienti psallerat ore.

38 In quo versu & eam principes partes obtinere docuit, & ad nominis enodationem allusit. Dum enim eam ore sapientis psallere dixit, καλή ὄπι, hoc est, suavi voce praeditam esse demonstravit. Habitus autem fuit Pierus Musarum pater, à quo ipsae Pierides appellatae sunt, quod primum omnium poema considerit, novemque filias optimis artibus diversisque imbuerit disciplinis, quibus Musarum nomina imposuit, ut in libro III. de Choris restatur Aristocles. Alii non Pieri, sed Jovis filias fecerunt, in qua opinione Nae-vium fuisse ex versu illo apparet,

Novem Jovis concordas filiae sorores.

Eas insuper, quas allegoricè sciencias interpretantur, simul Olympum montem eminentissimum, incolere commenti sunt, hoc est humani corporis partem editiorem.

PEDIBUS MAGNUM PULSATIS OLYMPUM.] Pulsare pedibus est choreas ducere, quarum Musas praefides fuisse auctor est Strabo libro X. Nec ab re quidem effinxerunt Musas manus inter sese mutuo prensantes, choreas ducere, cum virtutes unà junctae cohaereant, aliaque dependeat ab alia. Ovidius l. 6. fast.

Pars viridem celeri ter pede pulsat humum.

Idem l. 1. de Arte,

Ludius aequatam ter pede pulsat humum.

Horatius l. 1. Car. Od. 37.

nunc pede libero

Pulsanda tellus.

Apollonium Rhodius l. 1.

κραιπνοῖσι πῆδον ῥήσσωσι πόδεσσι.

Chorus apud Euripidem in Iph. in Aulid. ait, Pierides in Deorum convivio aureis sandaliis impresso vestigio terram pulsantes, ad Peleï nuptias venisse:

Πιερίδες ἐν δαιτὶ θεῶν  
Χρυσεοσάνδαλον ἕλκω  
Ἐν γὰρ κρόσσῳ

Πηλέως εἰς γάμον ἔλθον.

Arrianus eadem elocutione ait: κρούειν τοῖς ποσὶ τὴν γῆν. Praeterea pulsare pedibus, incedere est. Virgilius l. 10. qui hoc loco Ennium potius in verbis, quam in significatione est imitatus,

almague curru

Noctivago Phoebe medium pulsabat Olympum.

Ovidius l. 6. Met.

Jam labor exiguus Phoebe restabat, equique

Pulsabant pedibus spatium declivis Olympi.

Olympus autem aliquando caelum intelligitur quasi δόξαμος, vel ἔλος λαμπρός, ut exponit Plutarchus in libello de Vita Homeri, & Theon nobilis Arati interpres, quod Horatius significans, caelum lucidas sedes appellavit, lib. 3. Car. Od. 3. De quo Homerus, Od. ζ.

Ὀλυμπόν δ' ὅτι φασὶ θεῶν ἔδος ἀσφαλές αἰεὶ

Ἐμμεναι, ὄντ' ἀνέμοιοι τινάσσεται, οὐτέ ποτ' ὄμβρω

Δεύεται, ὅντε χιῶν ἐπιπίλνεται, ἀλλὰ μάλ' αἰθρη

Πέπνεται ἀνήμελος, λευκή δ' ἐπιδέδρομεν αἶγλη.

Quandoque Macedoniae mons est, ut placet Varroni l. 6. de lin. Lat. sive Thesphaliae, ut vult Herodotus l. 7. sive inter utramque sita, ut alii asserunt, assurgens, ut Geometrica ratione mensus est Xenagoras, supra X. stadia: quique eam aëris regionem vertice superat, quam nubes attingunt. Unde Lucanus l. 2.

nubes excedit Olympus.

Eandem rem sic uberius extulit Claudianus in Panegy. Manlii,

sed ut altius Olympi

Vertex, qui spatio ventos hyemesque reliquit,

Perpetuum nulla temeratus nube serenum

Celsior exsurgit pluviis, audique ruentes

Sub pedibus nimbos, Et rancia tonitrua calcat.

Merito igitur Olympus mons, cum nullis sit perturbationibus obnoxius, hoc sibi cum caelo commune nomen comparavit. Est insuper alius in Myfia Olympus mons,

in.

Lunai portum est operae cognoscere caevis.

Perf. Sat. 6.

in cujus radicibus fertur Annibal Byrsam civitatem condidisse, dum apud Bythiniac regem moram traheret, ita ab Olympo rege, ut Dionysius Milesius tradit, appellatus: sive ut alii malunt ab Olympo tibicine, Marfyae discipulo. Alius est in Gallograecia clarus victoria Manlii Volfonis, alique etiam aliis in locis. Musas verò Olympiadas esse appellatas, placet Eustathio Iliad. β. tanquam δόμπια δώματ' εχούσας, vel tanquam Jovis Olympici filias; Varroni autem l. 6. de lin. Lat. potius ab Olympo Macedoniae monte, quam à caelo; quandoquidem à terrestribus locis Libethrides, Pimpleides, Pimpliades, Thepiades, Heliconiades cognominatae sunt. Unde Hesiodus in Theogon. illas facit in Heliconis vertice circa Jovis aram tripudiantes,

Καί τε περί κρήνην ἰαεῖδία πόσσ' ἀπαλοῖσιν Ὀρχεύονται, καὶ βαμὸν ἐπιθεῖός Κρονίανος. Et pauld post;

Ἀκροτάτῳ Ἐλικῶνι χοροῦς ἐνεποιήσαντο. MAGNUM] Eodem epitheto antè Ennium usus est Homerus Iliad. α.

Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὀλυμπόν.

& rursus Iliad. θ.

τῷ δ' ὑπὸ ποσσὶ μέγας πελεμίζετ' Ὀλυμπος.

LUNAI PORTUM] Hunc versum Cornuti monuit, in primi Annalis initio collocavimus, qui exponens hos Perfii versus ad Sabinum, Satyr. 6.

mibi nunc Ligus ora

Intepet, hibernaque meum mare, quà latus ingens

Dant scopuli, Et multa litus se valle recepiat.

Lunai portum est operae cognoscere caevis. Cor jubet hoc Enni, postquam desertuit esse

40 Maeonides, Quinctus pavone ex Pythagoreo. inquit, Perfium hunc versum ad suum carmen de Enni carminibus transtulisse: & sic dixisse Ennium in Annalium suorum principio, ubi se dicit vidisse Homerum.

Fieri tamen potuit, ut, cum à Sardinia rediisset (quemadmodum in vita diximus) in hoc portu quieti se tradens, in somnis sibi visus videri sit, in Parnasso esse, ibique Homeri animam per aliorum corpora ad se venisse. De Luna autem primò Etruriae oppido, portu nobili, ut ait Plinius l. 3. c. 5. haec à Strabone l. 5. tradita sunt: Τούτων δὴ μὲν Λούνα πόλις ἐστὶ καὶ λιμὴν. καλοῦσι δ' οἱ Ἕλληνας Σελήνης λιμένα, καὶ πόλιν, ἢ μὲν οὖν πόλις αὐτὴ μεγάλη: ὁ δὲ λιμὴν μέγιστός τε καὶ κάλλιστος, ἐν αὐτῷ περιέχων πλείους λιμένας, ἐγχιβαθεῖς \* πάντας, οἷον ἂν γένοιτο τὸ ὀρηκτικὸν θαλασσοκρατησάντων ἀνθρώπων τοσαύτους μὲν θαλάττης, τοσούτων δὲ χρόνον. περιελκίσται δ' ὀλίγην ἄρσιν ὑψηλοῖς, ἀρ' ἂν τὰ πελάγη κατοπτεύεται, καὶ Σαρδῶν, καὶ τῆς ἡίδος ἐκατέρωθεν πολλὸ μέρος. Sententiam hujus loci ita Latine expressimus. Luna igitur civitas, Et portus est. Vocant autem Graeci Σελήνης, hoc est Lunae Et portum, Et urbem. Civitas quidem, non sane magna est, maximus vero, Et pulcherrimus portus, plures alios intra se portus complectens, omnes hasae longitudine profundos, adeoque ut omnibus, qui maris imperio potiti sunt, multos per annos esset perfugium. Clauditur autem undique portus excelsis montibus, ex quibus longe subiectum pelagus lustratur oculis, nam Et Sardinia, Et magna urvisque litoris pars inde prospicitur. de qua Silius libro VIII.

Tunc quos à niveis exegit Luna metallis, Insignis portu, quò non spatiofior alter

Immumeras cepisserates, Et claudere pontum; Est OPERAE COGNOSCERE] Deest pretium, sicut aliquando apud auctores deest operae. Cornel. Tacit. l. I. Germanico pretium facit, convertere agmen, & l. II. Res, eo anno prolatis, haud referrem, nisi pretium foret. Integre Horatius l. 2. Epist.

A 2

Sed

\* Aliqua Strabonis exemplaria habent ἐγχιβαθεῖς, quam lectionem si sequimur, pro verbis illis hasae longitudine, reponenda sunt, prope litum.

visus Homerus adesse poeta.

Cic. l. 4. Acad.

Sed tamen est operae pretium cognoscere... Et Juvenalis Satyr. 6.

Est operae pretium penitus cognoscere... Plura de hac voce adnotavit Budaeus in Pand. Valla tamen interpretatur, fructuosum, & ad rem pertinens: videturque vox ab operariis translata. Indequae Livius suam historiam exorsus est.

VISUS HOMERUS] Refert his verbis Cicero hoc ἀποτελεσθίων l. 4. Acad. Eadem ratio est somniorum. Num censes, Ennium, cum in hortis cum Servio Galba vicino suo ambulavisset, dixisse, Visus sum mihi cum Galba ambulare? At cum somniavit, ita narravit, Visus Homerus adesse poeta: & eodem libro: Ea sunt (inquit) ejusmodi, quae à te diligentissimè tractata sunt, dormiantium, & vinolentorum, & furiosorum visa imbecilliora esse, dicebas, quam vigilantium, siccorum, sanorum. Quomodo? Quia, cum experrectus esset Ennius, non diceret, se vidisse Homerum, sed visum.

Visa enim dicuntur non quae sunt, sed quae esse videntur. Non enim Homeri corpus Ennio per quietem apparuit, quod multis ante saeculis contabuerat; sed quoddam Homeri spectrum, seu species, quam Ennii phantasiae assidua de illo cogitationis impulsio repraesentaverat: quem praemanibus noctes, & dies habebat, cuiusque majestatem, sublimitatemque cum summopere admiraretur, eum sibi unicè imitandum proposuerat. Nam, ut de eodem in somnio Scipionis loquitur Cicero, fit serè, ut cogitationes, sermonesque nostri pariant aliquid in somno tale, quale de Homero scribit Ennius, de quo videlicet saepissimè vigilans solebat cogitare, & loqui. Nec quidem dubium est, vigilantibus nobis, cogitationum, quibus magnoperè dediti sumus, quaedam impressa remanere vestigia, unde earum nobis in somnis species, & simulacra referuntur. Quamobrem Philippi dem illum, equorum amore nominè ipso quodammodo prae se ferentem, faceret, ut affoler, confinxit Aristophanes in νεφέλαις, equos somniantem. Unde

Terentianus Charinus in Andria Act. 5. Sc. 6.

num ille somniat Ea, quae vigilans voluit? Idem etiam luculentissimè explicavit Lucretius, l. 4.

Et quoi quisque serè studio devinctus adhaeret;

Aut quibus in rebus multum sumus anti morati;

Aut in qua ratione fuit contenta magis mens; In somnis eadem plerumque videmur obire: Causidici causas agere, & componere leges: Endooperatores pugnare, & praelia obire: Navita contractum cum ventis degere bilulum.

Quem imitatus Petronius, Quicquid luce fuit, tenebris agit, oppidi bello

Qui quatit, & flammis miserandas sacvit in urbes.

Item, Qui causas orare solent, legesque, forumque.

Et paullo post, Aut permit eversam periturus navita puppim.

Claudianus in 6. Consul. Honor.

Venator desessa toro cum membra reponit, Mens tamen ad silvas, & sua lustra redit.

Conjectores apud Artium in Bruto, Tarquinii somnium interpretantes, ajunt,

Rex, quae in vita usurpant homines, cogitant, curant, vident,

Quaequo agunt vigilantes, agitantque ea, si cui in somno accidunt,

Minus mirum est: sed in re tanta haud temerè improvisò offerunt.

Eisdem paenè verbis refert Aristaeas in libro de LXXII. interpretibus, ex his unum ad Ptolemaeum Philadelphum respondisse: E-

tenim ó Rex, in quibus quisque plurimum versatur vigilans, etiam per quietem earundem rerum cura hominem recurvat. Ennii verò somnium his versibus expressit Lucretius:

Et si praeterea tamen esse Acherusia templa, Ennius aeternis exponit versibus edens;

Quod

Quò neque permanent animae, neque corpora nostra;

Sed quaedam simulacra modis pallentia miris.

Unde sibi exortam semper florentis Homeri Commemorat speciem, lacrimas effundere falsas

Coepisse, & rerum naturam expandere dictis.

Putant aliqui, eum versum, Quò neque permanent animae, &c. cum sequenti ex Ennio Lucretium protulisse. Sed ego totum hunc locum arbitror esse Ennianum, qui fortasse ita cecinit:

Acherusia templa, Quò neque permanent animae, neque corpora nostra;

Sed quaedam simulacra modis pallentia miris.

Inde mihi species semper florentis Homeri Exerrens; visa est lacrimas effundere falsas

Coepisse, & rerum naturam expandere dictis.

Ex quo loco apparet, Ennium sequutum esse eorum opinionem, qui voluerunt, post mortem non animas ad inferos descendere, sed simulacra quaedam. Unde Virgiliana Dido 4. Aeneid. cum sibi mortem conficere veller, non suam ipsius animam, non corpus apud inferos, ait, descendendum, sed imaginem,

Et nunc magna mei sub terras ibit imago. Propertius ad ejusdem somnii imitacionem, l. 3.

Visus eram molli recubans Heliconis in umbra,

Bellerophontaei quò fluit humor equi.

Reges, Alba, tuos, & regum facta iuorum

Tantum operis nervis hincere posse meis. Parvaque tam magnis admoram fontibus ora,

Unde pater sciens Ennius ante bibit.

Ed alluit in sui operis exordio Persius; Nec fonte labra prolui Caballino, Nec in bicipiti somniasse Parnasso

Memini, ut repente sic poeta prodirem. Quae verba ejus magister, & interpret explicans, ait: Tangit enim Ennium, qui dicit, se vidisse in Parnasso; somniando, Ho-

merum sibi dicentem; quòd ejus anima in suo esset corpore. In qua re videtur Ennius commentitiam illam opinionem de animarum traductione sequutus, quam Pythagorici μετεμύχρωσι vocabant: quae quamvis à veritate abhorreat, testibus tamen gravissimis non caruit; & in primis Platone, qui in Phaedro, Phaedone, Timæo, extremo de Republica, & XII. de Justo multa conspersit, quae ex caenosis hujus μετεμύχρωσις lacunias hausit: unde limpidos suae philosophiae fontes conturbavit. Eademque nota iniustus fuit etiam Empedocles, qui se aliquando puerum, puellam, fruticem, avem, tum etiam piscem fuisse, asseveravit:

Ἦδη γὰρ ποτ' ἐγὼ γενόμεν κοῦρός τε κόρη τε Θάμβος τ' αἰώνος τε, καὶ εἰν ἀλι ἔλλοπος ἰχθύς.

Qui versus hoc modo Latinè conversi leguntur apud Chalcidium, à non satis docto, ut videtur, interprete, sive ille ipse fuerit, sive alius,

Namque ego jam dudum vici puer, & solida arbor,

Et tali sexu, inde animal, tum lactea Virgo.

Ad hanc etiam opinionem respexit Maro, l. 6.

Rursus & incipient in corpora velle reverti. De qua quidem animorum immigratione in varia corpora Ennium cecinisse, restatur Lucretius, l. 1:

An pecudes alias divinitus insinuet se, Ennius ut nosler cecinit. —

Qua quidem opinione imbutus, Homeri animam in se advolasse, scripserat. Quapropter fortasse Critici cum alterum Homerum appellarunt: sic enim Horatius, l. 2. Epist.

Ennius & sapiens, & fortis, & alter Homerus,

Ut Critici dicunt, leviter curare videtur, Quòd promissa cadant, & somnia Pythagoreana.

Proditum est, Pythagoram primum in Italiam ex Aegyptiis id dogmatis advexisse, qui postquam eorum edoctus sapientiam inde reversus est; in subterranea specu se

\* Transnavit cita per teneras caliginis auras.

Serv. in 4. Georg.

\* a Tum memini fieri me pavum - - -

Charif. l. r.

a Commemini.

abdedit, matrem monens, ut de ipsius obitu famam fereret, qui, cum diu post in hominum conspectum ex improvise prodidisset, multa de animarum palingenesia, ac de inferis monstruosa, ac praeter omnem fidem commentus est. Quod plerisque cum cavillandi, deridendique aniam praebuit; Cratino praecipue, in Πυθαγοριζούση, & in Ταραντιοίς, ac etiam Xenophani, qui cum in quadam elegia carpit, quod cum aliquando quendam conspiceret canem verberantem, ejus miserum, percussorem admonuit, ne amplius caederet, quandoquidem ejulatu cognoverit, amici animam in canem commigrasse. Caeterum ante Pythagoram fertur fuisse Orpheus hujus opinionis assertor, de quibus Olympiodorus, παλαιός λόγος Ὀρφικός τε καὶ Πυθαγόρειος, ὁ πάλιν ἄγων τὰς ψυχὰς εἰς τὸ σῶμα, καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀνάγων, καὶ τοῦτο κύκλω πολλῶν. Nec id quidem videtur alienum ab Homeri sententia, qui inducit Hectorem, Antilochum, & Achillem cum equis colloquentes. Neque aliud ostendere voluit per canem, qui prius quam ceteri domestici Ulysses cognovit, quam humanae rationis commercium, agnationemque cum brutorum animis. Hoc autem Ennii ἀποστελεότιον hunc sibi locum deposcere videtur. Nam Porphyrio in explicatione praecedentium Horatii carminum ait, Ennius in principio Annalium suorum somniasse, scripsit, admonitus, quod secundum Pythagorae dogma anima Homeri in suum corpus venisset. Qua in re a Cornuto nihil discrepat, ut supra retulimus. Caeterum dimidiatum hunc versum hoc modo explere poterimus,

In somnis mihi visus Homerus adeste poeta. Quae verba ex Virgilio l. 2. Aen. reposuimus, qui ea ex his Ennianis excerpsit, In somnis ecce ante oculos maestissimus Hector

Visus adeste mihi — Non enim dubium est hoc Ennii somnium Maronem ad Hectoris somnium transfusisse: praefertim cum versum illum, quem subjicit,

Hic mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo.

Ennii integrum esse constat. Ser. 2. Aen. lisdem penè verbis Attius in Bruto narrat somnium Tarquini Superbi, cujus supra meminimus,

Visus est in somnis pastor ad me adpellere.

TRANSNAVIT CITA PER TENERAS CALIGINIS AURAS] Refert ex hoc Annali hunc versum Servius, in extremo Georgicorum, explicans illud, nare per aestivam etc. ubi observat, nare, positum esse pro volare, quamvis hujus vocis proprietates natantibus, quam volatibus aptior sit. Arbitror, hoc loco poetam narrare quoniam pacto Homeri anima, sive umbra ex inferis in superam regionem per interjectam caliginem evolaverit; & ad Zoroastris, & aliorum, de anima, opinionem allusisse, qui eam alata esse voluerunt. Deest in mutilis his nostris decurtatisque Servii commentariis hic Ennii locus, quem mihi cum sex aliis misit Fulvius Ursinus, vir in omni doctrinarum genere excultissimus, & de omni antiquitate optimè meritus, ex integro, ac per vetusto Servii exemplari super quatuor libros Georgicorum literis Longobardicis exarato.

TUM MEMINI FIERI ME PAVUM] Apud Sospitatum l. r. sine metri ratione habetur, Memini me fieri pavum. Quo in loco observat peritus Grammaticus, priscos pavum pro pavone dixisse. Unde in utroque genere Ausonius,

Pavumque de pavo constitit ante oculos. Apud Donatum in Andriae commentario idem locus habetur, Memini me fieri tum pavidum: & rursus in Phormione, Me-

mini

- - - scripsere alii rem

Cic. in Brut. & Orat.

mini me fieri pavum. Nos verò Chariffi lectionem ut sinceriorem sequuti Tum dictionem ex Donato in principio addidimus, & aliam transposuimus; ut decurtati carminis verba numeris non carerent. Sunt tamen qui pro fieri, firi malint antiquo more legendum esse. Ex quo autem Ennii libro hoc hemistichium desumptum sit, quamvis non liqueat, in propria tamen ipsius sede illud nos collocasse existimamus. Nam haec Homeri verba esse videntur, qui Ennio narret, se pavonem quondam fuisse. Quod confirmare possumus Q. Septimii Terrulliani testimonio, qui in libro de Anima refutans hujusmodi Pythagorae, & Empedoclis portenta, planissime hunc locum explicavit his verbis: Pavum se meminit Homerus, Ennio somniantem, sed poetis nec vigilantibus credam. Et si pulcherrimus pavus, & quo velit colore cultissimus; sed tacent pinnae, sed displicet vox: Et poetae nil aliud quam cantare malunt. Huc etiam spectat illud Persii, Sat. 6. quod ante memoravimus,

Cor jubet hoc Enni, postquam desertavit esse

Maeonides, quintus pavone ex Pythagoreo. Crediderunt siquidem Pythagorici Homerum in pavonem transmigrasse, quoniam sua poemata mira, ac incredibili poetarum pigmentorum varietate conspexerit, exornaveritque. Caeterum de hac animarum migratione de corporibus ad alia hominum, sive brutorum corpora, haec ferè ab auctoribus tradita sunt. Sophoclis Scholiastes, Heraclides Ponticus, & alii plerique restantur, Pythagoram asseverasse, ante Trojani belli tempora se Aethalidem, vel ut aliis placet, Ephalidem fuisse, in Trojano verò bello Euphorbum, demum Hermetimum, sive Hermippum Samium, deinde Pyrrhum Delium piscatorem, postremò Pythagoram. Alii verò tradiderunt Aethalidem Trojanis temporibus fuisse Euphorbum Panthoi filium, deinde Pyrrhum Cretensem; deinde Eleum

quendam, cujus nomen profusè ignotum est; & postremò Pythagoram. At Pythagoras ipse in libro, quem inscripsit Περὶ τῆ μεταλλοισθῆναι τὰς ψυχὰς, καὶ παλαιοδύειν εἰς ἕτερα σώματα, asserit se fuisse primum Aethalidem, deinde Euphorbum Trojanum, postea Mercurii & Samiac cujusdam meretricis filium, tandem Pythagoram. Lactantius verò Firmianus Papinii interpretes (ut ipsiusmet testimonio asserere possumus, quamvis multi nescio quem Luctatium somniant) aliam transmigrations seriem ad l. 3. & 6. Theb. refert, Trojani scilicet belli tempore primum fuisse Euphorbum, tum Pythagoram, postea pavonem, deinde Homerum, cujus tandem anima in Ennium evolavit. Qui verò hujus sequuntur opinionem, Quintus in Persii carmine non ad numerum referunt, sed ad Ennii praenomen. Quintus enim illum appellatum fuisse, perspicuum est. Qui autem ad numerum referunt, alium transmigrations ordinem recensent, ut nimirum a pavone quintus Ennius numeretur. Primum enim pavonem fuisse dicunt, deinde Euphorbum, postea Pythagoram, demum Homerum (si tamen credendum est Pythagoram Homerum aetate antecessisse) postremò Ennium. Quocirca magna atque praeclara de se ipso pollicitus est. Verum cum haec aniles profusè nugae sint ac delirantium somnia, nihil est, quod in cis confutandis immoremur.

SCRIPSERE ALII] Facit sibi poeta attentos auditores, cum se cultiori, sublimiorique stilo scripturum dicit, quam caeteri, qui cum praecesserunt. Scripsere autem dixit, non cecinere; quod illustrium poetarum proprium est, Naevio id praecipue exprobrans, qui primum bellum Punicum rudi, & impolito Saturnio carmine scripserat. An verò rectius scripsere, quam scripserunt dictum sit; in Oratore adnotat Cicero, Nec verò reprehenderim: --- Scripsere alii rem; Et scripserunt esse verius sentio,

46

\* *Verfibu'*, quos olim Faunei, Vatesque canebant: Varr. l. 6. de lin. Lat.

Quinct. l. 9. c. 4. Cic. l. 1. de Divin.

zio: sed consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor.

REM] Poëma, in qua significatione Horatius, ut Porphyrio interpretatur, l. 2. Epist. Tentavit quoque rem si dignè vertere possit.

VERSIBU' QUOS OLIM] Saturnios versus intelligit. Fuit autem vetustissimum carminis genus Saturnium, de quo Festus in Saturno: Versus quoque antiquissimi, quibus Faunus fata cecinisse hominibus videtur, Saturnii appellantur, quibus & à Naevio bellum Punicum scriptum est. Politianus in Nutricia,

Et modo reprehensi deslorans carmina Naevi,  
Carmena, quae quondam Fauni vatesque canebant.

Fuit autem dictus Saturnius versus, quoniam Saturni temporibus, Fauni ac vates eo metro in edendis oraculis uti consueverunt: veluti Apollo multis saeculis heroico carmine usus est. Quod approbat M. Varro, l. 6. de lin. Lat. cum ait; Fauni Dei Latino-rum, ita ut Faunus, & Fauna sint in versibus, quos vocant Saturnios. In silvestribus locis traditum est solitos fari, à quo fando Faunos dictos. Alii autem opinantur, eos versus ita nominatos fuisse à Saturnia vetustissima Italiae urbe, sive à Saturniis, quo nomine Itali appellati sunt; à quibus perhibetur id genus carminis fuisse inventum: quod minimè consentit Atilii Fortunatianus, qui ante Italos eo metri genere Graccorum antiquissimos asserit in Comoediis, & Tragoediis usos fuisse; de quo versu loquens Terentianus ait,

Quem credidit vetustas,  
Tanquam Italas repertum,  
Saturnium vocandum;  
Sed est origo Graeca:  
Illique metron istud  
Certo modo dederunt:  
Nostrique mox poëtae  
Rudem sonum sequunt.  
Ut quaeque res ferebat,  
Sic disparis figuræ  
Versus vagos locabant.

Nec quidem dubium est, antiquos illos, praeterquam quod durissimos eos versus fecerunt, minimè constanti lege metrorum rationem habuisse: nam alios breviores, alios longiores ediderunt: quamvis Asconius 2 in Verr. tradat, senarium hypercatalecticum Saturnium dici. Quo versusum genere, ut idem ait Fortunatianus, nostri Duces in tabulis antiquis, quas triumphaturi in Capitolio figebant, victoriae titulum inscribebant; cuius hoc refert exemplum ex L. Aemilii Regilli tabula, qui navali praelio Regis Antiochi praefectus superaverat,

Duello magno dirimendo, regibus subigendis.  
Hujus etiam tabulae verba extant apud Livium l. XL. sed valdè depravata. Item ex alia Acilii Glabronis,

Eudit, fugat, prostrernit maxumas legiones.  
Extat & alius Saturnius apud alium Grammaticum ex iisdem Capitolinis tabulis,

Summas opes qui regum regias refregit.  
Scripsimus autem *Verfibu'*, non *Versus*, ut perperam apud Varronem in VI. de ling. Lat. habetur. & licet ita apud Cicronem in Bruto legatur, id tamen factum est ob sermonis consequentiam: ait enim, *Quid nostri veteres versus ubi sunt? Quos olim Fauni etc.* Sed tamen apud eundem l. I. de Divin. & in Oratore rectè quidem *Verfibu'* veterum more legitur, qui in dictionibus in us definitibus consona sequente elidebant, quod Ennio aliisque illius saeculi scriptoribus persequens fuit. Posteriores verò parè admodum usi sunt. Qua de re Cicero in Oratore: *Quin etiam, quod jam subrusticum videtur, olim autem politius, eorum verborum, quorum eadem erant postremae duae literae, quae sunt in optimis, postremam literam detrahebant, nisi vocalis insequeretur. Ita non erat ea offensus in versibus, quam nunc fugiunt poëtae novi. Ita enim loquebamur, qui est omnibus princeps, non omnibus princeps. Et-vita illa dignu' loquoque, non dignus.*

FAUNI VATESQ.] Servius VH. Aeneidos.

Quom neque Musarum scopulos quisquam superarat  
--- nec dicti studiosus quisquam erat ante hunc.  
Nos ausi referare ---

dos. *Quidam Deus, inquit, est Fatuellus, huius uxor est Fatina; idem sunt Faunus, & Fauna: dicti autem sunt à fando, id est vaticinando, unde etiam fatuos dicimus inconsideratè loquentes.* Idem paulò post Faunium dictum vult. ἀπὸ τῆς φωνῆς, quod voce, non signis futura praediceret. Lactantius l. 1. Divin. inst. *Ante Pompilium Faunus in Latio, qui Saturno avo nefaria sacra con-stituit; & Picum patrem inter Deos honoravit; & sororem suam Faunam eandemque conjugem sacravit; quam C. Bassus Fatuam nominatam tradit, quod mulieribus fata canere consueverit, ut Faunus viris: qui, ut tradit Aristides in lib. III. de rebus Italicis, editus est ex nefario Valerii Tuscullani cum filia incestu.*

CANEbant] Canere vaticinantes dicebantur, Virgilius l. 2. Aen.

48 *Sola mihi tales casus Cassandra canebat.*

Et rursus l. 6.

*Ipsas canas oro ---*

QUOM NEQUE MUSARUM SCOPULOS] A rei difficultate. Montes enim aditu difficiles, quos Musae incolunt, scopulos, quasi loca, ut Gracci dicunt, δύσβατα, appellavit ob labores, qui in addiscendis disciplinis sunt exantlandi ex eorum opinione, qui Musas, scientias & rerum optimarum cognitionem esse, arbitrati sunt. Scopulus enim non modò rupes mari imminens, sed quivis editus locus, ut Hesychio placet, nuncupatur. Cujus verba sunt, Σκοπέλος ἐστὶ ὑψηλὸς τόπος, ἢ πέτρα, ἢ ἀνώρεια, ἀφ' ἧς ἐστὶ σκοπεῖν τὰ ὑπὸ κει. Dicitur est autem σκοπέλος ἀπὸ τοῦ σκοπέω: nec male Latini deducunt, à speculando.

QUISQUAM SUPERARAT] Haec verba in optimis Cicronis exemplaribus habentur in Bruto: passim verò in vulgatis desunt. Est autem *superare* verbum πολύσημον, & hoc loco pro *superascendere* positum est. In qua etiam significatione Virg. l. 6.

*Hoc superate jugum ---*

Idem 3. Geor.

--- *superant montes, & flumina tranant.* Quibus verbis ipse sibi blanditur Ennius, innuens, eos scopulos arduos quidem, atque antea inaccessos se strenuè superasse. Nec, ut ait Cicero, mentitur in gloriando.

NEC DICTI STUDIOSUS ERAT] Nec aliquis hactenus eloquentiae operam dederat. Cicero, *dicendi studiosum, & eloquentiae studiosum*, saepe dixit.

ANTE HUNC] Refert hunc locum Cicero in Bruto, & rursus in Oratore ait, Ergo Ennio licuit vetera contemnenti dicere: *Versibu' quos olim Fauni, vatesque canebant; mihi de antiquis eodem modo non licebit, praesertim cum dicturus non sim, Ante hunc, ut ille; nec quae sequuntur: Nos ausi referare.* Verba autem illa, ante hunc, placet aliquibus de Ennio ipso dici, mihi verò de Naevio dicta videntur; qui licet minus politè scripserit, nemo tamen antè eum elegantioris dictionis extiterat studiosus, cum rudiora, & impolitiora essent antiquorum omnia.

NOS AUSI RESERARE] Addo ex conjectura elegantiam sane translatione,

*Nos ausi referare fores ---*  
Eadem ferè Maro, l. 1. Geor.

--- *sanctos ausus recludere fontes.* De poëticis Musarum foribus Plato in Phaedro ait, poëtam sine furore frustra, ἐπὶ Μουσῶν ποιητικὰς θύρας accedere. Quod mutuatus Lucianus in Encomio Demosthenis ait, non levi furore opus esse iis, qui ἐπὶ ποιητικὰς θύρας adveniunt. Unde refert Zenodotus vulgatum Graecorum adagium, ἀνερωμέναι Μουσῶν θύραι. Ennius igitur cum antiquum illud carminis genus, ut planè inconditum, & agrèste respue-ret, hexametrum heroicum introduxit, quod ipse, ut in II. de legibus ait Cicero, & Isidorus l. 1. c. 38. affirmat, longum appellavit, non quidem à multitudine pedum, quandò longiora metrorum genera extent

extent: sed à poëseos prolixitate; nam quae eo metro scribuntur ob heroicam materiam longiori sunt orationis serie pertractanda. Unde ait Demetrius magnificam esse omnem longitudinem, quemadmodum & in heroicis metris hexametrum, quod vocatur heroicum propter magnitudinem, & convenit heroibus. Cujus verba sunt, μεγαλοσπεπές γὰρ πῶν μήκος, ὡσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἠρωϊκῶν μέτρων τὸ ἑξάμετρον ἠρωϊκὸν, ὃ καλεῖται ὑπὸ μεγέθους, καὶ πρέπον ἠρωϊκῶν. Quamobrem ipsum etiam promissum appellavit Flaccus, cum de epico loquitur, in poet.

promissi carminis auctor.

Unde contraria ratione hendecasyllabos minutos versus veteres appellarunt. Sentius Augurinus,

Canto carmina versibus minutis

His, olim quibus & meus Catullus,

Et Calvus, veteresque &c.

Ennius verò his verbis eam sibi comparasse gloriam innuit, quòd apud Latinos primum heroicis carminis majestatem introduxerit. Quod etiam confirmat Lucretius l. 1.

Ennius ut noster cecinit, qui primus amoeno

Detulit ex Helicone perenni fronde coronam,

Per gentes Italas omnium quae clara clueret.

Idem apud Silium oraculi vaticinio comprobatur l. 12.

Hic canet illustri primus bella Italia versu,

Atollesque duces caelo

Mamertinus autem, sive quis alius fuerit, qui Genethliacum Maximiano scripserit, cum Romani carminis primum auctorem appellavit. Indeque existimo ab Horatio l. 1. Epist. & Propertio l. 3. patrem Ennium esse dictum, non quòd aetate omnes Latinos poetas praecesserit, cum Naevium, & Livium eo antiquiores fuisse, constet: sed quòd ejus tanquam communis parentis haeredes extiterint in heroico carmine pangendo. Ennii igitur opera horridus ille defluxit numerus Saturnius. Unde illi minime vitio verti debet, si hujusmodi verborum jactatione se extollit, cum multi nobiles poetas in suo scribendi genere primum sibi locum attribuerint. Lucretius, quòd abstrusas rerum causas Latinis versibus primus illustrasset, ita cecinit l. 1. & 4.

Avia Pieridum peragro loca, nullius ante  
Frita solo: juvat integros accedere fontem,  
Atque haurire, juvatque novos decerpere flores,

Insignemque meo capiti petere inde coronam,  
Unde prius nulli velarint tempora Musae.  
Primum quod magnis doceo de rebus, &c.

Hinc Maro l. 3. Geor.

Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis  
Raptat amor. juvat ire jugis, quia nulla priorum

Cassaliam molli divertitur orbis a clivo.

Eadem ferè translatione in principio librorum Oppiani de venatione Diana eum hortatur, ut asperam ingrediatur viam, quam nemo haecenus mortalium suis calcasset carminibus:

Ἐγρεο, καὶ τρυχεῖαν ἐπιστεῖβαιμεν ἀλαρπὸν  
Τὴν μερόπων οὐρανὸς τις εἴς ἐπαλίησεν ἀοιδαίης.

Illud idem Nemesianus designavit l. 1.

ducitque per avia, quae sola nunquam

Trita rotis, juvat aurato procedere curru.

Et mox,

intasto premimus vestigia misca.

In eandem surgit jactantiam Horatius lib. 1. Epist.

Libera per vacuum possis vestigia princeps:

Non aliena meo pressi pede

Et statim,

Parios ego primus Iambos

Ostendi Latio

Idem l. 1. Odar.

carmina non prius

Audita Musarum Sacerdos

Virginibus, puerisque canto.

Propertius l. 3.

Primus ego ingredior puro de fonte Sacerdos

Itala per Graios orgia ferre choros.

Et paulò post,

opus hoc de monte sororum

Detulit intasta pagina nostra via.

Manilius l. 1. Astron.

Aggredior primusque novis Heliconia movere

Cantibus, & viridi mutanteis vertice sibus,

Hospitia sacra ferens nulli memorata priorum.

Contra Choerilus, quem Aristoteles l. 8. Top. & Flaccus l. 2. Epist. & in Poet. ut malum poetam carpunt, nihil, ut hi superiores, de se ipso honorificè promittit, sed

modestè

Nam latos populos res, atque poemata nostra  
Cluebat ---

Prob. in art. instit.

Atque Anchises doctus, Venus quem polcra Dearum

Idem in Vir. ecl. 6.

Verf. ἀκέραιος.

modestè in sui operis initio exposcit veniam, quòd scilicet de rebus tritis, ac per-vulgatis caneret. Nam poetis, quos superior actas tulerat, feliciter obvenit, ut digniores, cultioresque materias praecoccuparent, cum intonsum adhuc pratum haberent; cujus quidem versus hi sunt,

Ἄ μάκαρ ὅστις ἐν κείνῳ χρόνῳ ὑδρὶς ἀοιδῶν,  
Μουσῶν θρασῶν, ὅτ' ἀκείρατος ἦν ἔτι λειμῶν:

Nun d' ὅτε πάγια δέδασαι: ἔχουσι δὲ πείρα  
ταί τεχνῶν

Ἰσῶσι ὅς τε θρόνον καταλείπομεθ', οὐδέ-  
τοι ἔσται,

Πᾶν γὰρ καπνίζοντα γαζυγὲς ἄρμα πελά-  
σαι.

NAM LATOS POPULOS RES, ATQUE POEMATA NOSTRA CLUEBAT ] A gloria, & dignitate poetices. Idem in Ambracia eodem verbo usus est,

Per geneis cluebat omnium miserrimus.

Lucretius l. 1. de Ennio loquens videtur ex duobus his versibus hunc contextuisse,

Per geneis Italas, omnium quae clara clueret.

Observandum est, cum *populum* dicimus, unius civitatis multitudinem, cum verò *populos*, urbes intelligi. Virgilius eadem significatione, 1. Aen.

Littoraque & latos populos

ATQUE ANCHISES DOCTUS] Hi versus huc non obtorto collo rapti, sed sua sponte tanquam in propriam sedem venisse videntur. Nam absolutis invocatione, somnio, laudumque suarum praeconio, ad narrationem poeta progreditur. Qui Romanas res scripturus ab ultima repetiit origine; nihil in hoc, quem sibi imitandum proposuerat, Homerum imitatus. Ille enim in utroque poemate à medijs ferè incipiens properat ad finem: Ennius verò in

Annalium dispositione ordineque rem omnem ab initio prosequens, maluit fidelis historici, quam mendacis poëtae praeccepta tenere: ut in hac praeclearissimi operis parte sine ullo fuce sincerus veritatis color enitesceret. Verebatur enim in mendacii suspicionem incidere, si historiae ordinem praeverteret. Cum vera historiae lex sit, ab initio rem, de qua agitur, distinctè, ac dilucidè pertractare, & ad finem usque recta progredi, prout singulae quaecque res gestae sunt. Videmus enim Dionysium Halicarnassensem, & Livium, qui summam sibi ipsis in Romana historia conscribenda gloriam compararunt, ut caeteros omit-tam, qui injuria temporum perierunt, à remotissimis Urbis incunabulis suas histo-rias inchoasse, indeque perpetuo veluti filo rem omnem ordine ad finem perduxisse. Idemque ab Ennio observatum fuit, qui altè repetito principio, neglecta poetices lege, à Trojano excidio, Aeneaeque erroribus, à quo ipsa Romani imperii primordia ducta sunt, suos annales exorsus, eos continuata serie ad ea usque complexus est, quae suis temporibus summa cum populi Romani gloria gesta fuerant. Nec ob id veritus est hanc suam poësim, tanquam *κυκλικήν* à Criticis explosum iri. *En enim carmina cyclica vocari*, asserit Isidorus l. 6. c. 17. quae cujusque materiae simplici forma facta sunt. Nec malè inquit Acron in Poetica, *Cyclicum poëtam esse, qui ordinem variare nescit*. Sed tamen id quidem iis vitio verti debet, qui fabulosa com-menti sunt, quorum finis est aures potius demulcere, auditoresque in admirationem traducere, quam verà in medium proferre. In quo vitio lapsus est Stasimus, sive quisquis fuerit Cypriae Iliadis auctor, ac etiam Antimachus in Thebaide. Hoc igitur

Fari donavit, divinum pectus habere.

\* Assaraco natus Capys optimus: isque pium ex se Anchisen generat ---

Est locus, Hesperiam quam mortaleis perhibebant.

52 loco cenſeo poetam noſtrum Aeneae poſt Trojae excidium cum Diis Penatibus fugam paranti, Anchifen ventura praedicientem induxiſſe; quem augurandi ſcientia praeditum fuiſſe, teſtatur eſt Naevius in III. belli Punici,

Postquam avim adſpexit  
Templo Anchifes, ſacra in  
Mensa Penatum ordine  
Pontantur: immolabat  
Auream viſtimam polcram.

Augurantem quoque Anchifen facit Maro l. 2. Aen.

Jam jam nulla mora eſt, ſequor, & quod ducitis aſſum:

Vestrum hoc augurium ---

Et l. 3. Aen.

bellum o terra hospita portas,  
Bello armanitur equi, bellum haec arma  
mmanitur.

Id autem muneris à Venere fertur eſſe aſſequutus, cum propè Simoentis fluenta cum ea concubuit.

POLCRA DEARUM ] Videtur ad Paradis de Venere judicium alludere. In polcra autem antiquam retinui ſcribendi rationem Scauri auctoritate, qui per o, & ſine aſpiratione, polcrum, ſcribendum vult: tum quòd à polio polcrum, ut à fulcio fulcrum deducatur, tum etiam quòd Latini ſermonis natura mediam dictionem non aſpirandam doccat. Varro etiam l. 1. apud Charifium negat aſpirari debere, ne duabus conſonantibus media intercedat aſpiratio.

FARI DONAVIT, DIVINUM PECTUS HABERE ] Ut ſcilicet divino correptus numine futura praenofceret. Fari enim interdum vaticinari eſt. Idem in Alexandria, Neque me Apollo fatis ſandis dementem invitavit.

ASSARACO NATUS CAPYS ] Eſt hic locus

ex Servio Longobardico Fulvii Urſini deſcriptus, qui exponens verba illa Maronis in III. Georg. *Assaraci proles*; ait, *per Assaracum Trojanos dicit, nam Assaracus avus Anchifae fuit. Ennius, Assaraco natus Capys &c.* Virgilius alibi eadem ferè circumlocutione Trojanos intelligens, dixit l. 1. Aen. *domus Assaraci*, & Horatius in Epod. Ode 13. *Assaraci tellus*. Sed ut altiùs originem repetamus, ex Dardano & Balea Teucris filia Erichthonius natus eſt, qui ex Callirrhoè Scamandri filia, ut ait Halicarnasſeus l. 1. vel ex Aſtyoche Simeontis filia, ſi Apollodorus ſequimur, Troem genuit, à quo genti nomen impoſitum eſt. Ex Troe deinde & Acalide Eumenidis filia, ut idem Halicarnasſeus inquit, natus eſt Assaracus. Ut autem tradit Apollodorus, Tros ex Callirrhoè Scamandri filia Cleopatram ſuſcepit, & mares tres, Ilium, Aſſaracum, & Ganymedem. Aſſaracus verò ex Clytadora Laomedontis filia, vel, ut alii volunt, ex Hieromneme Simeontis filia Capym procreat, ex quo & Naiade Nympha, ſive Themide Ili filia Anchifes ortus eſt, cum quo Venus congreſſa Aeneam peperit.

EST LOCUS ] Anchifes poſtquam profatus eſt, Aeneam poſt varios caſus, poſtque varios erroris anfractus Italia potiturum, ubi fatis annuentibus aeternas ſedes eſſet collocaturus, ejus regionem deſcribit. Ex quo tanquam archetypo totum ferè hunc locum Maro delineavit in I. & III. Aen.

Est locus, Hesperiam Graeci cognomine dicunt.

HESPERIAM ] Notum eſt, Italiam Hesperiam dictam fuiſſe ab Hefpero Atlantis fratre, vel ἀπὸ τῆς ἑσπερας, quòd occaſui ſubjecta ſit. Hos poetas imitatus Statiùs l. 7. Theb.

Serv. in 3. Geor.

Macrob. l. 6. c. 1.

Eſt.

\* Ilia dia nepos, quas erumnas tetuliſti.

Char. l. 1. Feſt. recto fronte. Non. Nepos

\* --- Hujus Nate auſpiciis illa incluta Roma.

Iſid. l. 15. c. 1.

Est locus, Inachiam dixerunt Taenara gentes.

ILIA DIA NEPOS ] Haec verba ſuſpicio Anchifae eſſe adhuc Romani imperii incubula vaticinantis, quibus abrupto narrationis curſu, commiſerationis locum amplificat per converſionem ad Iliam, quam nepotem appellavit; quoniam, ut ex Ennii opinione refert Servius l. 6. Aen. Ili Aeneae filia fuit. Nec mihi ſcrupulum injicit verbum; *tetuliſti*, quod refertur ad praeteritum tempus. Nam divino numine aſſatis, quae futura ſunt, jam eveniſſe videntur: ut mirum non ſit, ſi quae nondum facta ſunt, interdum ut praeterita pronunciant.

QUAS ERUMNAS ] Tradunt aliqui Iliam juxta antiquam Veſtaliſum legem ob violatam pudicitiam ad necem uſque virgis caſam fuiſſe: alii in carcerem detruſam. Poeta verò noſter, ut admonet Porphyrio l. 1. Car. Od. 2. voluit eam in annem Tiberim juſſu Amulii fuiſſe projectam. Quod quidem minime verum eſſe poſſet, ſi, ut ex eodem Ennio refert Servius l. 6. Aen. Aeneae filia fuiſſet. Quapropter ſi Porphyrii opinionem ſequamur, Anchifes eam neptem appellavit, non ut Aeneae filiam, ſed tanquam ex ſuo genere oriundam. Hoc carmen à Soſipatro l. 1. & Nonio in Nepos integrum refertur, à Feſto verò prior tantum pars, à nemine tamen indicata operis inſcriptione. Quod cum heroicum ſit (quamvis apud Nonium depravatis ſyllabarum modulis legatur) & ad Annalium pertineat ſeriem, hic locavimus. In quo obſervant Grammatici, à priſcis nepos pro nepiſ in feminino genere uſurpari.

ERUMNAS ] Sine diphthongo ſcripſimus Soſipatri auctoritate, qui l. 1. inquit, *Erurnnam*, Ennius ait per e ſolum ſcribi poſſe, quòd mentem errat, & per a, quòd moerore nutrit. Fuit autem hic alter Ennius

inſignis Grammaticus, qui duos de litteris, & ſyllabis libros edidit, itemque de metris; cujus meminit Suetonius de illuſtribus Grammaticis. Verum ſi ab ἀλπειν, haec diſtio originem ducit, ut tradit Pompejus in *Aenulas*, non dubium eſt, per ae ſcribi oportere: quod communi uſu receptum fuit.

TETULISTI ] Pro *tuliſti* antiquo more Graecorum, ut diximus, imitatione. Eſt huic Enniano diſto ſimile illud Caecillii in Ἰππολιμαίω,

*Aerumnam pariter tetuliſti meam.*

Catullus non reſpuit ejuſdem praeteriti formationem, in Gallam,

--- rursus reditum ad vada tetulit.

Et

--- ad Idae tetuli memora pedem.

HUJUS NATE AUSPICIS ] Romulum *δεικτικῶς* intelligit, ut ex Virgilio l. 6. cognofcere licet, qui de eodem loquens, ubi Anchifem facit filio nepotum ſeriem offendentem, & quae eventura erant, multis antè ſaeculis praedicientem, tranſcribit integrum hunc verſum ex Ennio, qui, ut videtur, Anchifem adhuc facit in vaticinando perſtante.

ILLA ] Εὐφραμίω.

INCLUTA ROMA ] Extollit à maxima nominis celebritate, utpotè quae olim totius terrarum orbis caput futura erat, ſummoque imperio potitura. Veteres inclutam pro inclutam ſcribebant, apud quos y, & u, commercia mutua exercebant, quamvis Velio antiquo ſanè Grammatico videatur eadem eſſe apud nos, u littera, quae apud Graecos u; nam quòd illi κύμινον, κυνάριστον, κυβερνήτην, nos cuminum, lupreſſum, & gubernatorem, dicimus. Lucretius l. 1.

--- inclute Memmi.

Quae vox à Graeca κλυτός formatur, ut κλυτός Ἀχιλλεύς.

B 3

Quos.

- \* Quos homineis quondam Laurentis terra recepit,  
 \* Quam primùm Cascei popolei genuere Latine.

Prisc. l. 7.

Var. l. 6. de  
lin. Lat.

--- lupu' foeta ---

QUOS HOMINEIS QUONDAM LAURENTIS TERRA RECEPIT] Hunc versum Prisciani indicio l. 7. cognovimus esse ex Annalibus, sed ex quoto libro, prorsus ignoramus. Historiæ autem ordo admonet huc esse referendum. Siquidem hoc loco poeta recensere videtur, Aenea duce Trojanos laboribus defatigatos Laurentum tandem pervenisse, ubi positis castris eum locum Trojam appellarunt. Qua de re hacc à Dionysio tradita sunt: Τελευσιῶντες δὲ ἀφικνούσθαι τῆς Ἰταλίας εἰς Λαυρένιον, ἔνθα τῆς πλάνης παυσάμενοι, χάρακα ἔθεντο, καὶ τὸ χωρίον, ἐν ᾧ καίσερατοπεδεύσαντο, ἐξ ἐκείνου Τροία καλεῖται. Laurentum verò dictum fuit à lauro, ut ex Virgilio l. 7. liquet, quæ in illius arce diu summa cum religione custodita fuit. Herodianus autem in Commodo tradit, totam eam regionem, quoniam permultis è lauro sylvis opacatur, Laurentum agrum appellari.

QUAM PRIMUM CASCEI] Laus à colomni antiquitate. Coniunximus hunc versum cum superiori, quoniam ex sermonis consequentia, & sensu, simul apposite quadrare videntur. Vetus codex habet: *Quam priscæ Cascei.* & hanc veram esse lectionem ex illo Ciceronis loco in I. Tuscul. arbitramur, ubi ait; *Itaque unum illud erat insitum priscis illis, quos Cascos appellat Ennius.* De iisdem D. Hieronymus in Epistola quadam ad Niceam, *Nam rudes illi Italiae homines, quos Cascos Ennius appellat.* Festus *Cascum* antiquum interpretatur: idemque Varro l. 4. de lin. Lat. qui vocis originem Sabinam esse, dicit, quæ usque radices in Oscam linguam egit. Sed quos Ennius Cascos appellat, Livius l. 1. priscos Latinos dicit. Virgil. 5.

Et priscos docuit celebrare Latinos.

55 Halicarnassicus l. 1. Antiq. Λατῖνοι οἱ καλούμενοι πρίσκοι, qui à Plutarcho in Romulo, προγενέστεροι Λατῖνοι appellantur. Festus in

*Priscæ*, Priscas Latinas colonias vocat; cujus mutilator Paullus ait, Priscos Latinos eos propriè appellari, qui fuerunt priusquam Roma conderetur. Latini verò dicti sunt à Telepho Herculis filio cognomento Latino: vel à Latino Albanorum Rege, qui de suo nomine, non modò Aborigenes Latinos appellavit, sed alias complures exteras nationes, quæ ad eam Italiae regionem incolendam confluerant; quæ Appenninis montibus, Tyrrheno mari, Tiberi, Lyrique fluminibus circumcluditur. GENUERE] Hanc dictionem apud Varonem depravatam existimo; pro qua *tenière*, vel *colière*, fortasse reponi debet. Sunt qui hunc versum legant, sed prorsus malè,

*Quam primùm Cascei populei caruere Sabinei.*

LUPU' FORTA] Observat Festus ubi id ex Ennio frustillum refert, lupum etiam in foeminino genere usurpari. Unde Varro in eo libro, ut refert Quintilianus l. 1. c. 10. quo Romanæ Urbis initia enarrat, *lupum foeminam* dicit Ennium, Pictoremque Fabium sequutus. Cùm autem locum, unde desumptum sit, non indicet Festus, ordinis conjectura ductus hic locandum censui. Rem verò de infantibus ab altrice bellua enutritis, tanquam historiam ex antiquis Latinis scripserunt Q. Fabius Pictor, L. Cincius, Porcius Cato, Piso, Q. Luctatius Carulus, aliique quamplurimi. E Græcis Diocles, qui primus Græcè Urbis originem litteris mandavit; Promathion Peparethius, Hieronymus Cardianus, Timæus Siculus, Silenus, Pofidonius, Eratosthenes, Polybius, Dionysius; qui de Romanæ urbis conditoribus loquens l. 1. ait, quòd dum in coeno vagientes volutarentur, lupa fortè supervenit, distentaque recentì à partu ubera eis præbuit, lingua simul lutum abstergens, quo

Dulciferæ ficeï lactantes ubere toto.

Char. l. 1.

quo se inquinaverant: cujus verba sunt, Τὰ μὲν δὴ κινούμενα κατὰ τοῦ τέλειματος ἐκλινοῦντο, λύκαινα δὲ τις ἐπιφανείσα νεοτόκου σπαργώσα τοὺς μαστοὺς ὑπὸ γάλακτος ἰδίδου τὰς θηλάς τοῖς σώμασιν αὐτῶν, καὶ τῇ γλώττῃ τὸν πηλὸν οὐ κατὰ πλεῖον ἔσταν, ἀπέλιχμα. De eadem lupa Livius lib. 1. Aded, inquit, *mitem summissas infantibus præbuisse mammæ, ut lingua lambentem pueros magister regii pecoris invenerit.* Sed Virgilius l. 8. rem omnem paucis mirificè expressit in Aspidopocia; cujus carmina eò libentius scribemus, quòd Servii indicio liquet, ea ex Ennio illum sumpsisse. Ita enim de Vulcano ait, qui in Aeneae clypeo,

*Fecerat et viridi foetam Mavortis in antro  
 Procubuisse lupam; geminos huic ubera circum*

*Ludere pendentes pueros, et lambere matrem  
 Impavidos; illam tereti ceruice reflexam  
 Mulcere alternos, et corpora fingere lingua.*

56 Ovidius l. 1. Fast.

*Constitit, et cauda teneris blanditur alumnis,*

*Et fingit lingua corpora bina sua.*

Sed haec quamvis ab Historicis tradita sint, ficta tamen commentitiæque sunt. Verum autem fuisse, multorum opinione receptum est, projectos in Tiberis ripam pueros à regii pecoris ministro fuisse inventos, qui suæ conjugi tradidit alendos; quam ideò lupam appellarunt, quòd prostratae pudicitiae inter pastores haberetur. Placuit siquidem antiquis illius sæculi hominibus veritatem fabulae involucro prætexere, ut pueris illis, utporè tantæ Urbis, tantique imperii auctoribus, aliquid supra humanum captum tribueretur: nempe ut à voraci bellua crederentur fuisse alti, indeque rei magnitudine, ac novitate in majorem ipsorum admirationem homines traducerentur.

DULCIFERÆ FICEI] Neque hic versus unde sit, meminit Sophater. Nos autem cum his connectendum duximus, cùm de Ruminali ficu poetam loqui, apertissimè

pateat; de qua Livius l. 1. ubi de servis agit, quibus Amulius jufferat, ut pueros in profluentem projicerent; *Sorte quadam, inquit, divinitus super ripas Tiberis effusus lenibus stagnis, nec adiri usquam ad justum poterat amnis, et posse quamvis languida mergi aqua infantis, spem ferentibus dabat.* Ita, velut defuncti Regis imperio, in proxima alluvio, ubi nunc fons Ruminalis (Rumularem vocatam ferunt) pueros exponunt. De eadem M. Varro l. 4. de lin. Lat. ait, *Germalum à Germanis Romulo, et Remo, quòd ad fount Ruminalem et ii inventi, quòd aqua hyberna Tiberis eos detulerat in alveola expositos.* Item libro I de scenicis originibus ejusdem quoque Ruminalis fici mentionem fecit. Et in fabula Menippea, quæ Sefquiulyses dicitur, ad hanc arborem respiciens, ait, *Ubi quòd lupam alumnii fellarunt olim.* Sic legendum est, ut admonet Turnebus l. 29. Adverf. c. 20. in Nonio, verbo *Alumnos*; ubi malè hactenus pro *fellarunt, fellarunt* irrepsit. Fellare enim veteres pro mammas fugere posuerunt, quòd postea malitia invalescente, & luxu, in turpem sensum detorserunt. Sed illa Varonis Plutarchus in Romulo uberius enunciat, *Εὐθέμενος ὄν εἰς σκάφην τὰ ἑρέφης, κατέβη μὲν ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ὡς εἶπεν, ἰδὼν δὲ κατιόντα πολλῶν βρέμασι καὶ τραχυνόμενον, ἔσπειρε προσελθεῖν, ἐγγὺς δὲ τῆς ὄχθης καταθεῖς ἀπηλλάσσειτο. τοῦ δὲ ποταμοῦ κατακλύζοντος, ἡ πλημμύρα τὴν σκάφην ὑπολαβούσα καὶ μετάρισασα πρῶτως, κατήνευκεν εἰς χάριον ἐπιεικῶς μαλθακὸν, ὃν ὄν Κερμανὸν καλοῦσι, πάλαι δὲ Γερμανὸν ὡς εἴκειν, ὅτι καὶ τοὺς ἀδελφοὺς Γερμανοὺς ὀνομάζουσιν. ἦν δὲ πλησίον ἑριπέδος, ὃν Γαμινάλιον ἐκάλουν ἢ διὰ τὸν Γαμύλλον, ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσιν, ἢ διὰ τὸ τὰ μηρυκάμενα ἴων θρεμμάτων, ἐκεῖ διὰ τὴν σκιάν ἐνδίδειν, ἢ μάλιστὰ διὰ τὸν τῶν βρεφῶν θηλασμόν, ὅτι τὴν τε θηλὴν βούρειαν ὀνομάζον οἱ παλαιοὶ, καὶ θεὸν τινα τῆς ἐκτροφῆς τῶν νηπίων ἐπιμελεῖσθαι δοκοῦσαν ὀνομάζουσι Ρουμάλιαν, καὶ θύουσιν αὐτῇ νηφάλια, καὶ γάλα τοῖς ἑρέφεις*



a Endo tuetur, ubi lupu' foemina conspicit amneis.

a Inde.

57 *ἰερός ἐπιπέλοισιν.* Quorum verborum hujusmodi sensus est: *Impositis igitur in alveum pueris, ad flumen descendit eos projecturus; sed cum illud vehementer undarum impetu defluens conspiceret, accedere est veritus; sed prope ripam deponens abiit. Crescente autem fluvio, levans alveum leniter inundatio, devehensque, in loco satis molli desituit, quem nunc Cermanum appellant: olim vero, ut existimo, Germanum, quoniam Germanos fratres vocare consueverunt. Nec procul aberat caprificus, quam Ruminalem dicebant, sive à Romulo, ut plerique sunt arbitrati, sive, quia ibi ruminantia pecora captabant umbram; vel, quod maxime probatur, propter lactationem infantium: quandoquidem mamma à veteribus ruma appellata est; Ruminiamque Deam vocant, quam puerorum educationi praesse putant; eique Nephelia sacra faciunt lacte libanics. Haec ferè eadem ab eodem repetuntur in Problematum libro, atque in eo, qui de Romanorum fortuna est inscriptus. Pompejus in Ruminalis Ficum illam Ruminalem appellatam esse, ait, quòd sub ea lupa mammam dederit Remo, & Romulo. Mamma autem rumis dicitur: unde rustici hoedos subrumos eos vocant, qui adhuc sub mammis habentur. Servius l. 8. Aen. ait, hanc ficum fuisse ubi nunc est Lupercal in Circo, quà olim Tiberis labebarur, antequàm à Vertuno factis sacrificiis averteretur: illamque dictam vult Ruminalem à Romulo, quasi Romularem, vel secundum alios à lacte infantibus dato. Nam gutturis pars ruma dicitur. De eadem Ovidius l. 1. Fast.*

*Arbor erat, remanent vestigia, quaeque vocatur*

*Romula nunc ficus, Rumina ficus erat.*

Hanc arborem maxima Romani colebant veneratione; haud fecus ac Samii viticem, quae multis saeculis ab eis in Junonis templo custodita fuit: quoniam sub ea Junonem editam fuisse perhibebant. Plinius l. 15. c. 18. *Colitur ficus arbor in foro ipso, ac*

*Comitio Romae nata, sacra fulguribus ibi conditis, magisque ob memoriam ejus, quae nutritrix fuit Romuli, ac Remi conditoris, Ruminalis appellata; quoniam sub ea inventa est lupa infantibus praebens rumen. Addidimus huic loco vocem Ruminalis, quae in Plinii exemplaribus videtur deesse. Fuisse autem hanc ipsam ficum in foro, etiam Sexti Rufi, & P. Victoris auctoritatibus comprobatur. Cornelius Tacitus l. 14. ait, Neronis tempore hanc arborem, quae super octingentos, ac quadraginta antè annos Remi, Romulique infantiam texerat, mortuis ramalibus, & arcescente trunco deminutam, prodigii loco habitam, donec in novos foetus revivisceret. D. quoque Augustinus l. 4. de Civit. ait, rumam mammam veteres dixisse; indeque Deam Ruminiam apud Romanos esse dictam, quae parvulis inmulgeat mammam. De qua Dea meminit Varro in Catone, sive de liberis educandis, & in 11. de re rustica, & Plutarchus in Problematis. Deest autem verbis illis *Dulciserae fici*, sub umbra, vel sub tegmine, vel aliquid quippiam.*

LACTANTEIS ] Scribendum *Lactentis*, 58 hoc est lac sugentes: quo verbo bis Cicero de Romulo infante loquens usus est. In secundo enim de Divinatione inquit, *Romulus lactens fulmina ictus*. Item in Catilinam. *Lactus est etiam ille, qui hanc Urbem condidit, Romulus; quem inauratum in Capitolio, parvum, atque lactantem, uberibus lupinis inhiantem fuisse, meministis.*

UBERE TOTO ] Enallage numeri, pro uberibus distentis.

ENDO TUETUR ] Endo pro in, à Graeca praepositione *ἔνδον*: quae dictio in antiquo Glossario exponitur *ἐν, εἰς*, ubi malè unica dictione legitur, *ἐνίς*. Hunc locum totum ex Ennio translulisse videtur Dionysius, apud quem lupam legitur nihil hominum incursum exasperatam, sed tanquam cicurem sensim retulisse pedem, & quasi pastorum strepitum continentem, in silvam sese abdidisse arborum densitate opacam,

a Hinc campom celerei passu premens parumper, Conjicit in sylvam sese ---

Non. Parumper.

\* Occiduntur ubei potitur ratu' Romulu' praeda.

Fest. Ratur.

\* Ollei respondet Rex Albai longai.

Don. de Barbar. Insd. l. 1. c. 34.

a In campo.

cam, ac fontibus irriguam; quam Pani facram fuisse, ferebant, cum ibi ejus ara posita esset. Ejus verba haec sunt, *Ἡ δὲ λύκαινα οὐ μάλ᾽ ἀγριαίνουσα τῶν ἀνδράπων τῇ προσόδῳ, ἀλλ' ἄσπερ ἂν χειροῦθης, ἀποσῆσα τῶν βρεφῶν ἤρμα καὶ κατὰ πολλὴν ἀλογίαν τοῦ ποιμενικοῦ ὀμίλου ἀπήει. καὶ ἢ γὰρ τις οὐ πολὺ ἀπέχων ἰερός χάρος ὕλη βαθεῖα συνηρέφης, καὶ πέρα κοίτη πηγῆς ἀνείσα, ἐλέγετο δὲ Πανός εἶναι τὸ γένος, καὶ βαρὸς ἢ αὐτόθι τοῦ θεοῦ.* Caeterum Dionysii verba in hoc uno ab Ennianis diversa sunt, quòd hic celeri, ille lento gradua lupam sese in silvam recepisse, dicit. Posset etiam hic locus ob verba illa *UBEI LUPU' FOEMINA CONSPICIT AMNEIS* referri ad ea, quae dixit Livius l. 1. lupam sitientem ex montibus, qui circa erant, ad puerilem vagitum cursum flexisse. Sed fortasse pro *amneis* ambos legendum; pueros nimirum intelligendum.

LUPU' FOEMINA ] Ut supra lupu' foeta.

CELERI PASSU PREMENS PARUMPER ] LOCUS corruptus; qui fortasse legendus est

*Hinc campom celeri passu permensa parumper.*

Nam alibi poeta noster,

*Sed sola terrarum postquam permensa parumper.*

Nec malè factum existimo, ab hujus carminis exemplo illud duobus jam pedibus claudicans ad concinnam metri constitutionem revocatum fuisse.

OCCIDUNTUR UBEI POTITUR RATU' ROMULU' PRAEDA ] Censeo, hoc loco poetam expressisse, quod de pueris expositis dicit Livius l. 1. *Cum primum adolevit aetas, nec in stabulis, nec ad pecora segnes, venando peragrarè saltus: hinc robore corporibus, animisque sumpto, jam non seras tan-*

*tum subsistere, sed in latrones praeda onustos impetum facere, pastoribusque rapta dividere.*

ROMULUS ] Pierius in 4. Aen. ait, apud Asprum in Antiquo codice *Romulus* omnino scriptum esse per o in penultima, ut populus in XII. Tabulis.

OLLEI RESPONDET ] *Olli illi*, ut ait Varro libro VI. de lingua Latina. Profert 59 posteriores hujus carminis dictiones Isidorus l. 1. c. 34. & integrum Donatus de Barbar. verum uterque auctoris nomen praetermisit. Et quamvis Ennianum esse suspicarer ex Servii verbis, qui l. 11. Aen. ait, *olli* pro illi secundum Ennium dixisse Virgilium: tamen pro certo id asseverare veritus sum, quousque mihi tandem Ennium auctorem Atrilii Fortunatianus prodidit; qui ut confirmaret, minimum heroicum XII. syllabis constare, apertè illud ex Ennio in exemplum retulit. Rurfus Ennius,

*Ollei respondet suavis sonus Egeriai.*

Quod loquutionis genus arbitror tam familiare illi fuisse, & ab eo tam saepius repetitum, quàm illud ab Homero,

*Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος* —

Et,

*Τὸν δ' ἠμείβετο* —

Usus est aliquando ea voce Virgilius, sive ad aspergendam vetustatis auctoritatem, sive robustioris euphoniae gratia, ut in eo versu l. 12.

*Olli sedato respondet corde Latinus.*

In quo non solum duas dictiones ex hoc Enniano transcripsit, verum etiam eadem ferè spondeorum tarditate Latini regis in respondendo gravitatem expressit, qua Albani regis Ennius.

ALBAI LONGAI ] Vetusto more diphthongum solvit. Virgilius l. 1. Aen. eodem ad juncto,

a Haec ecfatus ubi, latrones dicta faceffunt.

Non. faceffere.

b Curanteis magna cum cura, concupienteis

Cic. l. 1. de Divin.

a Haec effatus ibique. b Αρχαιομοδος ηη κατακουμοδος.

longam multa vi munit Albam. Isidorus ideo longam dictam esse, ait, quia longum erat oppidum, juxta prolixitatem collis, in quo positum erat. Quod ex Livio l. 15. c. 1. sumplisse viderur, qui inquit, eam ab situ porrectae urbis in dorso Albani montis longam Albam appellatam. Dionysius autem l. 1. tradit, Albae additum esse cognomen Longae a situs forma, ac etiam, ut ab altera ejusdem nominis discerneretur.

HAEC ECFATUS UBEI LATRONES DICTA FACESSUNT] Obscuram hujus loci sententiam ex Dionysio l. 1. sum episcopus. Nam cum Faustulus regii pecoris custos ad Amulium ductus esset, Rex illi, nisi vera fateretur, tormenta minatus, percunctatus est, num viverent pueri, & quonam modo evasissent. Cui cum verè omnia Faustulus exposuisset, simulans Amulius a sua dignitate esse alienum, ut eos sinceret, qui sibi sanguine conjuncti essent, cum pastoribus ingloriam vitam transigere, diligenter explorabat, ubi locorum tum degeret, eoque majorem fingeat de his sollicitudinem sustinere, quod Deorum providentia incolumes evasisse viderentur. Quae verba cum Faustulus suspecta haberet, longeque à Regis animo remota judicaret, Juvenes, respondit, in montibus, saltibusque armenta pascere; quos si apud se habere cupiat, secum mittat, quibus, ubi morentur, indicet. Quod quidem à Faustulo est excogitatum, ut Amulio illos necandi viam praeccluderet. Mox Amulius fatellitum fidissimum misit, quibus imperavit, ut quos Faustulus indicaret, ad sese quàm primùm adducant. Quae ubi loquutus esset Amulius, latrones illico dicto parentes jussa faceffunt. Atque haec mihi hujus carminis germana videtur sententia. Latrones, inquit Varro l. 6. de lin. Lat. dicti sunt à latere, quia circum latera erant

Regi, atque ad latera habebant ferrum, quos postea à stipatione stipatores appellarunt, qui conducebantur mercede: ea enim merces dicitur Graecè λάρρον, καὶ σάτρον. Ab eo veteres poetae milites nonnumquam appellant latrones, quod item uti milites cum ferro, aut quod latent ad insidias faciendas. Haec de nominis explicatione à Varrone tradita sunt. Qua de re Festus in latrones est consulendus, & Servius super illud ex ultimo Aeneidos,

fixumque latronis Impavidus frangit telum — Plautus Milite, Nam ego hodie ad Seleucum regem nisi praerastum meum, Ut latrones, quos conduxì, hinc ad Seleucum duceret.

Justus Lipsius l. 2. Ant. lect. c. 4. hunc verbum legendum asserit, Haec effatus ibus latrones dicta faceffunt. Vult enim hoc loco ibus pro iis αρχαιομοδος intelligi.

DICTA FACESSUNT] Afranius, Multa, atque molesta es, potin' ut dicta faceffas? Virgilius l. 4. Aen. Imperio laeti parent, ac jussa faceffiant. Idem l. 9.

praecepta faceffunt. CURANTEIS] Non refert Cicero, ex quo Ennii libro transcripserit hos viginti versus; sed Agellius l. 6. c. 6. cum versum, qui horum est duodevigessimus, manifestè affert ex primò Annali, quamvis aliquantulum sanè diversum.

Praepetibus hilares sese polcreis que loceis dant.

CURANTEIS MAGNA CUM CURA] Prisci poetae summo affectabant studio hujusmodi alliterationones, syllabarumque anommationes. Quos sectatus Maro, nec sine summo artificio, dixit l. 3. Aen.

--- Chao.

Regnei, dant operam simul auspicio, augurioque Hinc Remus auspicio se devoveret, atque secundam Solus avem servat: at Romulu' polcer in alto

Chaonios cognomine campos Et l. 2. Aen.

casus Cassandra canebat.

Observandum quoque est in hoc versu illud dicendi genus, Curanteis cum cura, vehementer redolere antiquitatem. Veteres enim hujusmodi pallogiis frequenter usi sunt; ut Varro in Bimarco, tonitribus tonescere, Lucretius l. 3. anxius angor. Plautus in Stichò, obsonabo obsonium, & in Bacchidibus, machinam machinari. Idem in Menaech. ipsa eadem pallogia, Magna cum cura ego illum curari volo.

Et mox, Ita ego illum cura magna curabo tibi. Ex quo loco apparet, in superioribus cum praepositionem figura, quae παραέλεον dicitur, redundare; idque Graecorum imitatione. Homerus enim Oduo. 6.

Οἴκαδε σὺν νῆεσσι — AUSPICIO, AUGURIOQUE] Plautus Afin. Quantum ex augurio auspicii intelligo. Ex quibus locis perpicuum est, augurium ab auspicio differre; quamvis utrumque ab avium gestu, sive garritu, hoc ab earum inspectione tantùm captabatur. Marcellus verò in Auspicio ait, his intellectibus discerni; quod auspiciu fit avium inspectio, & quae ex volatu avium significetur, & vocibus; augurium autem rerum omnium conjecturas prudenter, ac diligenter amplectitur. Has autem avium observationes Arabes primum, ac Phryges invenisse, auctor est Theodoretus in libro περι πῖστεως.

ATQUE SECUNDAM] Prosperam, felicem. SOLUS AVEM SERVAT] Observat, simplex pro composito.

AT ROMULU' POLCER] Ostendit hoc adjuncto Romulum regiam dignitatem ore praetulisse, quandoquidem Reges ferè omnes pulchritudine praediti conspiciuntur. Unde, cum aliquum decore aspectu signi-

ficare volumus, eum dicimus esse forma regia. Tacitus libro XVII. ipsa, inquit, aeras Galbae & irrisui, & fastidio erat affectus juvenitae Neronis, & Imperatores forma, ac decore corporis, ut est mos vulgi, comparantibus. Max. Tyrius Sermone X. de Smerdice Thracio adolescente regali forma, ac liberali aspectu, à Graecis Polycrati Tyranno dono dato, inquit, Σμερδίξ θραξ ὑπὸ ἑλλήνων κάλλους μετράμιον εὐσιλικού, ὀρθῆναι γαῦρον, ἐπιμόσθη δῶρον τυράνῳ Ἰωνί Πολυκράτει. Themistius, cui Euphrada à sermonis suavitate cognomen tum additum est; in Oratione de clementia Theodosii Imperatoris ait, Φύεται δὲ καὶ ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ σπανίως γε τοῦτο καὶ ἐν μακρῷ χρόνῳ, ὅταν ἀμφοῦ συμπέσῃ καὶ συνομαρτοσῇ τῷ κάλλει τῆς ψυχῆς, καὶ ἡ τοῦ σώματος ἀγλαία, καὶ οὗτος ἐστὶν ἀτεχνῶς ὁ μέγας βασιλεὺς, καὶ οὔτε χυλὸν οὔτε κολοδὸν αὐτοῦ τὸ κάλλος, ἀλλ' ἀρτίον καὶ ὁλόκληρον. Quae doctissimi philosophi & oratoris verba ita Latine reddidit Hieronymus. Donzellinus. Nasctur Rex & inter homines, sed tamen raro, & post longa annorum intervalla, tunc scilicet, cum animi pulchritudo cum corporis excellentia conjungitur, ac commiscetur. Atque is certè magnus est Rex, cujus est forma, & species integra, omnique ex parte absoluta, & perfecta. Dionysius Halicarnassicus libro IV. Antiquitatum, Ἀλλὰ σοὶ γε καὶ ῥάμη πάρεσσιν ἰσωνῆ, οἷα τοῖς κράτιστα περὺσοι, καὶ μορφή τοῦ βασιλείου γένους ἀξία. Hinc Virgilius l. 5. ut in Ascanio regalis dignitatis indolem ostenderet, pluries ait,

formaeque ante omnes pulcher Iulus. Sed haec omnia ex perenni Homericò fonte fluxerunt; apud quem Priamus Agamemnonis corporis maiestatem, decoremque conspiciens, quamvis quisnam esset, planè ignoraret, tamen Regi similem dicit Iliad. γ.

Καλὸν δ' οὕτω ἔγαν οὐπω ἴδον ὀφθαλμοῖσιν

Quaerit Aventino, servans genus altivolantum. Certabant, Urbem Romamne, Remamne vocarent.

Οὐδ' οὐτω γεραρον, βασιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ εἴκειν.

De ejusdem Romuli pulcritudine Ovid. I. 3. c. 2.

Pulcher, & humano major, trabeaque decorus. De hac re quaedam attingit disertissimus Muretus in praeclaris suis variarum lectionum libris.

QUAERIT AVENTINO] Dionysius, Livius, & Florus ab Ennio discrepant. Volunt enim Romulum Palatium, Remum verò Aventinum templa caepisse ad inaugurandum. Huic autem colli ita nomen inditum est, sive ab adventu avium, quoniam vesperi ad eum montem se recipiebant, sive ab hominum adventu, quia ibi Dianae templum erat, quod maximo Latinorum conventu celebrabatur; vel ab advectu, quasi advectinus: nam qui eò advehebantur, rates in Velabro conscendebant, cum hic mons Tyberi, ac paludibus seclusus esset à Palatio, & Capitolio; vel ab Aventino Albanorum Rege ibi sepulto.

GENUS ALTIVOLANTUM] Avium periphra. Alibi in Epichar.

genus perneis condecoratum.

Unde fortasse Lucretius l. 5. 6. & Virgilius l. 1. & 8. Aen.

Alituum genus.

& Seneca in Hyppol.

genus aligerum.

Veteres autem in hujusmodi nominum compositione, ut pennipotentum, caprigenum, noctivaga, incurvicervicum, filvicultrix, nemorivagus, & avipedis, ut apud Aulum Serenum, Graecorum libertatem imitantes, plurimum se ipsos amabant.

CERTABANT URBEM ROMAM] Dissidii origo inter fratres ea fuit, quae semper ferè inter Reges esse solet, dominandi nimirum cupiditas, ac etiam Urbi imponendi optio. Nam ut ex Dionysio, & Livio l. 1. liquet, uterque à suo eam nomine appellari volebat.

ROMAMNE REMAMNE VOCARENT] In alio Ciceronis codice,

Romam Remoramne vocarent.

quam Dionysius l. 1. Ρωμαρίαν appellat; in qua tradit, Remum fuisse sepultum, ubi vivus urbem condere constituerat. Ovidius, Remuriam vocat, Plutarchus Ρεμόνιον, eamque asserit suis temporibus Ρεγνάριον appellatam. De quo loco haec à Festo pròdita sunt. Remurius ager dictus, quia possessus est à Remo, & habitatio Remi; Remuria item in Aventino dicta: namque Aventinum, in quo habitaret, elegisse Remum dicunt. Unde vocitatum ajunt Remuriam locum in summo Aventino, ubi de Urbe condenda fuerat auspiciatus. Romam autem à Romulo dictam, Varro pluries asserit libro I V. ad Ciceronem, auctor de viris illustribus, & Virgilius, qui de eolib. 1. Aen. loquens ait,

Romanosque suo de nomine dicit.

Sed de nomine, ac conditore Urbis magna apud auctores est dissensio. Nam Cephalaon Gergithius, non ille, qui sub Adriano floruit, novemque variarum historiarum libris edidit Musarum nominibus inscriptos, sed alius antiquissimus sanè auctor, in libro, quem de Aeneae in Italiam adventu scripsit, ait, secunda aetate post bellum Trojanum à Romo Aeneae filio Romam conditam fuisse; cui adstipulatur Demagoras, & Agathyllus. Heraclides autem Lembus, & Damastes Sigaeus tradunt, Aeneam cum Ulysse delatum è Molossis in Italiam Urbem condidisse, eamque Romam appellasse à Roma Iliensi muliere, cujus suafu ferunt caeteras Trojanas Mulieres navigationis, errorisque taedio affectas impullas fuisse, ut classem exurerent, ibique manerent. Quod & à Plutarcho de Claris mulieribus, in Romulo, & in Problematis, & ab Halicarnaseo ex Aristotele refertur. Apollodorus Atheniensis in Euxenide, quam arbitror unam esse ex XLVII. fabulis, quas edidit, ait, ex Aenea, & Lavinia Romum natum, unde

63

unde Romae deductum nomen. Callias autem Syracusanus, qui Agathoclis res gestas scripsit secus, quam gestae fuerant, pròdidit Trojanam quandam mulierem, cujus nomen Roma erat, in Italiam classe delatam Latino Aborigenum Regi conjugio fuisse devinctam, ex eaque Regem duos suscepisse liberos, Remum scilicet, & Romulum, à quibus conditae Urbi matris nomen est impositum. Alcimus, qui Athenaeo teste Ἰταλικὴν ἱστορίαν scripsit, ait, ex Tyrhencia, & Aenea Romulum natum fuisse, ex Romulo Albam, ex qua natus est Remus Urbis conditor. Dionysius Chalcidensis vult, fuisse Romum Aescanii filium, vel secundum aliorum opinionem Emathionis ab Diomede ex Troja in Italiam missum. Alii quidem asserunt, Romam conditam à Romo Itali filio, & Electra Latini filia, alii à Roma Itali & Leucariae filia. Antigonus pervetustus sanè rerum Italicarum auctor tradit, Romum quendam Jovis filium urbem in Palatio Romae condidisse. Xenagoras Ulysis & Circes tres fuisse filios, ait, Remum, Antiam, Ardeam; eosque, conditis tribus oppidis, à sese illis nomina indidisse. Agathocles, qui τὰ κυριωτά scripsit, vult, à Roma Aescanii filia Urbem appellatam. Idemque ex aliorum opinione tradit, Aeneam sepultum in urbe Bercynthia juxta flumen Nolon, unde quendam ex ejus stirpe nomine Romum in Italiam profectum Urbem Romam aedificasse. Fabius Pictor in fragmentis, quae mihi valde suspecta sunt, ait, Italum, Italiae imperio suscepto, filiam suam Romam Siculis, & Aboriginibus in Latio praefecisse; quae, relicta Capena, medium Palatinum tenuit, & in vertice, ubi Exquilino monti haeret, Romam oppidulum condidit, quod Valentiam sonat. Id postea Graeca voce ab Evandro ῥώμην appellatum est. Quod, ut D. Hieronymus adversus Jovinianum ait, aut fortitudinis nomen est apud Graecos, aut sublimitatis juxta Hebraeos. Referunt aliqui, Pelasgos post plurimas devictas nationes, ad eam oram, in qua nunc Roma est, tandem pervenisse; ibique Urbem aedificasse, quam ῥώμην ex

suo in armis robore appellarunt. Auctor libelli de divisione Italiae, qui C. Sempronii nomine vagatur, negat, Romam à Romulo esse dictam; sed contrà ab ipsa potius Roma, cujus adeò est occulta derivatio, Romulum nomen habuisse. Galathas tradit, post Aeneae obitum Italiae imperium ad Latinum, Telemachi Circesque filium pervenisse; qui ex Roma Remum, Romulumque filios suscepit: idque ut urbs in Palatio condita Roma appellaretur, causam fuisse potissimam. Tradunt quidam, Romam Aeneae filiam Telephe Herculis filio nuptam Urbi nomen dedisse. Alii Remum Latinorum Tyrannum, cum Etruscis finibus ejecisset, Romam ferunt construxisse. Quo verò tempore, & sub quibus astrorum signis, Roma aedificata fuerit, L. Tarrutius insignis Mathematicus, ex iis, quae Romulo passim acciderunt, invenit: ut ex Varrone refert Plutarchus in Rom. De qua re haec in Claudii Tufci Ephemeridis compendio scripta sunt. Ρωμύλος δὲ κτίζει τὴν Ρώμην, τῇ πρὸ δέκα μιάς καλανδῶν μαΐου κατὰ τὸ τρίτον τῆς ἑκτῆς. ἢ ὡς ἔτεροι κατὰ τὸ δεύτερον τῆς ἰουδαίας. ἢ δὲ ἄρα τῆς πόλεως. ἄρα δευτέρα πρὸ τρίτης, ὡς Ταύρου οὐρανίου μαθηματικῶς κατεστῆριξεν. ἡλίου μὲν ταύρου, σελήνης δὲ παραδένω. κρόνου δὲ ζυγῶ, διὸς δὲ λέοντι, ἄρεως ζυγῶ. ἀφροδίτης ταύρου. ἐρμού κριῶ. Solinus autem cap. 2. ex ejusdem Tarrutii auctoritate Romae genituram satis diversam refert. Ait enim, eam conditam fuisse undecimo Kal. Majas hora post secundam, ante tertiam, Jove in Piscibus, Saturno, Venere, Marte in Scorpione, Sole in Tauro, Luna in Libra constitutis. Eutropius verò l. 1. ait, Romulum exiguam Urbem in Palatino monte constituisse XI. Kal. Majas Olympiadis VI. anno. III. post Trojae excidium, ut qui plurimum minimumque tradunt, trecentesimo nonagesimo quarto. Timaeus Sículus refert, eadem ferè tempestate à Romulo Urbem fuisse conditam, quà à Tyriis in Africa Carthaginem, octavo scilicet, & trigesimo ante primam Olympiadem anno. L. Cincius voluit, anno quarto duodecimae Olympiadis: Fabius Pictor, anno primo

C 3. octa.

64

Omnia cura vireis, uter esset<sup>a</sup> Endoperator.  
Expectant, veluti Consol, quom mittere signum

<sup>a</sup> Induperator

octavae Olympiadis: Polybius, & Diodorus Siculus, anno secundo Olympiadis septimae: Apollodorus, Q. Lucretius Catulus, Cornelius Nepos, Eratosthenes, M. Cato, Dionysius Halicarnassensis, & Theophilus Antiochenus, Olympiadis septimae anno primo; alii Olympiadis sextae anno quarto: sed major pars consentit sextae Olympiadis anno tertio. Dies verò, quo aeterna Augustae Urbis fundamenta facta fuerunt, Parilia, vel Palilia dicebatur, qui in honorem Palis pastorum Deae celebrabatur ad arcendos lupos, morbosque à pecore, seu pro partu pecorum: unde quidam existimant Parilia dicta. Propterea,

65 *Urbi festus erat, dixere Parilia patres.  
Hic primus coepit moenibus esse dies.*

Ovidius l. i. Fast.

*Apia dies legitur, qua moenia signat aratro:  
Sacra Pales aderat; inde movetur opus.*

OMNIS CURA VIREIS] Virgilius lib. i. Aen.

*Omnia in Aescanio cari stat cura parentis.  
ENDOPERATOR] Ε'πένδορος, vel potius  
Α'εχαιορός. Juvenalis Sat. 4.*

*Quales tunc epulas ipsum glutisse putamus  
Induperatorem?*

Malui antiquam servans scripturam scribere in Ennio *Endoperator*. Nam, ut Festus in *Industrium, Endoitium, Endoploratio, Endoprocinctu* inquit, veteres pro *industrio, initio, implorato, & improcinctu, endoitium, endoitium, endoploratum, & endoprocinctum* dicebant. Unde in optimis Lucretii exemplaribus legitur l. 4.

*Endoperatores pugnare, ac praelia obire.*

EXPECTANT, VELUTI CONSOL] Postquam dixit in superioribus, Romulum, & Remum in auguriorum captatione occupari, nunc populi expectationem eleganti comparatione illustrat, sumpta ex Circensibus ludis: qua quidem ob oculos ferè ponit nutantis populi sollicitudinem tam magnae rei exitum avidè expectantis. Vi-

detur autem in voce illa *Expectant* quaedam subesse quasi latens morae increpatio. Siquidem rem novam spectandi aviditas facit, ut etiam celeritas longa mora videatur. Quod elegantissimè exprimit Lucretius l. i. hac eadem comparatione,

*Nonne vides etiam patetactis temporis puncto  
Carcerebus, non posse tamen prorumpere equo-  
rum?*

*Vim cupidam, tam de subito, quam mens a-  
vet ipsa?*

Scripsi *Consol* veterum more, qui, ut ait Velius, aequè confusas *o, & u*, litteras habuerunt. Nam *Consol* scribebant per *o*, cum legeretur per *u* *Consul*. Unde in multis etiam nominibus variae sunt scripturae, ut fontes, fuintes, frondes, frudes.

QUOM MITTERE SIGNUM] Signum mittendi munus, ut ex Livio extremo libro VIII. constat, Dictatoris, & Praetoris erat. Ita enim inquit, *Nec discrepat, quin Dictator eo anno A. Cornelius fuerit: id ambigitur belli-gerendi causa creatus sit, an ut esset qui ludis Romanis, quia L. Plautius Praetor gravi morbo fortè implicitus erat, signum mittendi quadrigis daret*. Idem etiam munus quandoque *Coll.* exercuisse, idem Livius auctor est: qui lib. XLV. ait, C. Licinium postremò quadrigas misisse. Hinc pulcherrima illa effluxit translatio *Missum est*, cum significare volumus, aliquid revocari non posse. Nam simulac carceribus missos rapit ungula currus, tanta equi pernicitate, contentioneque decurrunt spatia, ut nullo pacto habenis retineri possint. Cicero libro I. de Finibus, *Quod semel jam missum est, coerceri, reprimique non potest.* 66 Horatius ad Pison.

*— nescit vox missa reverti.*

Signum autem Reipub. temporibus classificum fuit, vel aliquid hujusmodi, posterioribus autem mappa, quod à Nerone, ut refert Calliodorus, primum fuit institutum. *Mappa* verò, inquit, quae signum

dare

Volt, omneis avidei spectant ad carceris oras,  
Qua mox emittat piceis ex faucibu' currus.  
Sic expectabat populos, atque ore timebat  
Rebus, utrei magnei victoria sit data regnei.  
Interea Sol albu' recessit in infera noctis:  
Exin candida se radiis dedit icta foras lux:

*dare videtur Circensibus, tali casu fluxit in morem. Cum Nero prandium protenderet, & celeritatem, ut afflaret, avidus spectandi populus, flagitaret, ille mappam, qua tergendis manibus utebatur, jussit abjici per fenestram, ut libertatem daret certaminis postulati. Hinc tractum est, ut offensa mappa certa videatur esse promissio Circensium futurorum. Suetonius in ejusdem Neronis vita, Mox & ipse arvigare, atque etiam spectari saepius voluit; postoque in hortis inter servitia, & sordidam plebem rudimento, universorum se oculis in Circo maximo praebuit: aliquo liberto mittente mappam, unde Magistratus solent. Hunc verò Magistratum Praetorem fuisse, etiam Martialis testatur lib. XII.*

*Creatam Praetor cum vellet mittere mappam.*

Hinc pro ludis Megalensibus dixit Juvenalis Satyra XI.

*— Megalesiacae spectacula mappae.*

OMNEIS AVIDEI SPECTANT] Omnium oculi ad carceris oras sunt conversi Consulis signum expectantium, quo equi intra repagula coerciti inde repente profiliant. Virgilius l. 5.

*Intenti spectant signum*

AD CARCERIS ORAS] Carcer, sive carceres, locus est, unde signo dato incipiebat curfus. Graecis dicitur *ἀρεσις, ὁσπληγῆς, γραμμῆς, & βαλβίς*. Terminum verò, & finem, quò dirigitur curfus, metam Latinè dicimus, Graecè *τέλος, τέγμα, & βατῆρα*. De Carceribus Varro libro IV. ad Ciceronem ait, *In circo primo, unde mittuntur equi, carceres dicuntur, dicitur, quòd coercuntur equi, ne inde exeant, ante quam Magistratus signum misit*. Hac etiam ratione ita appellatur locus, quò

rei in causis fonticis detruduntur. Carceres autem in Circo, ut refert Livius l. 8. L. Papirio Craffo iterum, L. Plautio Venno *Coll.* primum statuti sunt. Nec reprehendi jure potest poëta noster, quòd contra superstitiosam Grammaticorum sollicitudinem carcer pro repagulis in singulari numero dixerit; cum cum sequitur Maro l. 5. dicat,

*— ruitque effrissi carcere currus.*

Orae autem hoc loco intelliguntur, Circi extremitates, unde equi ad palmae contentionem emittuntur.

PICEIS FAUCIBUS] Translatio ab animali ad non animal; qua Circi angustias intelligit. Inde Virgilius l. 6. *Orci fauces* dixit, Plinius l. 5. c. 9. Nili, Livius l. i. portus, Epiri, & Isthmi.

SIC EXPECTABAT POPOLOS] Rei comparationem applicat. Eadem ratione scriptum est *populos*, qua supra *Consol.* Victorinus in fragmento de Orthographia, *Ita nostri*, inquit, *ut apparet ex libris antiquis foederum, & ex legum, qui etiam ex frequentis transcriptione aliquid mutarunt, tamen retinent antiquitatem. Nam o non solum pro brevi, & longa, sed etiam pro u poni, ut pro populus, ibi populos; & ubi piaculum, ibi piacolon; & pro sumus, fonos.* 67

ATQUE ORE TIMEBAT] Vultu populus animi trepidationem, commotionemque prae se ferebat.

INTEREA SOL] Occasus descriptio.

ALBU' ALBUS] Albus quidem sua ipsius natura videtur sol, quamquam intermedii vaporibus ejus aspectus interdum nobis varietur.

EXIN CANDIDA SE RADII DEDIT ICTA FORAS LUX] Chronographia temporis matutini ab albore. Albicat enim Aurora in roseo

Et simul ex alto longè polcerrima praepes  
Laeta volavit avis: simul aureus exoritur Sol.  
Cedunt ter quatuor de caelo corpora sancta

rofeo colore, haud fecus ac in igne flamma. Unde Ennius in Medea lucem, candentem facem appellavit. Attius in Phocniffis,

*Sol, qui micantem candido curru, atque equis  
Flammam citatis fervido ardore explicis.*

Rurfus Ennius de Lucis candore in Menalippe ait,

*Lumine sic tremulo terra, & caeva lumina  
candent.*

Et in Telamone,

*Atque hoc lumen candidum claret mihi.*

Vetus Poëta,

*Sed jam de caelo cadens Aurora obstitit  
suum patrem.*

Idem alius,

*Ore beato lumine volitans, qui per caelum  
candidus equitas.*

Pacuvius Chryse,

*Solisque exortu capeffit candorem, occasu  
nigret.*

Hinc Lucretius candens solis lumen dixit l. 6. & Ovidius candidam lucem l. 1. Fast.

LAETA VOLAVIT AVIS] Antequam accuratè hujus loci sententiam perpenderem, ratus sum; hic per avem Auroram intelligi: camque poëtam nostrum sic appellasse vel ob alatum Pegasum, à quo ipsam trahi à Lycophrone, aliisque poëtis traditum est; vel quia ei pennae tribuuntur, ut apud Catullum,

*Memnonis Æthiopsis*

*Unigena impellente natantibus aëra pennis.  
Mox verò cum rem diligentius examinasset, aliter sensi, scilicet in ipso solis ortu, dum Romulus servaret augurium, multas simul aves è longinquo illi apparuisse, quarum numerum cum is minimè distinguere potuisset, poëta omnes *οὐρανὸν* avem dixit. Qua etiam figura paullo superius,*

*Hinc Remus auspicio se devovet, atque secundam*

*Solus avem servat* —

Quas deinde, cum propius accessissent, duodecim esse cognovit. Cum verò dicit, *Et simul ex alto longè polcerrima praepes*, respicit ad antiquorum de auguriis opinionem, qui crediderunt, è caelo non sine Deorum voluntate aves immitti: cum quibus, quoniam altè volant, & ad ipsorum sedes proximè accedunt, Deos commercia habere, existimarunt. Laetam autem avem dixit metonymiac tropo ab effectu, quòd Romulum lactum reddebant, qui ab illis augustum Urbis auspiciam expectabat. Vel, quòd avium lactitia Romuli lactitiam praesignabat: sicut illa cygnorum apud Maronem l. 1. Aen. futuram Trojanorum alacritatem. Eas autem aves vultures fuisse satis perspicuum est: quorum aspectus cur in rebus gerendis felicissimus habeatur, rationem reddit Plutarchus in Problematis.

AUREUS EXORITUR SOL] Euripides *χρυσόφάνης ἥλιος*. Virgilius eodem epitheto l. 1. & 4. Geor.

*Per duodena regit mundi Sol aureus astra.*

Idem,

*Quod superest, ubi pulsam hyemem Sol aureus egit.*

TER QUATUOR] Apparet ex his, veteres numerorum rationem in auguriis habuisse. Quorum duodenarius in magna estimatione fuisse videtur, cum ex hoc, tum ex illo Maronis loco l. 1. Aen.

*Aspice bis senos lactantes agmine cygnos.*

Duodecim verò vultures Romulo apparuisse, omnes rerum Rom. scriptores consentiunt. Quibus visis Romulus animo erectus, Romanos bellicosos futuros, existimabat; quòd illud avium genus rapax sit, admodumque cruoris cupidum. Idem augurium scribit Dion l. 46. Augusto oblatum. Qui cum prima die Comitiorum in Campum Martium progressus sex vultures vidisset, ac, dum milites alloqueretur, alios duodecim, id ad Romuli augurium referens regnum idem sibi portendi, ratus est.

a Avium, praepetibus sese, polcreisque loceis dant.  
Conspicit inde sibi data Romulus esse priora,  
b Auspicio regni stabilita scamna, solumque.

Agell. l. 6.  
c. 6.

\* Nec pol homo quisquam faciet impunè animatus

Macrob. l.  
6. c. 1.

a Vers. *ἀνθρώπος*. b *Συμβασιμύς*.

est. Quatuor autem simplici t scripsimus, quia natura primam corripit, ut Ennius in hoc loco, & alibi,

*Jamque adeo quatuor partium* —  
Hanc syllabam poëtae cum producere voluerunt, alteram consonam addiderunt; ut in cuppedo, relligio, relliquus, relliquiae. Sunt qui duas postremas hujus dictionis syllabas in unam contrahentes non rectè legant,

*Cedunt de caelo ter quattuor corpora sancta.  
CORPORA SANCTA AVIUM] Lucretius l. 1.  
Nec mortale genus, nec Divum corpora sancta.*

Et rursus l. eod.

*Hunc tu Diva tuo recubantem corpore sancto.  
Idem de avibus l. 2.*

— *corpora cuncta volantum.*  
§ l. 1. 2. & 5.

— *corpora pennipotentum.*

69  
PRAEPETIBUS SESE, POLCREISQUE LOCEIS DANT] Praepes à Graeca voce *πρῆσις* videtur emanasse; apud quos ea dicitio significat, qui pronus ruit, vel fertur. Hinc ad loca transfudit Ennius, ad quae proclivis est allapsus, sicut etiam alibi, cum dixit,

*Brundusum polcro praecinctum praepete portu.  
Praepetes autem aves dicuntur, ut tradit in praepetes aves Paullus ille, qui Festum multis partibus amputatis loripedem reddidit, quae se ante auspiciantem ferunt. Nam praepetere dicebant pro anteire. Alii verò placent, praepetes aves ab auguribus appellari, quae opportunè praevolant, aut idoneas sedes capiunt; easque ab oscinibus differre tradunt, quòd illae volatu auguria praebebant, haec ore futura praedicebant; atque ita dictas ab os, & cano. Ad haec Servius l. 6. Aen. eo versu *Praepetibus pennis ausus se credere caelo.**

*praepetibus felicibus interpretatur. Praepetes enim boni augurii aves esse, dicit.*

CONSPICIT INDE SIBI] Rem confirmat ab auspicio.

STABILITA SCAMNA SOLUMQUE] Metonymia pro regno, sed concinnius,

— *Stabilitaque scamna, solumque.*

Non dissimile profus huic illud est, quod Atreus, ut opinor, apud veterem quendam poëtam pronunciavit,

— *addo huc*

*Quod mihi portento Caelestium pater  
Prodigium misit regni stabilimen me.*

NEC POL HOMO] His versibus poëtam existimo Remi interitum esse prosequutum; qui, ut certior fuit opinio, non quòd Urbi nomen imponere, & imperare contenderit, necatus fuit; sed quòd in fratris contemptum transiluisset muros, quos ille constituerat, sanctosque devoverat. Unde Pomponius Jureconsultus libro II. ex variis lectionibus, ait, *Cives Romanos alia, quam per portas egredi non licere; cum illud hostile, & abominandum sit; nam & Romuli frater Remus occisus traditur, ob id, quòd murum transcendere voluerit.* Livius l. 1. *Vulgatior fama est, ludibrio fratris Remum novos transiluisse muros: inde ab irato Romulo cum verbis quoque increpitans adiecisset, Sic deinde, quicumque alius transiliet moenia mea, interfectum.* Verba haec itaque à Romulo Remum percutiente proferuntur, increpando, interminandoque, ne quis deinceps eadem poena deterritus idem audeat facinus. Illud verò, *Nec pul homo vehementi cum iracundia, & stomacho prolatum videtur, ut illud Terentii in Andria,*

*Tu pol homo non es sobrius* —

QUISQUAM FACIET IMPUNE] Citra noxam. Virgilius l. 6.

Hoc, nisi tu: nam mei calido das sanguine poenas.

\* Ast heic, quem nunc tu tam torviter increpuiſti.

\* Quom tonuit laevum benè tempeſtate ſerena.

— non illi quisquam ſe impunè tuliffet.

HOC NISI TU] A fortiore, quaſi dicat Romulus, ſi tu frater non impunè feciſti, nemo utique impunè faciet.

NAM MI CALIDO DAS SANGUINE POENAS] Virgilius l. 9. ex Ennio,

Tu tamen interea calido mihi ſanguine poenas Perſolves amborum, inquit

70 AST HIC, QUEM NUNC] In Nonio habetur hic locus, Ennius Lupiaſta. Quem nunc tu tam torviter increpuiſti. Joſephus Scaliger cenſet, legendum eſſe, Ennius libro I. Ast hic, quem nunc tu tam torviter increpuiſti. Cujus emendationi eò magis aſſentimur, quòd apud neminem haectenus Ennium in Lupiaſta citatum offendimus. Nec Nonii emendatoris probamus opinionem, qui pro Lupiaſta Pancratiaſte putat ibi eſſe reponendum. Nam eam fabulam non hexametro carmine ſcriptam fuiſſe, ex reliquiis, quae ex tanto naufragio ſervari poterunt, conſpicuum eſt; & hujusmodi fragmentum clarè liquet hexametri pedibus conſtare. Cui ſi Ast hic ſpondeus in prima ſede addatur, integer remanebit hexameter. Caeterùm verbi hujus increpo ſignificatio non multis planè haectenus examinata anſam praebuit, ut aliquantulum à Scaligeri lectione deſlecterem. Itaque in Nonio legendum exiſtimo, Ennius libro I. & mox pro, Ast hic, Haſta, ut ſit verſus,

Haſta, quem nunc tu tam torviter increpuiſti. In quo idem ſit haſta increpare, quòd Tullio l. 1. Eleg. 1. increpare ſtimulo,

Et ſtimulo tardos increpuiſſe boves.

Nam Romulus rutro, ut ait Dionyſius l. 1. in Remi caput inſiſto, cum exanimavit. Eſt autem hoc loco increpare idem, quòd minitandò percutere; quòd irae accenſi hominis proprium eſt, qui dum in aliquem ſurenter irruit, unà manus, con-

tumeliis, conviciisque additis, injicit. Sed id *κατὰ μέτρον* dictum eſt, ſicut illud Maronis, *Pulſatusve parens* pro occiſo. Videntur autem haec à Laurentia amborum altrice expreſſa, quae ut mater utrunque diligebat, Romulum incuſans, quòd objurgando fratri necem intuliſſet.

TORVITER] Antiquo more pro torvè; ut apud Plautum ampliter, Terentium duriter, Lucretium longiter, Catullum puriter, Tuberonem inimiciter pro, amplè, durè, longè, purè, inimicè. Statilius Maximus in libro de ſingularibus apud Ciceronem poſitis adnotavit, ab co rarenter pro rare dictum eſſe.

QUOM TONUIT LAEVUM] Romulus, mortuo fratri ſolutis juſtis, populique conſenſu firmata imperii ſede, noluit ad regiae dignitatis ſtaſtigium evehi, niſi id prius Dii omne, augurioque comprobafſent. Ubi igitur illuxit dies, qua de regno quid Diis placitum eſſet, obſervaret, ſtans ſub dio, & in loco puro mundoque, victimis ritè maſtatis, Jovem precatus eſt, caeterosque ſuperos, quos coloniae praefides conſtituerat; ut, ſi Urbis novae ipſorum conſenſu imperio potitus eſſet, de caelo ſignum aliquod felix edeſſent. Quibus peractis, fulgur à ſiniſtra ad dextram emicuit. Et hanc nimirum veram hujus carminis ſententiam, certamque ſedem arbitramur. Hinc prodiit illud Maronis l. 2. Aen.

— ſubitoque fragore

Intonuit laevum —

Et l. 9.

Audiit, & coeli genitor de parte ſerena

Intonuit laevum —

Ovid. l. 4. Faſt. \*

Ille precabatur, tonitru dedit omine laevo

Juppiter, & laevo fulmina miſſa polo.

Ad eandem quoque ſiniſtrae partis ſuperſtitio-

† --- ad armentas ipſius eaſdem.

† Ipſius ad armentas eaſdem.

ſtitionem pertinet locus ille Ciceronis in Mario,

Partibus intonuit caeli Pater ipſe ſiniſtris.

Sic aquilae clarum firmavit Juppiter omen.

Statius l. 3. Theb.

Signa ſeras, laevusque tones —

Siniſtra verò auguria, & auſpicia ideo feliciora exiſtimarunt, quia quae nobis ſiniſtra ſunt, à Diis dextera demittuntur. De qua re Dionyſius libro II. Plutarchus in Problematis, Plinius, Pompejus, & Servius. Varro libro V. Epiftolicar. quaeſt. ait, *A Deorum ſede cum in meridiem ſpectes ad ſiniſtram ſunt partes mundi exorientes: ad dextram occidentes: unde factum arbitror, ut ſiniſtra meliora auſpicia, quam dextra eſſe exiſtimentur.* Chalcidius autem vult, dexteram mundi partem eſſe orientem.

Nam cum mundus animal ſit, id quidem intelligens, dexteram partem eaſ habebit, in quibus eſt initium motus, & ex qua parte, perinde ut caetera animalia, movetur primitus. Aliis verò placet ſiniſtras partes ex Augurum diſciplina eſſe ſeptentrionales: ideoque inde ſignificatur, fulmina eſſe altiora, & Jovis domicilio proximiora. In quibus obſervationibus adeò Etruſcos peritos fuiſſe proditum eſt, ut *επι το νη αιθρα βοειν*, quia ſcilicet de caelo ſervantes aetheri operam darent, denominationem acceperint. Horum diſciplina Attalus philoſophus optimè imbutus multa monebat conſideranda, ut in fulminibus inſpiceretur, ſcilicet ubi factum eſſet, quandò, cui, in qua re, quale, quantum. Quo quidem ritu à majoribus accepto, Romani in Magiſtratribus creandis perpetuò uſi ſunt, qui tandem à Caefare, cum omnia jam in ejus poteſtatem eſſent delata, neglectus fuit. Hinc Lucanus l. 5.

Nec caelo ſervare licet, tonat angue ſurdo.

BENE TEMPESTATE SERENA] Hoc quidem eſt, quòd rem mirabilem, ac prodigioſam facit, ſereno ſcilicet, ac ſudo caelo

tonare, quòd naturaliter fieri poſſe, negat Lucretius lib. VI. Ex hoc Ennii loco ductum eſt illud M. Varronis in Eumenidibus,

Dum ſermone caenulam variamus,

Interea tonuit benè tempeſtate ſerena.

Sed hic benè ſerena pro valde ſerena intelligimus, ut paullo poſt,

Accipe daque fidem foedusque feri benè firmum,

pro valdè firmum: Et in VII. Ann.

Hocce loquuntur vocat, qui cum benè ſaepe libenter.

Unde Porphyrio explicans illud Flacci l. 3. Carm.

— ſcelerum ſi benè poenitet —

ait, benè pro valde poſitum, ut apud Ennium frequenter. Lucretius l. 5.

Domicium contra pleno benè lumine fulſit,

Nec ſolum benè pro valdè poëta noſter uſus eſt, ſed & bonum pro magno frequenter uſurpavit; ut ex eodem Porphyrione cognoscere licet ſuper illud ejusdem Flacci l. 1. Ser. Satyr. 1.

At bona pars hominum —

Ubi ait, bona nunc pro magna dictum eſt, ut ſaepe Ennius, & alii veteres.

AD ARMENTAS] De Caco, ni fallor, loquitur: qui Herculis boves abegerat. Et rectè quidem armentas dixerat, cum boves magis armentorum, quam jumentorum nomine appellari, Pomponius tradat in libro VI. ad Sabinum. Videtur autem hoc loco poëta digredi ad Herculis in Latio geſta narranda, cum loqueretur de facris, quae Romulus Urbe condita fecit Herculi, quemadmodum in ejus memoriam ab Evandro quondam inſtituta fuerunt. Idque eò magis conjecturà ad ſuſpicandum ducimur, quòd Livius agens l. 1. de facris à Romulo, Graeco ritu Herculi inſtitutis, mox Caci hiftoriam proſequitur. Obſervat Nonius in *Armenta*, à veteribus armenta feminino genere uſurpari. Feſtus in *Armenium*, *Inveniens tamen*,

D 2 in.

\* Ille suos Deiveis mos sacrificare puellōs.

Idem Puellōs. & Festi. Puelli.

inquit, femininè armentas apud Ennium possum.

ILLE SUOS DEIVEIS MOS SACRIFICARE PUELOS ] Hic versus sine loci indice à Nonio adducitur: sed idoneo hoc loco, & congruenti positus est. Haec enim videtur poëta de Herculis sacris loqui, qui Geryone interempto cum ex Hispania victor in Italiam, quae tunc Saturnia appellabatur, pervenisset, nefarium abolivit ritum humana hostia Saturnum placandi. Nam, erectâ arâ in Saturnio colle, in ea puris ignibus hostias adoleri instituit: & ut pro veris hominibus, quos ligatis manibus è ponte Milvio in Tiberim deturbabant, effictas ex scirpo imagines projicerent. Quod in V. Faetorum explicavit Ovidius. Traditum quidem est, immania hujusmodi in Latio sacra ex Dodonaci Apollinis responso Pelasgis reddito initium habuisse. Qui cum longos post errores in Italiam tandem appulissent, visoque propè Cotylam Aboriginum urbem lacu, in quo mobilis insula aquis ferebatur, rei novitatem admirarentur, oraculi memores longae peregrinationis finem se nactos esse, rati sunt. Nam illius vaticinio admoniti fuerant, ut in Siculorum Saturnia terra Aboriginum Cotylam quaerent, ubi insula vehitur: cum quibus simul permisti Phoebo decimas mitterent, & Jovi capita, & virum Saturno. Sed cum Pelasgi Aborigines vidissent magno exercitu obviam prodeuntes, inermes, supplicesque rogaverunt, ut eos in amicitiam recipere, folique partem concederent. Quod cum ab illis perhumaniter impetrassent, oraculi monitis parentes humana victima Saturno sacrificare coeperunt. Eoque more ante Herculis adventum tota ea regio utebatur. Oraculi verba hoc modo apud Dionysium l. 1. Macro- bium l. 1. Satur. c. 7. & Stephanum de Urbibus habentur;

Στείχετε καιόμενοι Σικελῶν Σατούριαν αἰών,

Ἡ δ' Ἀΐθριγενεῖαν Κοτύλην ἔνασος ἀχέεται, Οἷς ἀναμιχθέντες δεκάτην ἐκπέμψατε Φοίβῳ, Καὶ κεφαλὰς Κρονίδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε Φῶτα.

Postremum hunc oraculi versum adducit Lactantius in lib. I. Divin. institut. ubi Varonis auctoritate comprobatur, hunc ritum ex oraculi responso originem duxisse. In Macrobbii exemplaribus pro Κρονίδῃ legitur Αἰδῆ, quam lectionem sequitur Arnobius; qui exprobrans l. 2. falsam Gentium religionem, ait, Ἀπὲρ ἀδενῶν ἐν Ἰταλίᾳ Ἡρкулῆς, cum ex Apollinis monitu Patri Divi, ac Saturno humanis capitibus supplicaretur: & hunc similiter morem, non fraude callidula, & nominum ambiguitate mutastis? Ambigua enim ultimae dictionis significatio oraculum reddidit ambiguum. Nam φῶς lumen, & virum significat. Cur verò utrumque haec dictio significet, rationem explicat Plutarchus in libello, qui Λάδρε βιώσας inscribitur: quòd scilicet homini naturalis cognoscendi cupidus insita sit; ejusque animae substantiam lumen esse, aliqui ex antiquis philosophis fuerint arbitrati. De hoc verò sacrificandi ritu Ennium intellexisse, non est verendum. In Festi exemplaribus in puellis idem, ni fallor, versus sic legitur sine metri structura, Poeni soliti suos sacrificare puellōs.

Quem ita restituiimus,

Ut Poeni soliti suos sacrificare puellōs.

Qui versus quamvis verbis aliquantum ab illo, quem supra ex Nonio retulimus, discrepet; sententiâ tamen nihil differt. Dionysius in l. libro, in quo plurimum in recensendis Urbis primordiis occupatur, dum retulit, priscos illos Italiae homines Saturno humanas hostias immolare usos fuisse, addit, haud secus, quam Carthaginenses, dum eorum urbs stetit. Quare fieri potest, ut hoc etiam modo id ab Ennio explicatum sit; antiquos scilicet illos Latii incolas Saturnum humanis victimis placare consuevisse,

Ut

Ut Poeni soliti suos sacrificare puellōs.

Vel ut dicat, quòd priscos illis Latinis idem fuit, qui antea

Poenis, suos Deiveis mos sacrificare puellōs.

Atque ita ab eo, quem refert Nonius, prima tantum dictione differt. Varro apud D. Augustinum in doctissimis illis de Civitate Dei libris explicans rationem, cur Saturno à quibusdam pueri soliti essent immolari, sicut à Poenis; & natu majores à quibusdam, sicut à Gallis; Quia, inquit, omnium sevinum optimum est genus humanum. Minutius autem Felix in Octavio aliam affert rationem: quòd scilicet filios suos Saturnus devoravit. Unde meritò ei in nonnullis Africae partibus à parentibus infantes immolabantur, blanditiis, & osculo comprimente vagitum, ne flebilis hostia immolaretur. Idem ferè his verbis expressit Tertullianus in Apologético, Cum propriis filiis Saturnus non pepercit, extraneis utique non parcendo perseverabat; quos quidem ipsi parentes sui offerebant, & libentes exponebant, & infanibus blandiebantur, ne lacrimantes immolarentur. Immo, ut refert Plutarchus in libello de superstitione, immitis, ac dura adstabat mater sine gemitu; quae si forte illacrimasset, aut ingemisset, honore confectatur indigna: nec propterea à filii immolatione desistebant. Quin etiam ante statuum tibiis canentium sono, & timpana pulsantium strepitu, omnia resonabant, ne puerorum, dum mactabantur, ejulatus exaudiri posset. Et, quod maximè durum est, qui liberis carebant, à pauperibus parvulos, velut agnos, aut gallinas ad hunc usum sibi comparabant. De impio hujusmodi sacrorum, seu potius facilegiolorum genere, meminit Plato in Atlantio, ac iterum in Minoë. Tertullianus adversus Gnosticos ait, Sed enim Scytharum Divinum, aut Gallorum Mercurium, aut Aetorum Saturnum, hominum victima placari apud saeculum licuit. Hunc verò morem à Carthaginis conditoribus institutum ad ejus usque excidium servatum fuisse tradit Q. Curtius l. 4. Quem cum aliquando Iphicrates ab eis sustulisset, victi demum ab Agathocle,

ut refert Diodorus l. 20. & Poscenius Festus in libris Historiarum per Satyrum, Deum ob patria sacra obsoleta sibi iratum existimavere. Ac, ut numinis iracundiam sedarent, ducentos ingenuos pueros ad aras pecudum more crudelissime trucidarunt. At Aeschylus in libro περι παρομιών, & Daemon ajunt, apud Sardonem Carthaginensium coloniam non pueros, sed senes supra septuagesimum annum Saturno immolari solitos. Sed Clitarchus ait, patrium Carthaginensibus institutum fuisse, in magnis votis puerum in porticus aenei Saturni simulacri manus imponere; sub quo clibanum succendebant, ut puer ignis vapore contractus ridentis speciem praeberet. Memorat Diodorus l. 20. Carthagini aeneum Saturni Colossum fuisse, qui manus supinas in terra inclinatatas exporrigebat ita; ut puer, qui in illis sacrificandi gratia imponeretur, illic involutus in quandam igne plenam voraginem incideret. Ejus verba haec sunt, ἢ δὲ παρ' αὐτοῖς ἀνδρῶν Κρόνου χαλκοῦς ἐκτετακῶς τὰς χεῖρας ὑψηλῶς ἐγκυκλιμένως ἐπὶ τὴν γῆν. ἄσπε τὸν ἐπιτεθέντα τῶν παιδῶν ἀποκυλισθῆναι, καὶ πίπτειν εἰς τὴν χάσμα πῦρος πυρός. Qui mos nostris quoque superioribus temporibus nondum omnino abolutus erat. Nam in quadam Americae insula Carolina appellata multae aeneae imagines formâ eadem sunt inventae; in quarum manibus, subditis ignibus effervescentibus, pueri imponebantur: qui ardore conflagrantes animam efflabant. Barbarum hunc, ac penitus inhumanum Carthaginensium morem Imilce Annibalis conjux, cujus filius eo ritu litandus erat, apud Silium l. 4. deflet his vocibus,

Quae porò haec pietas, delubra aspergere iabo?

Heu primae scelerum causae mortalibus aegris;

Naturam nescire Deum, iusta ite precari Ture pio, caedumque feros avertire ritus.

Non dissimili sententiâ detestatur idem Empedocles, à quo haec ferè desumpta videntur.

Μορφὴν δ' ἀλλάξαντα πατὴρ φίλον υἱὸν αἰείρας

\* Saturnus, quem Caelu' a genit ---

\* --- de qua latè Saturnia terra.

a genuit.

Σφάζει ἐπευχόμενος μέγα νήπιος. οἱ δὲ πορεύονται
Διστάμενον θύοντες, ὁ δ' ἀνήκεστος ὀμοκλέων, Σφάζας, ἐν μεγάροισι κακὴν ἀλογύνατο δαίτα.
Ὡς δ' αὐτῶς πατέρ' υἱὸς ἐλὼν καὶ μητέρα παῖδες
Θυρὸν ἀπορραίσαντα, φίλας κατὰ σάρκα ἔδουσι.

Plutarchus libro eodem de superstitione, quem supra memoravimus, ait, quod Carthaginienfibus longè melius fuisset, Critiam, aut Diagoram, atheos, & impietatis auctores accersere, arque eorum placitis, ac institutis, nullos esse. Deos, aut Daemonas afferere, quàm talibus sacrificiis uti. Heac Geloni, quamvis Tyranno, adeò impia, ac horrida visa sunt, ut, cum Carthaginienfes apud Himeram debellasset, in pacis foederibus inscribere coegerit, ut ab immolandis Saturno filiis desisterent. Hoc deinde nefarium scelus Tiberius Africæ Proconsul substulit; qui, ut testatur Tertullianus lib. advers. Gent. ejus immolationis sacerdotes in arboribus, quac Saturni templum patulis diffusae ramis opacabant, crucibus suffixit. Increbuit etiam ferina illa barbaries apud Rhodios, qui pridie Non. Jul. ejus Dei aram humano sanguine aspergebant, ut ex libro II. Porphyrii περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμφύλων reperunt Eusebius in lib. IV. περὶ εὐαγγελικῆς παρασκευῆς, & Theodoretus in libro VII. θεραπευτικῆς τῶν ἐλληνικῶν παθήματων. Phoenices in maximis calamitatibus aliquor ex iis, quos plurimùm diligerent, Saturno devoventes, jugulabant; ut à Philone Byblio proditum est in libris, quos à Sanchuniathone Phoenicum lingua conscriptos in Graecam transtulit. A quo more Phoenices dicti sunt παρὰ τὸ θονεύειν. Ad quod etiam respiciens Aristoteles in libris περὶ θάναστων

Non. Calus & Char. l. 7.

Var. l. 4. de l. Lat.

ἀκουσμάτων ait, eos populos Phoenices appellari, quod primi maria navigantes, quocunque appellerent, omnes necarent: nam secundum Ferracorum linguam φοινίξαι trucidare significat. Apud Curetas, ut Ister refert in eo libro, quo Cretenfium sacrificia collegit, idem etiam mos invaluit. Ex quibus omnibus effluxit, ut, cum quis necandus esset, Saturni hostia appellaretur. Plaut. Amphitr.

Βαχο, ut bubulis coriis onustus sis, Saturni hostia.

Diversis tandem locis diversis numinibus eadem mactabatur hostia, Baccho scilicet, ut Euelpis Charistius ait, in Chio, & Tenedo; Marti Lacedaemone, ut refert Apollodorus; Junoni Hieropoli, ut in libro περὶ ἀρχαῖσμιθ, καὶ εὐσεβείας testatur Manethus; Minervae Laodiceae, ut Pallas tradit in libro, quo Mythrae mysteria complexus est; Diomedī Salamīne, undè immantissimum eum ritum Diphylus Cypriorum Rex substulit, qui humanam hostiam in bovis immolationem permutavit. Sed illud apud Tribalos est omni atrocitate atrocius; à quibus, ut in extremo secundo Topicorum refert Aristoteles, laudi gloriaeque ducitur parentem immolare.

SATURNUS, QUEM COELU' GENIT] Saturnum Caeli filium fuisse, testatur Hesiodus in Theogonia, & Orpheus in Hymnis, quos Tatianus in Oratione πρὸς Ἕλληνας ad Onomacritum auctorem retulit. Caelum verò neutro genere Deorum sedem, Caelus Deum significat; quemadmodum Orcum inferorum locum, & Plutonem Orcus.

GENIT] Ἀρχαῖκῶς pro genuit. Lucretius l. 3.

totum video per inane geni res.

Et ibid.

Totum posse extra corpus durare, genique.

DE QUA LATE SATURNIA TERRA] In frag-

\* Audire est operae pretium, procedere rectè, Qui rem Romanam, Latiumque a augescere voltis.

a adfiscere, algiscere, & alciscere.

Porph. & Acron. in l. 1. Ser. Sat. 2. Var. Testament. mo.

fragmento Originum, quod M. Catonis nomine manibus teritur, haec sunt, A quo Saturno Saturnia olim, quod nunc Capitolium, & ab eo latè Saturnia terra. Quae verba existimo non M. Catonis esse, sed potius Annii Viterbensis, qui ea ex Varrone transcripsit. Ita enim is in lib. IV. de lingua Latina de eodem Capitolio ait, Hunc antea montem Saturnium appellatum prodiderunt, & ab eo latè Saturniam terram, ut etiam Ennius appellat. Nec quidem inceptè ex hoc loco dimidiatum hunc versum, ut Ennianum descripsimus, & hinc aptavimus: cum non ab re videatur poeta de Saturni sacrificio verba faciens, loci, ubi coleretur, meminisse. De hujusmodi cultu, & Herculis in Italiam adventu, ex eadem ipsius Ennii sententia, nonnulla videtur Halicarnassense in sua historia consuisse. Qui similiter de Capitolio lib. 1. inquit, ὡς δὲ ἐγὼ συναλλήμενος εὐρίσκα καὶ πρὶν Ἡρακλέα ἐλθεῖν εἰς Ἰταλίαν, ἱερός ἦν ὁ τόπος τῆ Κρήνης, καλέμενος ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων Σατόρνιος, καὶ ἄλλη δὲ ἀπὸ τῶν συμπασα, ἣ νῦν Ἰταλία καλεῖται τῷ θεῷ τῆτω ἀνεκείτο, Σατορνία πρὸς τῶν ἐνοικούντων ὀνομαζομένη. Hoc est, Sed quantum ego conjectura consequi possum, etiam antè Herculis in Italiam adventum sacer erat Saturno islocus, qui ab incolis Saturnius dicebatur. Quin & ora universa, quam nunc Italiam dicunt, huic Deo dicata erat, Saturniaque ab habitatoribus appellata est. Arnobius l. 3. Janus Janiculi conditor, & civitatis Saturniae Saturnus auctor. Virgilius de utroque l. 8.

Janiculum huic illi fuerat Saturnia nomen.

77 Itaque ex his suspicor, Ennium scripsisse,

olim Saturnia nomen

Huic fuerat, de qua latè Saturnia terra.

AUDIRE EST OPERAE PRETIUM] Duos hos versus Porphyrii, & Acroni acceptos referimus. Uterque enim in illis Horatii verbis l. 1. Satyr.

Audire est operae pretium procedere rectè,

Qui moechos vultis, ut omni parte laborent. ostendunt, Horatium Ennianis verbis praeclare abufum. Hujusmodi verò parodiis Graeci frequentius, quàm Latini jocati sunt; & praecipuè Matron, Hegemon Thafius, Hipponactes, Timon Philiassius, & Sopater. Varro in Satyra, quam Testamentum inscripsit περὶ διαθήκης μετὰ φιλοφρονίας, postremum hunc Ennii versum, nullà auctoris mentione factà, ita affert,

Qui rem Romanam, Latiumque adfiscere voltis.

Arbitror autem, verba haec esse Romuli ad Senatum; qui constitutà jam Republica cum praevideret ob mulierum inopiam diu eam servari non posse, de Patrum, quos elegerat, consilio in finitimas regiones ad ineundam societatem legatos misit; eamque justit, ut connubiorum foedere confirmarent. Qui cum re infectà rediissent, Romulus de vi inferenda cogitans Senatum consuluit. Cumque omnes ejus sententiam comprobassent, indicitur festus Neptuno dies: conveniunt è finibus undique multi, & Sabini praecipuè cum liberis, & conjugibus hilari animo ab omni suspitione alieni. Celebrantur spectacula: virgines vi rapiuntur, domosque à Romanis deferuntur. His igitur verbis, Audire est operae pretium, facit Romulus Romanos attentos ab utilitate rei, atque necessitate. Terentius in Andria iisdem est verbis usus,

Audireque eorum est operae pretium audaciam.

Quod exponens Donatus, Dicitur, inquit, operae pretium de mirificis, atque laudabilibus. Nam & ea, quae magna sunt, etiam si mala, tamen miramur, quia libenter audiamus, & hoc pretium est operae, id est audiendi.

REM ROMANAM] Romanum Imperium. Idem alibi,

Moribus antiquis res stat Romana, vireisq. Vir-



Virgine' nam sibi quisque domi Romanus habet fas. Fests. Sas.

Accipe, daque fidem, foedusque feri benè firmum. Macr. l. 6. c. 1.

Virgilius de Marcello, l. 6. Hic rem Romanam magno turbante tumultu Sisset Eques

Varias hujus dictionis significationes hoc uno versu complectitur Aufonius, Imperium, litem, Venerem cur una notat res? VIRGINE' NAM SIBI] Si Virgines legetur, creticus pro dactylo positus esset.

Sas] Sas, & sos, pro suas, & suos, ab Ennio saepe est repetitum.

78 ACCIPE DAQUE FIDEM] Pacta, ac foedera tribus modis comperimus veteres sancire consueviffe: verbis, ut jurejurando, factis, ut mactatis victimis, manibus, quia his fidem obstringebant. Unde tria apud eos erant rupti foederis crimina; perjurii, arae violatae, & fractae fidei. Videtur hoc loco de eo foedere poeta loqui, quod inter Romanos, & Sabinos istum est. Qui, ut improbissimum virginum raptum ulciscerentur, Romanos adorti sunt; caeproque Capitolio, Tarpeia Vestali virgine prodente, cum acerrimum praelium committere pararent, raprarum lacrimis, atque obtestationibus composita ira, foedus paciscuntur. Quare haec verba à Romulo foedus componentem prolata, arbitror: hujusmodi pacis conditione proposita, ut scilicet aequa potestate in urbe Tatius Sabinorum Rex, & ipse, alternis diebus imperarent. Quam sententiam declarat verbus, qui mox sequitur,

Alternum seritote diem concorditer ambo. Refert Dionysius l. 21. Romulum, ac Tatum ante aras circa mediam sacram viam foedus icisse. Ubi permittis insimul Romanis, ac Sabinis, se invicem consalutarunt. Plutarchus in Romulo prodidit, illud sanctum fuisse in loco, quod Comitium à coeundo appellatum est. Ea de re sic Livius l. 1. Inde ad foedus faciendum Duces prodeunt; nec pacem modo, sed civitatem unam ex duabus faciunt: regnum consociant; imperium omne conferunt Romanam. Ita gemit

nata Urbe, ut Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites à Curibus appellati sunt. Huc alludit Virgilius, cum Aeneam ab Evandro pacem petentem inducit l. 8.

Accipe, daque fidem, sunt nobis fortia bello Pectora

Idem, ibid. universam hanc historiam finxit in Aeneae clypeo Vulcanum insculpsisse;

Nec procul hinc Romam, & raptas sine more Sabinas

Concessu caveae, magnis Circensibus actis, Addiderat; subitoque novum consurgere bellum

Romulidis, Tatiaoque seni, Curibusque severis. Post iidem inter se posito certamine Reges Armati Jovis ante aras, paterasque tenentes Stabant; & caesa jungebant foedera porca.

Nec solum duas civitates in unam Romulus, & Tatius redegerunt, verum, ut populorum tranquillitati magis consulere, ac foedera diu inviolata servarentur, eam in tres Equitum centurias diviserunt; quarum duae Ramnensium, & Tatiensium ab eorum nominibus fuerunt appellatae, tertia verò Lucerum, cujus origo, ut tradit Livius l. 1. incerta est. Harum autem Ennium meminisse, Varronis indicio liquet, qui libro IV. ad Ciceronem inquit, Ager Romanus primus divisus in partes tres, à quo Tribus appellatae, Tatiensium, Ramnium, Lucerum, nominatae, ut ait Ennius, Tatienses à Tatiao, Ramnenses à Romulo, Luceres (ut ait Junius) à Lucumone. Sed Plutarchus in Romulo vult, dictam fuisse διὰ τὸ ἄλλος, quod Latini lucum appellant; in quo Romulus Asylum fugientibus constituerat. Τὸ γὰρ ἄλλος, ut inquit Claudius Tuscus, κατὰ τέρησιν, λαβόντες οἱ Ῥωμαῖοι καλῶσι παρὰ τὸ ἀρετῆς ὡς ἄξυλον τὴν ὕλην. Sed omnia haec tribuum vocabula Volumnius Etrusca esse arbitratur. De his Propertius l. 4.

Hinc Tatius Ramnesque viri, Luceresque coloni. For-

Alternum seritote diem concorditer ambo.

Char. l. 2.

--- hasteis

Ser. 2. Aen.

Horret ager, campeique armeis sublimibus ardent.

a Aeternum.

FOEDUSQUE FERIT] Ennius Grammaticus, cujus paullò ante mentio facta est, ait apud Varronem l. 4. delin. Lat. Et per hos etiam nunc fit foedus, quod filius dictum. Sed ferire foedus Homericum est imitatio; ita enim inquit,

ὄρκια πιστὰ τάρμοντες.

Et

ἄφε' ὄρκια πιστὰ τάρμωνεν Cicero pro Rabirio, foedus ferire in Capitolio viderat. Et pro domo sua, foedera feriebantur pecuniarum. Virgilius l. 10.

haud fit mora, Tharcon

Jungit opes, foedusque ferit

ALTERNUM SERITOTE DIEM] Seritote, à sero, quod ordinare, & disponere significat; hoc est, ut diximus, alternis diebus imperium administrare. Sed melius fortasse,

Alternam seritote die concorditer ambo. à verbo serisco, quod sancire, & edicere significat; à quo seriscitote, & inde sublata per syncopen syllaba seritote. Simile quid est apud auctorem de viris illustribus, qui ait, Procum Regem Albanorum, Amulio atque Numitori filiis regnum annuis vicibus habendum reliquisse; & ut alternis imperarent.

CONCORDITER] A concorditas concorditer dictum est, quemadmodum à gravitas, & humanitas, graviter, & humaniter.

HASTEIS HORRET AGER] Horret hastis ager haud fecus, atque ariftis. Ex eadem officina ille versus prodit in Scipione,

Sparsis hasteis longeis campus splendet, & horret.

Quo venustissimè Poeta noster comprehendit, quae longiori verborum ambitu Homerus Iliad. v.

Ἐφριξεν δὲ μάχῃ φθισίμβροτος ἐν χεῖρσι Μαρπῆς, ἃς εἶχον τὰ μεσίσχησας, ὅσσε δ' ἄμερδεν

Ἀδύη χαλκείη κορύθων ἀπὸ λαμπομενάων Θάρηκωντε νεοσηκταν, σακέων τε Φαιωνών. Demetrius Phalereus in libello περὶ ἑρμηνείας profert in exemplum primas prioris carminis Homeri dictiones, Ἐφριξεν δὲ μάχῃ, ut ostenderet, quaedam aptius, & magis propriè translationibus exprimi, quam propriis; observatque Homerum pugnam, tanquam animantem, horrere, dixisse. Ennianam verò translationem accumulatus Virgilius l. 7. ait,

atque late

Horrescit strictis seges ensibus

Et l. 12.

strictisque seges mucronibus horret

Ferrea

Et l. 2. Geor.

Nec galeis, densisque virum seges horruit hastis.

Lycophron in Cassandra,

πέφρικαν δ' ὄσε λήϊα γυῖαι

Λόγχαϊς ἀποσίλκοντες

Haec autem translatio adeò Papinio venusta visa est l. 2. Theb. ut iisdem Ennii verbis carmen inchoaverit; quamvis Lucilium eam, & auctorem irrisisse, proditum sit, quòd potius dixerit, Horret ager, quàm, horret & alget. Hinc fortasse illud Horatii l. 1. Saryr. de eodem Lucilio,

Non ridet versus Enni gravitate minores.

At Maro, cujus acre, exquisitumque iudicium non est cum Lucilio conferendum, non modò non irrisit, sed ita integrum hunc versum in divinum suum poema transtulit l. 11.

tum late ferreus hastis

Horret ager: campeique armis sublimibus ardent.

CAMPEIQUE ARMEIS SUBLIMIBUS ARDENT] Hyperbole. Euripides in Phocnissis,

Κατὰ χαλκὸν ἅπαν πεδίον ἀσράπτει.

E

Apol.

--- defunt rivos, camposque † remant ---

Constitit inde loci † propter sos dia Dearum.

\* Unus erit, quem tu tolles ad caerula caeli

Apollonius l. r. simpliciter dixit, fulgebant arma sub sole; sed addidit, quod orationem amplificavit, ignis instar,

Στάπτε δ' ὑπ' ἡλίῳ φλογὶ εἰκελάνθης ἰώσης  
Τεύχεα

Quod videtur ab Homero mutuatus, qui in β Iliados ait,

Ἡύτε πῦρ ἀϊθλον ἐπιφλέγει ἰσπετον ὕλην  
Οὐρεὸς ἐν κορυφῆς, ἐκάρθεν δέ τε φαίνεσθαι  
ἀδύη.

Ως τῶν ἐρχομένων ἄπο χαλκῆς θεοπειρίοιο  
Αἰγλή παμρωγάνωσα δι' αἰθέρος ἕρανδον ἤκε.  
Sed quam splendidus, & sublimis est ille Lucretii locus l. 2.

Fulgor ibi ad caelum se tollit, totaque circum

Aere renidescit tellus

Virgilius l. 2.

Ardentes clypeos, atque aera micantia cerno.  
Inde Lucanus l. r.

Ardentesque acies percussis sole coruscis  
Conspexit telis

Attius Epinaufimache,

Ab classe ad urbem tendunt, nec quisquam potest

St Fulgentium armatum armatus ardorem obtui. Describat forsitam his verbis Ennius Romanorum cum Caeninensibus certamen. Qui cum in Romanum agrum irruissent, effuseque vastarent; eis Romulus cum exercitu, ut l. r. ait Livius, obvius fit, levisque certamine docet, vanam sine viribus iram esse: exercitum fundit, fugatque, fufum persequitur. Quapropter ea, quae sequuntur

DESUNT RIVOS, CAMPOSQUE REMANT] ab his non longè abesse arbitror; ut post Romanorum victoriam hostium fugam describeret. Sed hic locus foedis conspersus est maculis, qui in Festo sic habetur, Remanant, reptent, Ennius lib. I. defunt rivos camposque remant. Pro quo remanant

reponendum est. Nam frustra Festus pro explicatione verbi Remanant haec Ennii verba retulisset, si remant ibi legeretur; & quod ita scriptum fuerit, etiam metri lex suadet. Campos verò remanare, idem esse cenfeo, quod effusè hinc inde palantes, ut fugientium mos est, per vâria loca vagari. Vel legendus est hic locus, ut emendat Fulvius Ursinus,

deserunt clivos, camposque revitant.

CONSTITIT INDE LOCEI PROPTER SOS] Ennius An. 8.

Inde loci lituus sonitus effundit acutos.

Lucilius l. 30. Sat.

Multis inde loci sermonibus conclebrarunt.  
Lucretius l. 5.

inde loci mortalia saecula creavit.

Existimo his verbis poetam ostendere voluisse, Venerem pleno superum concilio Jovem propter sos, hoc est, propter Romanos orasse; ac eadè ratione hic Ennium de Venere loquentem suos Romanos intelligere; qua Maro l. r. Aen. sub personâ Jovis Venerem alloquentis suos, cum ait,

Parce metu Cytherea, manent immota tuorum

Fata tibi.

Oravit fortasse Jovem Venus, ut propagatis imperii finibus Romulum tandem in Deorum numero referret.

DIA DEARUM] Veneris periphrasis. Homerus; δία θεῶων. Aliqui codices habent,

Constitit inde loci circum sos Dea Dearum. Alii dia diarum; alii Dea diarum.

UNUS ERIT QUEM TU TOLLES] Sunt, ni fallor, verba Jovis ad Venerem pollicentis eam aliquando Romulum in caelum sublaturam. Quod imitatus Virgilius sub iisdem personis, Veneris nimirum pro Aenea rogantis, & Jovis idem promittentis, ait l. r. Aen.

Fest. Remant.

Idem Sor.

Var. l. 6. de lin. Lat.

-- sub.

Templa, ---

--- quem super ingens

Porta tonat caeli ---

Senec. l. 19. Epist.

sublimemque feros ad sidera caeli  
Magnanimam Aeneam  
Item Jupiter apud eundem cum Junone loquens l. 12.

Indigetem Aeneam scis ipsa, & scire fateris  
Deberi caelo, fatisque ad sidera tolli.

82 Ovidius autem l. 15. Martem inducit à Jove petentem, ut, quod alias de Romulo pollicitus fuerat, fervaret,

Tempus adesit, Genitor, quoniam fundamine magno

Res Romana valet, & praeside pendet ab uno,  
Praemia jam promissa mihi, dignoque nepoti  
Solvete, & ablatum teris imponere caelo.  
Tu mihi concilio quondam praesente Deorum,

(Nam memoro, memorique animo pia verba notavi)

Unus erit, quem tu tolles ad sidera caeli,  
Dixisti: rata sit verborum summa tuorum.

Idem rursus l. 5. Fast.

Unus erit, quem tu tolles ad caerula caeli,  
Tu mihi dixisti: sint rata dicta Jovis.

Ad hanc apothecin respexit Maro in VI,  
Et Pater ipse suo superum jam signat honore.

Juno apud Flaccum l. 3. car.

protinus & graves  
Iras, & invisum nepotem

Troica quem peperit Sacerdos,  
Martii redonabo, illum ego lucidas

Inire sedes, ducere neclaris  
Succos, & adscribi quietis

Ordinibus patiar Deorum.

Quis autem hujus carminis auctor sit, Varro non memorat: Ennii tamen esse, & hunc sibi proprium locum deposcere, ex iis, quae supra retulimus, conjici potest.

AD CAERULA CAELEI TENPLA] Αἰθέρος τέμενος Aeschylî imitatione. Rursus Ennius,

Quamquam multa manus ad caelei caerula templa

Tendebam

Unde ait Seneca in Herc. tur. summi aetheris templa. Quâ voce variis epithetis exornatâ frequenter à poetis caelum appellatum est. Ennius in Hecuba,

O magna templa caelium,  
Commista stellois splendideis.

Vetus quidam Poeta, Aeterna templa caelei. Varro in Satyra, quae Bimarcus dicitur,

tunc repente caelium

Altum tonitribus caelum tonescit.

Terentius in Eunuchis,

Ad quem Deum? Qui templa caeli summa sonitu concutit.

Qui locus, ut observat Donatus, παρρηδία est de Ennio. Lucretius l. r.

Nec mare, nec tellus; nec caeli lucida templa.

Idem duro sanè adjuncto ibid.

caeli tonitralia templa.

Et rursus ibid.

caeli

Densabant procul à terris fulgentia templa.  
Et l. 5.

Fumida cum caeli scintillant omnia templa.

Idem aliquandò pro caelo simpliciter dixit caeli caerula. Nam caerulus, sive caeruleus color proprius sereni caeli esse videtur. Unde caeruleum mare dicitur, quòd caeli colorem referat, qui à Graecis κυανέος dicitur: & hinc cyanae undae in veteri inscriptione. Nec solum de caelo Ennius templa dixit, verum etiam de inferis; ut in Andromacha,

Acherusia templa alta Orcei, pallida  
Laei obnubila, obsita tenebreis loca.

Unde Lucretius l. 1.

Et si praeterea tamen esse Acherusia templa, Ennius aeternis exponit versibus edens.

Quo etiam modo de mari dixit Ovidius in Halicetico ponti templa.

QUEM SUPER INGENS PORTA TONAT CAELEI] In Seneca sic habetur hic locus,

E 2 Feli-

\* Romulus in caelo cum Diis genitalibus aevum  
Degit, ---

Cic. r. Tusc.  
& Ser. 6.  
Aen.

*Felicem deinde se putabat, quod invenerit, unde visum sit Virgilio dicere --- quem super ingens Porta tonat caeli, --- Ennium hoc ait Homero surripuisse, Ennio Virgilium. Esse etiam apud Ciceronem in ipsis de Repub. hoc Epigramma,*

*Si fas est plagas Caelestium scandere cuiquam:  
Mi soli caeli maxima porta patet.*

Hoc modo legitur in vetusto exemplari manuscripto; cum in passim vulgatis habeatur, *Esse enim apud Ciceronem, &c.* Quod si postremae lectioni fides haberetur, eum locum, --- quem super ingens Porta tonat caeli --- Virgilius haud esset rotum ex Ennio mutuatus, cum tamen illud appareat in bibliotheca Carbonaria ex vetusto fragmento in membranis Anonymi cujusdam Grammatici; qui agens de verbis neutris impersonalibus expressit ex Ennio citat verba illa, --- quem super ingens Porta tonat caeli. Quae de signis Romuli apotheosim praecedentibus intelligenda sunt. De quibus ait Livius lib. 1. *Dum enim ad Caprae paludem concionem haberet, subito coorta tempestas cum magno fragore, tonitribusque tam denso Regem operuit nimbo, ac conspectum ejus concioni absulerit; nec deinde in terris Romulus fuit.* Quod etiam in ejus vita refert Plutarchus: quamvis id Varroni commentitium videatur, qui asserit post Rostra Romuli sepulcrum fuisse. Hanc sententiam confirmat Flaccus in Epodo Ode 16.

*Quaeque carent ventis, & solibus ossa Quirini,*

*Nefas videre, dissipabit insolens.*

Homeri, ut opinor, locus, unde haec sumpsit Ennius, est in 9 Iliados, ubi Horas caeli portas custodire finxit,

*Αὐτόμαται δὲ πύλαι μύκον ἔραυδ' ἄς ἔχον ὄραϊ.*

Hinc Ovidius de Jano l. 1. Fast.

*Praesideo foribus caeli cum miis Floris.*

54 ROMULUS IN CAELO ] Versus hic à Cicerone l. 1. Tusc. & Servio l. 6. Aen. refer-

tur; ab hoc quidem integer, ab illo vero mutilus. Sunt autem haec verba Julii Proculi, qui Romanis Regis desiderio oblaugentibus, ac propter repentinam, horribilemque tempestatem, quâ ille sublatus fuerat, terrore percussus, inquit, Romulum sibi augustiori formâ in Quirinali colle apparuisse: quem, cum hâc horrore perfusus, venerabundus adoraret, jussisse, ut populo nunciaret, se in caelum devehî, suisque nunquam defuturum. Ut propterea virtutem, remque militarem coleant; quandoquidem Romam orbis caput futuram Fata statuissent: atque his dictis ex illius conspectu evanuisse. Sed Romulum formâ proceriorem visum ad superos abeuntem, testatur auctor de viris illustribus. Aristobulus lib. II. Rerum Italicarum, & Ovidius l. 2. Fast. ubi ait,

*Pulcer, & humano major, trabeaque decorus  
Romulus*

Opinabantur veteres, eos, qui in Deorum numerum ex hominibus rehati essent, vel Deorum ope quidpiam praeter humanas vires effecissent, caeteris hominibus proceriores videri solitos. Unde Thestimaachus Pisistrati Orchomeniorum Regis filius, ut refert Theophilus lib. II. Rerum Peloponnesiacarum, conscius in patrem conspirationis, populo in Curiam effrenatius irruenti, commentitio figmento persuasit, Pisistratum supra mortalem speciem ad Pisaeum montem magnâ velocitate fuisse delatum. Tranquillus in Claudio, *Non prius desistit insequi, quam species barbarae mulieris humanae amplior victorem tendere ultra sermone Latino prohibuisset.* Tacitus l. 8. *Oblata ei species muliebris ultra modum humanum, & audita est vox.* Hinc Maro rerum omnium peritissimus de Creusa l. 2. Aen. dixit,

--- & nota major imago.

Et apud eundem l. 4. Aen. Dido,

*Et nunc magna mei sub terras ibit imago.*

Lucretius l. 5. ubi de origine religionis agit,

Egre-

*Egregias animo facies vigilante videbant,  
Et magis in somnis mirando corporis auctu.*

Silius libro XI,

*Et Paulli stare ingentem miraberis umbram.*

Et libro XIII. de Hamilcare,

*Celsus abit gressu, majorque recessit imago.*

Idem lib. XI. loquens de Virtute & Voluptate,

*Cum subito assisunt dextra, laevaue per  
auras*

*Allapsae, haud paullum mortali major  
imago.*

Livius l. 8. de patre Decio, *Armatus in equum insiluit, ac se in medios immisit. Conspectus ab utraque acie fuit aliquantulo augustior humano visu, sicut caelo missus piculum omnis Deorum irae, qui pestem ab suis aversum in hostes ferret.* Idem l. 1. de Evandro ait, quod conspecto Herculis habitu ac formâ aliquanto ampliore, augustioreque humanâ, auditoque nomine, parente, ac patriâ, aram ei dicavit. Magnam quoque Alexandrum testatur Solinus cap. 14. formâ supra hominem augustiore fuisse. Hinc factum est, ut Romani eo majores Heroum statuas facerent, quò majori eos honore dignos existimabant.

CUM DIIS GENITALIBUS ] Intelligit Jovem, Martem, & Venerem, à quibus Romulus originem duxerat. Proprie autem Dii Genitales, sive Indigetes dicuntur, qui prius homines fuerunt, & deinde ob praecleara facinora in Deorum coetum adsciti, quos & Novensiles à novitate veteres nuncuparunt: unde Aeneam, Jovem Indigetem appellarunt; eique sacellum cum hac inscriptione dicarunt. ΠΑΤΡΟΣ ΘΕΟΥ ΧΘΟΝΙΟΥ, ΟΣ ΠΟΤΑΜΟΥ ΝΟΜΙΚΙΟΥ ΠΕΥΜΑ ΔΙΕΠΗΛ. De quo Tibullus l. 2. Eleg. 5.

*Illic sanctus eris, cum te veneranda Numici*

*Unda Deum caelo miserit Indigetem.*

Ovidius l. 14. Met.

--- quem turba Quirini

*Nuncupat Indigetem, temploque arisque recepit.*

Sed Mapheus Vegius non malus poeta, dum haec eadem Nasonis vestigia accuratius persequitur, non longè disparia im-

pressit, totidem scilicet verbis eandem proferens sententiam,

--- quem Julia proles

*Indigetem appellat, templisque imponit honores.*

Graeci Indigetes ἀνθρωποδαίμονας, θεούς πολιτας, ἀσυνόμους δαίμονας, ἐγσενεῖς, ἐπιχωρῖες, πολίχτες, & πολιοσάχτες vocant. Sunt etiam qui putent, Genitales Deos intelligi, qui innatâ eorum foecunditate res omnes, quae gignuntur, pariant, atque propagent. At Turnebus in suis Adversariorum libris l. 20. c. 24. putat verbum genitales ab Ennio quodammodo esse novatum: indeque Ciceronis locum, qui sic vulgò habetur in extremo libro de Oratore, *Vel saepe, vel sine conjunctione verba novantur, ut ille sensus disertus indigenitalis;* putat esse legendum, *ut ille Ennius, Dii Genitales.* Sed Lambini lectio antiquae scripturae similior est, & ad veritatem propensior; sic enim habet, *Ut illud senis disertis, Dii Genitales.* Rectè nimirum profene diserto Ennium significans. Aufonius in Periocha libri IV. Iliad.

*Juppiter interea cum Diis Genitalibus unâ*

*Concilium cogit superum de rebus Achivis.*

Aliqui pro Genitalibus non benè legunt, Genialibus. Sunt enim Geniales Dii, ut Festus ait in Genitales, aqua, terra, ignis, aër; ea enim sunt semina rerum, quae Graecorum alii σορξεία, alii σπερματα vocant. Duodecim quoque signa, Lunam, & Solem inter hos Deos computabant. Geniales autem dicti à gerendo, quia plurimum posse putabantur; quos postea genulos appellarunt. Nec illud omittendum, quod Sancta in libris de verborum antiquitate monet, Geniales homines fuisse appellatos, qui ad invitandum, & largiendū cibum apparandum, promp-  
tiores essent.

AEVUM DEGIT ] Aevum dicitur quasi aei ἐν, id est, perpetuum, & aeternum; quod Chrysippus αἰῶνα appellavit. Ennius alio loco Deos aevi integros dixit, nempe qui aevi diuturnitate non afficiantur, neque agantur ad interitum. Quare Cicero in somnio Scipionis ait, *In caelo certum, ac definitum locum esse, ubi beati aevo sempiterno fruuntur.* Lucretius lib. V. & VI.

E 3

Nam

--- O Romole, Romole, dic O

Qualem te patriae custodem Dii genuerunt! Tu produxisti nos a intra luminis oras. O pater, o genitor, o sanguen Diis oriundum!

Laet. l. r. de fal. relig. c. 15. Prisc. l. 6.

a cndo

Nam bene qui didicere Deos securum agere aevum. Quem versum ita inter suos inferuit Horatius, l. r. Satyr. Non ego, namque Deos didici securum agere aevum.

Degere autem, vel agere aevum, de immortalibus proprie dicitur. Cicero in Hortensio, Si nobis, cum ex hac vita migraverimus, in beatorum insulis immortale aevum, ut fabulae ferunt, degere liceret, quid opus esset eloquentia? Lucretius l. 2.

Nam pro sancta Deum tranquilla pectora pace, Quae placidum degunt aevum, vitamque serenam.

Vitam vero degere de mortalibus proprie dicitur. Sed tamen id non perpetuo observatur. Nam Lucretius & de Diis degere vitam, & de hominibus degere aevum dixit l. 3.

Ut nihil impediatur dignam Diis degere vitam. Et l. 2.

O stultas hominum mentes, o pectora caeca, Qualibus in tenebris vitae, quantisque periculis

Degitur hoc aevi, quodcumque est — Et l. 5.

Jam validis septi debebant turribus aevum.

Ennius in IX. Annali, Qui tum vivebant homines, atque aevum agitabant.

O ROMOLE ROMOLE] Verba haec, ut Lactantius l. r. de fal. Relig. c. 15. docet, sunt populi Romani, qui amissum regem dolens haec loquitur, O Romule, Romule, &c. Sequitur deinde Lactantius, Ob hoc desiderium facilius creditum est Julio Proclo mentientis, qui subornatus a Patribus est, ut nunciaret plebi suae, vidisse se Regem humano

habitu augustiore; eumque mandasse ad populam, ut sibi delubrum fieret, se Deum esse, & Quirinum vocari. Quo facto & ipsi populo persuasit, Romulum ad Deos abiisse; & Senatum suspitione caedis regiae liberavit. Ex quo autem Annali haec carmina transcripita sint, ex Lactantio non liquet. Priscianus autem postrema ea verba,

O genitor, o sanguen Diis oriundum! ex II. affert. In nostro tamen pervetusto ejusdem Grammatici Exemplari ex I. notata sunt, unde procul dubio petita esse existimo ob historicae continuationem.

TU PRODUXISTI NOS INTRA LUMINIS ORAS] Lumen, & lucem vitam, noctem vero mortem significare, ex illo Catulli perspicuum est,

Nobis, cum semel occidit brevis lux, Nox est perpetua una dormienda.

Unde frequenter a poetis in luminis oras exoriri, & exire, pro nasci positum est: sicut lumen relinquere pro mori. Lucretius l. r.

Nec sine te quisquam dias in luminis oras Exoritur —

Idem paullo post, Inde enascitur, atque oras in luminis exiit. Virgilius,

— quem Rheba Sacerdos Evertivum partu sub luminis edidit oras.

Unde ejusdem poetae locum in II. Georgicorum opinor esse legendum,

Sponte sua quae se tollunt in luminis oras.

Hic autem loquendi modus a Graecis omnium eloquentissimarum eloquutionum parentibus emanavit. Pindarus in Olymp. Ode 6.

Ἡλθε δ' ὑπὸ σπλάγγων ὕπ' ᾧ — ἄνιός τ' ἐρατῆς ἰάμοσ ἐς φάος αὐτίκα.

O PATER, O GENITOR] Hanc sententiam

Ecquis extiterit Romae regnare quadratae?

Fest. Quadrata.

\* Mi reliquae fidei, regno, vobisque Quirites, Se fortunatim, feliciter, ac bene vortat.

Non. Fortunatim.

tiam ita l. r. expressit Livius, Deinde a bancis initio facto, Deum de Deo natum, Regem, parentemque Urbis Romanae salvare universi Romulum jubent.

O SANGUEN DIIS ORIUNDUM!] Αἰχμαίσιμος, pro sanguis, ut vermen pro vermibus. Ennius rursus,

Refugias timido sanguen, atque exalbescat metu.

Et, Heu me miseram, pergunt lavere sanguen sanguine.

Lucretius l. r. Visceribus viscus gigni, sanguenque creari. Quod etiam in soluta oratione veteres usurparunt. Cato de habitu, Sanguen dimitatur, ait:

ECQUIS EXTITERIT ROMAE REGNARE] Relato inter Divos Romulo, multorum animos regni cupido incessit. Nam ex sua gente Sabini regem eligere volebant, Romanis id minime contententibus; inter quas altercationes abrogata Decemvirali imperio haec verba prolata sunt: quasi quis diceret, expedire Reip. Regem creari. Sed quis nam ad tantae molis pondus subeundum erit idoneus? Similis est locus ille Lucretii l. 2.

Quis regere immensi summam, quis habere profundi

Endo manu validas potis est moderanter habenas?

Ennius autem in hoc loco trochaicum pro spondeo posuit.

REGNARE] Hellenismus πρὸς τὸ βασιλεύειν.

QUADRATAE] Romulum quadratam figuram Romam condidisse, Plutarchus in ejus vita ostendit his verbis, Ρωμύλος τὴν καλεμένην Ρώμην κβαδράτην, ὅπερ ἐστὶ τετραγώνον, ἐκτίσας. Quam idcirco quadratam Solinus ait esse dictam, quod ad aequilibrium sit posita. Locum autem, qui Roma quadrata

dicebatur, in decima urbis regione fuisse, P. Victor auctor est.

MI RELIQUAE FIDEI] Haec ab Interrege bene, feliciterque novi Regis creationem ominante, prolata sunt; de quo sic Livius l. r. Concione advocata, Quod bonum, faustum, felixque sit, inquit, Quirites regem create. Verba autem illa reliquae fidei videntur intelligi de ipsomet Interrege loquente, cui regni fides committebatur, donec Rex crearetur. Nec longè hinc abest solemnis illa formula, quam ex Censorii tabulis refert Varro l. 5. de lin. Lat. Praeconi sic imperato, ut viros vocet, Quod bonum, fortunatum, felixque, salutareque sit populo Romano Quiritium, Reique publicae populi Romani Quiritium; mihi quoque, Collegae meo, fidei, Magistratum nostrum. In omnibus ferè Nonii codicibus depravatum est hujus carminis initium; in quibus aut habetur, Ea mihi reliquae fidei, aut, Ea mi reique fidei, &c.

SE FORTUNATIM] Prosperè exponit Nonius. His autem verbis in rebus agendis veteres usos fuisse, ita explicat Cicero l. r. de Div. Neque enim Deorum voces Pythagorei observaverunt, sed etiam hominum, quae vocant omnia; quae majores nostri, quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, Quod bonum, faustum, felix, fortunatumque sit praefabantur.

AC BENE VORTAT] Eadem verborum forma apud Livium l. 9. usus est Scipio in Africam trajecturus. Ubi illuxit, Scipio praetoria nave silentio per praeconem facto, Dii Deaque inquit, maria, terrasque qui colitis, vos precor, quaeque uti quae in meo imperio gesta sunt, & geruntur, ea mihi populoque ac plebi Romanae, sociis, nominique Latino, qui populum Romanum, quique meam sectam, imperium, auspiciisque, terra, mari, ammbusque sequuntur, bene vortant. Plautinus Parasitus in Persa Act. 3. sc. r.

Quae

88

\* Ollei respondet suavis sonus Egeriaï.

Var. l. 6. de  
lin. Lat.

\* Mensas constituit, idemque ancilia primus,

Idem ibid.

*Quae res bene vertant mihi, & tibi, &  
ventri meo.*

Item in Captivcis Act. 2. sc. 2.

*Quae res bene vertat mihi meoque filio,  
vobisque.*

Virgilius Eclog. 9.

*Hos illi (quod nec bene vertat) misimus  
haedos.*

Terentius Adelph.

*Quae res tibi vertat male* —

Eodem dicendi modo Europa apud Mo-  
schum rogat Superos, ut bene sibi som-  
nium vertant,

*Ἄλλοι μοι εἰς ἀγαθὸν μὲν κάρως κρινέων ὄνει-  
ρον.*

OLLI RESPONDET ] Pro illi: Antistoc-  
ehum, sive Antithesis.

SUAVIS SONUS EGERIAI ] Ab auctoritate. Ferunt enim Pompilius miro omnium consensu in Regem electum, cum Egeria Nympha, sive, ut aliis placet, cum una ex Musis, nocturnos habuisse congressus, & ab ea regnandi peritiam didicisse. Sed id quidem Numam effinxisse, proditum est; ut Numinis reverentia facilius feroces Romanorum animos ab innata bellandi cupiditate ad pacatam, tranquillamque vitam revocaret; ac etiam ut leges, quas ipse rulerat, quasi divino monitu promulgatae, sanctissimè observarentur. Quamobrem ἀπὸ τῶν νόμων Numa appellatus, cum antea Pompilius proprio nomine diceretur. Quod quidem multorum Legislatorum exemplo ab eo factum est. Nam Osiris, qui Aegyptiis primus leges dedit, & deinde Menes illorum Rex, Mercurio acceptas retulerunt; Minos verò Cretensium Legislator Jovi; Licurgus Lacedaemoniorum Apollini; quas tanquam oracula ῥήτρας appellavit: Zautraestes Arimasporum Bono numini; Zamolxis Getarum Scytharumque Vestae; Solon Atheniensium Jovi. Postremus verò omnium impostor ille Mahumetus à Gabriele Archangelo leges di-

dicisse, rudibus illis, agrestibusque turbis callidissimè persuasit. Verba autem illa, *suavis sonus Egeriaï*, περιφραστικῶς pro ipsa Egeria intelliguntur; ut Homero, Iliad. γ. βῆν Ἐκτορος, & βῆν Πριάμοιο, pro Hectore, & Priamo; Maroni lib. 11. *violencia Turni*, pro Turno; Lucretio l. 2. *vis Geryonai*, & *equi vis*, pro Geryone, & equo; Ciceroni in Arato pro Leone *vis torva Leonis*; pro Scorpione, *vis magna Nepai*; & pro Aquila, *vis major Aëri*. His verbis innuit poeta noster, Deas non voce, ut mortales, sed dulcissimo quodam concentu esse loquutas. Unde Virgilius de Venere l. 1. Aen.

— *Nec vox hominem sonat* —

Dixit autem Egeriaï, pro Egeriae, ut *Albani longai*, *frugiferai*, *Medeai*, antiquo gi-  
gnendi casu κατὰ διαίρεσιν: quâ figurâ uti non respuit Virgilius mirificus vetustatis amator in *aulai*, & *picai*. Egeria verò dicta est, ut ait Verrius, *quod in lucem partus egerat*.

MENSAS CONSTITUIT ] Numae res gestas profectur, cujus omnis cura, & sollicitudo fuit, ut propensum, ut diximus, ad bellandum Romanorum ingenium ad pacem traduceret, Deorumque cultu, ac religione leniret. Mensas igitur, ut poeta inquit, primus apud Romanos Numa constituit, ut tanquam arae sacrorum caeremoniis essent dicatae. Quas quidem argenteas, magnique ponderis in diversarum nationum delubris fuisse, comperimus; & Siciliae praefertim, unde Syraculanus ille Dionysius sanorum expilator auferri iussit. Virgilius l. 2. Aen.

— *huc undique Troia gaza*

*Incensis erepta ardyis, mensaeque Deorum,  
Cratæresque auro solidi* —

Sunt tamen qui *Menses* pro *Mensas* legant. Nam Ovidius l. 2. Fast. Plutarchus in Numa, & alii plerique asserunt, Numam duobus additis mensibus annum in meliorem ordinem

Libaque, fectores, Argeos, & Tutulatos.

Idem ibid.  
Fest. Tutu-  
lati.

ordinem redegeffe. Livius l. 1. Numa, inquit, *omnium primus ad cursum Lunae in XII. menses annum descripsit*. Sed Licinius Macer, & Fenestella tradunt, annum Romae statim ab initio XII. mensium fuisse: à quibus Junius Gracchus, & M. Fulvius Flaccus dissentunt: malunt enim hic à Numa, ille à Prisco Tarquinio primum eo mensium numero annum fuisse institutum. Aliqui pro *Menses* existimant sublatâ primâ litterâ legendum *Enses*, quae lectio, si admitteretur, totus hic versus ad Saliorum sacra respiceret; de quibus mox.

IDEMQUE ANCILIA PRIMUS ] Procul dubio de Saliorum institutione poeta loquitur; quorum originem licet Palaeon vetustus sanè Rerum Italicarum auctor ad Aeneam referat; eoque magistro tradat qui primum in Italia ἐνόπιον ὄργανον saltarunt, Salios fuisse appellatos: Livius tamen l. 1. Numae videtur tribuere. Airenim XII. Salios Gradivo Marti legisse. Octavius autem Herennius, & Antonius Gniphio voluerunt Salios non Martis, sed Herculis sacerdotes fuisse; quibus concinit illud Maronis l. 8.

*Tum Salii ad cantus incensa altaria circum  
Populeis adsunt evincti tempora ramis.*

Populum enim Herculi sacrum esse, ex eodem in Bucolicis Eclog. 7. apparet,

*Populus Alcidae gravissima* —

Nigidius Figulus lib. XVIII, & alii eum sequuti, ferunt, Numam instituisse, ut Salii versicoloribus induti tunicis, ac acneis baltheis succincti, per Urbem tripudiis, solemnique saltatione vagantes, Saliaria carmina canerent; ac etiam ut accincti gladiis, apicibus seu pileis connecti, dextera lanceam, & laeva Thraciam peltam ferrent, quae Ancile, ut Varro existimat lib. 6. de lin. Lat. ab ancisu dicebatur; quod ea arma ab utraque parte, ut peltae Thracum, incisa sint. *Am* enim apud veteres circum significabat: unde ancidere pro circumcidere usurpabant. Ancilium verò forma in quibusdam Augusti, &

Antonini Pii numismatis egregiè insculpta conspicitur. Ovidius l. 3. Fast.

*Idque Ancile vocat, quod ab omni parte recisum est,*

*Quemque notes oculis angulus omnis abest.*

Juba in libris τῆς Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας ait, Ancilia à figura esse denominata. Nam neque circuli formam habent, neque peltae orbem, sed quandam lineae tortuosae incisuram, cujus reflexi apices, & in sese mutuo recurrentes, ἀγκύλην, hoc est curvam figuram reddunt. Vel à cubito, quo gestantur, dicta sunt; quem ἀγκύνη Graeci vocant. Servius autem vult l. 8. Aen. Ancile dici, quasi undique circumcisum; aut, quasi ἀμφίχειλον; id est, undique labrum habens. Festus verò tradit in *Mamurii*, appellari ancile, quia ex utroque latere erat recisum, ut summum infimumque ejus latus medio pateret: vel, ut alii malunt, quasi ἀμφίχειλον, hoc est undique cavum. Ea forma unum è caelo in Numae manus, sive ut Dionysius lib. 2. Antiq. scribit, in ipsius Regiam delapsum est; ad cujus exemplar, & magnitudinem, XI alia quam simillima Mamurium summâ diligentia confecit; ne divinum illud ab aliis dignosci possit, ac proinde surripri. Virgilius l. 8.

— *et lapsa Ancilia caelo.*

De quibus quaedam non poenitenda recensuit Onuphrius Panvinus in Civitate Romana. Ad haec Numae sacra respexit Lucilius lib. IX. Sasyrar.

*Hinc Ancilia, ab hoc apices, capidasque re-  
pertas.*

LIBAQUE FICTORES ] Hunc versum cum superiori sensus ἀκολουθία conjunximus; quem Ennii esse, ex Festi Fragmentis, & Pauli Epitome perspicuum est. Sic enim apud hunc in dictione *Tutulatum*, *Ennius*; *Fectores*, *Argeos*, *Tutulatos*. Apud illum, *Libaque Fectores*, *Argeos*. In Varronis autem libro VI. integer versus habetur, sed non tam apertè de auctore liquet. Constat tamen ibi de Numae sacris eum loqui.

F  
qui

Te nunc sancta precor Venus, & genetrix patri' nostri,

qui Fictores, qui Argei, qui Tutulati, addit, eundem Pompilius Numam, ait, fuisse Flamines; quod verbum, ait, ad Ennium referri necesse est; cum alius auctoris mentionem propius Varro non fecerit.

ARGEOS] Argei apud Livium l. 1. loca sunt sacris faciendis à Numa dedicata; quae Argeos Pontifices vocant. Festus autem ait, Argeos loca Romae appellari, quòd in his sepulti essent quidam Argivorum illustres viri. Varro lib. IV, de ling. Lat. ait, Reliqua Urbis loca olim discreta, ut Argeorum sacra in septem, & viginti partibus Urbis sunt disposita. Argeos dictos putant à principibus, qui cum Hercule Argivo venerunt Romam, & in Saturnia subsederunt. Nec solum loca Argei significant, verum etiam, ut idem ait Varro lib. VI, hominum simulacra ex scirpeis virgultis, quae quotannis à pontifice Sublicio à Sacerdotibus publicè jaci solent in Tiberim. Hos Ovidius l. 5. Fast. non à Sacerdotibus, nec à Pontificibus, ut Dionysius l. 1. projici, tradit, sed à Vestali virgine,

*Tum quoque priscorum Virgo simulacra virorum*

*Mittere robore scirpea ponte solet.*

Idem paulò post ea simulacra non inventè stramineos Quirites appellavit. Convenit cum Ovidio Festus in Argeos; qui ait, Argeos scirpeas effigies vocari, quae per virgines Vestales singulis annis jaciebantur in Tiberim.

ET TUTULATOS] Numa in libris, quos de Pontificalibus scripsit, Tutulum dici, ait, pallium, quo Sacerdotes caput tegebant ad sacrificium accessuri. Atque ad hoc illud Virgilio lib. 3. Aen. pertinere asserit Placiades in libello de Obscuris,

*Et capita ante aras Phrygio velantur amictu.*

Idem Numa, ut omnia Romanorum instituta ad meliorem ordinem redigeret, primus ex aere, ferroque monetam excudi curavit, cum prius coriacea, & testacea uterentur. In cujus rei memoriam, ut alii asserunt, à Numa numus est appellatus.

TE NUNC] Εὐχὴ. Quatuor hi versus à Nonio, & Macrobio disjunctè, ac separatè relati, propter verborum connexionem rectè simul cohaerere possunt. Qui, si hunc in modum à poeta editi sunt, ab aliquo Romano horum numinum opem implorante prolati videntur, in quibus crebra illa Te pronomini repetitione mirè precantis effectus exprimitur.

SANCTA PRECOR VENUS] Catullus eodem adjuncto ad Manlium, & in Volusium usus est.

ET GENETRIX PATRI' NOSTRI] Lucretius de eadem l. 1.

*Aeneadum genetrice, hominum, divumque voluptas.*

Venus à Romanis, ut Aeneae mater, à quo Romulus maternam duxit originem, sub Genetricis nomine magno honore culta est. Quam ob rem Romulus, cum annum ordinaret, primum mensẽ à Marte patre Martium, secundum à Venere Genetrice Aprilem, quasi Aphrilem ἀπὸ τῆς ἀφροδίτης, nominavit; quo nomine Graeci Venerem appellant. Meritò igitur ab iis Diis annum Romulus auspiciari voluit, à quibus ipse ortum duxerat; & omnes Romani oriundi profitebantur. Unde Rutilius Numantinus

*Auctorem generis Venerem, Martemque fatemur,*

*Aeneadum matrem, Romuleumque patrem.*

Eidem deinde Veneri Genetrici, ut Appianus, Dion, & Suetonius referunt, Julius Caesar, qui ob nomen à Julio deductum à Venere originem habere, existimari voluit, templum dicavit. Quare M. Caelius in Epistola quadam ad Ciceronem l. 8. Epist. cum περιφραστικῶς Venere pro genatum appellavit. Scripsimus autem genetrice per e medià syllabà antiquorum numorum, lapidum, librorumque manuscritorum auctoritate, quamvis ab analogiae ratione discreper, cum genitor, & genitus per i dici velint Grammatici, non autem genitor, genetus.

P A

Ut me de caelo visas cognata parumper.  
Teque Quirine pater veneror, Horamque Quirini,  
Teque pater Tiberine, tuo cum flumine sancto

Non. Parumper.  
Idem Hora.  
Macrobi. l. 6. c. 1.

PATRI' NOSTRI] Aeneae videlicet, ad quem Romanorum familiae omnes referuntur. Virgilius l. 12.

*Hinc pater Aeneas Romanae stirpis origo.*

UT ME DE CAELO VISAS] Pars petitionis. Quos enim Dii intuentur, adjuvant. Sic Anchises apud Virgilium l. 2. Aen.

*Juppiter omnipotens, precibus si steteris ullis,*

*Adspice nos*

COGNATA] De hac voce alibi in his nostris commentationibus.

PARUMPER] Cito, velociter.

TEQUE QUIRINE] A gloria, & immortalitate Romuli; quem post mortem mutato nomine Quirinum Romani appellaverunt ex antiqua Gentilium consuetudine: qui iis, quos jam Deos factos arbitrabantur eo consilio nomina immutabant, ne quis homines fuisse deinceps existimaret. Unde Laeda post obitum Nemesis dicta fuit, Ino Leucothea, & Melicerta ejus filius Palaemon, atque Portunus. Cur verò Romulus Quirinus appellatus sit, multae exponuntur rationes. Plutarchus in Romulo refert quosdam putasse Quirinum dictum, quasi Martem, Dionysius verò l. 1. ait, Sabinos summam venerationem Enyalium Deum coluisse, quem tam ipsi, quam ipsos sequuti Romani Quirinum appellabant: nec hactenus compertum habebant, Mars ne is esset, an alius Marti honore, dignitateque similis. Sophocles autem Enyalium à Marte distinguit, eique in re bellica primum post Martem locum tribuit. Sunt qui dicant, Quirinum à Romanis civibus, qui Quirites à Curibus appellati sunt, hanc sumpsisse denominationem. Alii volunt à curi; nam prisca Sabinorum lingua curis, & curina hasta dicebatur, qua eos, qui strenuam in bello operam navarunt, insigniebant. Unde Ovidius l. 2. Fast.

*Sive quòd hasta curis prisca est dicta Sabinis,*

& paulò post,

*Sive suo Regi nomen posuere Quirites, &c.*

PATER] Patris nomen Quirino, & tanquam urbis fundatori, & tanquam inter Deos adscito convenit. Hoc enim nomen non semper procreationis est, sed interdum religionis. Nunc verò ad utrunque referri potest. Lucilius,

*Ut nemo sit nostrorum, quin aut pater optimus Divum,*

*Aut Neptunus pater, Liber Saturnus pater, Mars,*

*Janus, Quirinus pater, nomen dicatur ad unum.*

Ovidius de eodem l. 2. Fast.

*Hoc tu per terras, quòd in aethere Juppiter alto*

*Nomen habes; hominum tu pater, ille Deum.*

VENEROR] Venerandi verbum omnes in se divini cultus continet species; saepe tamen pro precari accipitur: unde Festus ait, compositum esse à venia & orando.

HORAMQUE QUIRINI] Nequeo Nonium non mirari, insignem alioqui Grammaticum, in re tam perspicua allucinatam. Qui declarans Horam Juventutis Deam esse, hunc Ennii locum asserit: cuius sensus ab eo, quem ipse intelligit, longè sanè diversus est. Hic enim Hora Hersilia Romuli, conjux intelligitur, de cujus apotheosi Ovidius in calce libri XIV,

*Hanc manibus notis Romanae conditor Urbis Excipit, & priscum pariter cum corpore nomen*

*Mutat, Horamque vocat; quae nunc Dea juncta Quirino est.*

Hanc Romani eorum ritu in comprecationibus, cum Nerienè Martis uxore, de qua mox dicemus, invocare consueverunt.

TEQUE PATER TIBERINE] Tiberinus ex Capeto Albanorum Rege ortus, in trajectu Albulae amnis sumerius, celebrè postteris Tiberi nomen dedit. Virgilius in ultimo

F 2 Geor-

Agel. l. 13.  
c. 22.

--- face verò

Georgicorum, Unde pater Tiberinus. Sed integrum penè hunc versum transcripsit in VIII.

Tuque, ò Tibri, tuo genitor cum flumine sancto.

94 Horatius Cocles apud Livium libro II, Tiberine pater, inquit, te sancte precor, haec arma, & hunc militem propitio flumine accipias. Rectè quidem poeta noster pater Tiberine dixit; nam, ut docet Servius in l. 8. Aen. in sacris Tiberinus, in carmine Tibris, communi loquendi sermone Tiberis vocatur. Sed hoc non perpetuò videtur observatum.

Tuo cum flumine sancto] Aristides in Isthmiacis prodiit, antiquos pro Diis omnes fluvios, & fontes habuisse: quia omnia ex illis oriri, & in eosdem occidere crederunt. Unde sacra eorum capita habuerunt, summiàque religione venerati sunt. Virgilius de Aristeo l. 4. Geor.

Trifidis ad extremi sacrum caput affluit amnis.

Horatius l. i. Car. od. i.  
--- nunc ad aquae lenae caput sacrae.  
Seneca Epist. libro V. Magnorum fluminum capita veneramur: subita, atque ex abdito umnis eruptio aras habet.

NERIENEM MAVORTIS] Nerinem Martis uxorem fuisse, ex Plauti Truculento constat; ubi Stratophanes miles Phroncio ait, Mars peregrè adveniens salutat Nerinem uxorem suam.

Simile quid alius jactat miles apud Licinium Imbricem in fabula, quae Neaera est inscripta;

Nolo ego Neaeram te vocent, sed Nerinem.

Quom quidem Marti es in connubium data. C. Gellius in III. Annali inducit Herfiliam in atroci illa Sabinorum cum Romanis pugna ita precantem, Nerin Martis, te obsecro pacem dare, ut liceat nuptiis propriis, & prosperis tui, quod de tui conjugis consilio contingit. Hujus etiam mentio est apud Martianum

in Philologiae nuptiis. Porphyrio autem Horatii interpres ait in l. 2. Epist. Minervam habito in nuptiis cum Marte certamine, eoque obtentà virginitate victo, Nerinem esse appellatam. Eam verò ita nominatam fuisse in antiquorum scriptis invenimus, quoniam Sabina lingua Nerio, sive Nerienes, virtutem, ac fortitudinem significat. Unde Claudia familia à Sabinis oriunda Neronis nomen ob fortitudinem, egregiamque virtutem assumpsit. Idem ferè Claudii Tusci testimonio comprobatur in Ephemeride Mensis Martii τῆ ἀπὸ δέκα καλαυδῶν Ἀπριλλίῳ καθαρῶς σάλπιγγος, καὶ κινήσις τῶν ὀπλῶν, καὶ τιμαὶ Ἀρεῶς, καὶ Νερίνης θεῶς οὕτω τῆ Σαβίνων γλώσση προσαγορευομένης, ἣν ἡξίουσιν εἶναι τὴν Ἀθηνᾶν, ἢ καὶ Ἀφροδίτην. Νερίνη γὰρ ἀνδρεία ἐστὶ, καὶ Νέρανας τοὺς ἀνδρείους οἱ Σαβῖνοι καλοῦσιν. αὐτὴν δὲ μετὰ Ἀρεῶς ἡγεῖσθαι τῶν πολέμων καὶ Ὀμφορὸς δεικνύσιν λέγων, Ταῦτα δ' Ἀρῆι θεῶ καὶ Ἀθηνᾶ πάντα μελήσει. οἱ γὰρ Ἀφροδίτην εἶναι νομίζοντες τὴν Νερίνην πλανῶνται. Servius Claudius in quodam commentario l. 3. c. 22. Nerium ipsum Martem dictum vult, quasi Neirium, hoc est sine ira, & cum placiditate, ut eo nomine, mitem, tranquillumque fieri Martem precemur. Ne enim particula apud Graecos, & Latinos plerumque privativa est.

MAVORTIS] Ἐπέθεσις. Virgilius l. 8. 95  
--- Mavortis in amro.

Et lib. 6.  
--- magnam Mavortis ad Urbem.  
Cicero l. 2. & 3. de Nat. Deor. ita eum appellatum fuisse tradit, quia magna veritas.

FACE] Ἀρχαϊσμός pro fac, sicut frequenter apud Comicos, dice pro dic, quod etiam in Virgilio observavit Rhemnius Palaemon. Sin autem in principio hujus acrotelcutii Tu particula adderetur, & sequens hemistichium jungeremur, integer conficeretur versus,

Tu face verò quod te cum precibus pater orat.  
QUOD

Quod te cum precibus pater orat ---

Fest. Orave.

Qui caelum versat stelleis fulgentibus aptum.

Macrobi. l. 6. c. 1.  
Idem ibid.

Quom superum lumen nox intempesta teneret.

a At te non ut sum, summam servare decet rem.

Fest. Sum.

a At tu.

QUOD TE CUM PRECIBUS PATER ORAT] Orare precibus, idem est, quod apud Ciceronem agere precibus. Liqueat enim ex Festo, ubi hunc nostri poetae locum profert, orare pro agere veteres dixisse; indeque Oratores, qui nunc Legati dicuntur, appellabantur, quod Reip. mandatas partes agebant. In Tabulis autem Decemviralibus, ubi scriptum est, Si adorant furto, quod nec manifestum erit, observat vir doctissimus Antonius Augustinus, adorare esse agere. Item in iisdem Tabulis Quom perorant ambo praesentes intelligendum est, cum ambo praesentes agunt. Cicero in epistola quadam l. 9. Epist. ad Attic. ad Caesarem, Quamobrem, inquit, à te peto, vel potius omnibus precibus oro, atque obsecro. Caesar libro VII. de bello Gallico, stantes omnibus precibus orabant, ut se in servitutem receptos cibo juvarent. Observat Arufianus Messus in exemplis eloquutionum; Oro tecum significare pro te oro, profertque hunc Terentii locum ex Hecyra,

Egi atque oravi tecum, uxorem ut diceres. Plaut. Afin.

--- hanc jube orare mecum.  
QUI CAELUM VERSAT STELLEIS FUL. APT.] Rufius tertio Annali, Coelum prospexit stelleis fulgentibus aptum. Item in X.

Hic nox praecessit stelleis ardentibus apta. Lucretius hujus imitatione de veste dixit lib. 5.

Purpurea, atque auro, signisque ingentibus apta.

Virgilius de Atlante l. 4. & 6. Aen. Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

Idem l. 2.  
--- nox humida donec

Invertit caelum stelleis fulgentibus aptum. In omnibus his locis dictionem illam aptum cum aspiratione haptum libenter legerem à Graeca voce ἄπρω, hoc est inflammatum, & incensum; tum quod Ennius non infrequenter Graecis vocibus usus est, tum etiam Pierii Valeriani testimonio, qui hoc modo eam vocem in percutusto Virgillii exemplari scriptam reperisse, affirmat. Servius eam ἀπὸ τοῦ ἀπτεσθαι conjunctum; & vicinum interpretatur.

QUOM SUPERUM LUMEN] Elegantissime hoc versu obstum caligine caelum describit. Unde Lucretius l. 8.

Non quierit calidum supera de reddere parte, Cum superum lumen tanto fervore fruat.

NOX INTEMPESTA TENERAT] Idem alibi, bellum Aequis de manibus nox intempesta dirimit.

Apud Afranium interrogat ille, quis tu es, qui ventoso in loco Solentis intempesta nocte, sub dio, Aperto capite, silices quom findit gelus?

Attius in Bruto ita Lucretiam de Tarquinii temeritate conquerentem inducit, Nocte intempesta nostram devenit demum. Maro l. 3. Aen. & l. 1. Geor.

Et Lunam in nimbo nox intempesta tenet.

Cicero in Pisonem cap. 31. Nocte intempesta crepidatus veste servili navem conscendit. Noctem igitur intempesta, eam noctis partem esse constat, quae ad res gerendas idoneum tempus non habet. Graecè ἀνομοκρατία, ἀνομος, & ἀρα ἀσάλπυγος dicitur.

NON UT SUM] Sum & im pro eum veteres usurparunt.

Nam a vidi pugnare sues, b stolidi soliti sunt.

Idem Stolidus.

*Reliqua desiderantur.*

a vide. b stolidi.

NAM VIDI PUGNARE SUES] Similitudo à suis sumpta, quâ inepta aliquorum pugna significatur. Scaliger emendat,

Namque avidè pugnare sues — In Festo nuper edito habetur hic versus, Nam vi depugnare sues stolidi soliti sunt.

## EX II. ANNALI.

<sup>a</sup> **H**ERIC DATUS EST OCCASUS, HORATIUS INCLUTU' SALTU. Fest. Occasus.

a Ut

97 **HEIC DATUS EST OCCASUS HORATIUS INCLUTU' SALTU]** Pauca haec, atque admodum concisa fragmenta, quae ex secundo hoc Annali reliqua sunt, nos in difficultates adeo magnas compulerunt, ut verum inde aliquem elicere sensum omnino posse diffidamus. Sed tamen experimur, si quid luminis rebus, tam profundis tenebris obvolutis, adhibere possimus. Facit sanè Horatii nomen, quod in hoc versu positum est, ut suspicemur hoc volumine Poëtam prosequi Horatii Coclitis res gestas, qui solus in Sublicio ponte vehementem Etruscorum omnium impetum compressit. At quoniam historiae tempus non congruit, cum usque ad V. Annalem aperte liqueat Ennium Romanorum Regum res gestas monumentis tradidisse, & nobile illud Coclitis facinus post exactos Reges acciderit, & à Festo hic versus extantâ dictione ex secundo Annali referatur, de altero Horatio videtur esse intelligendum: qui, ut scribit Livius l. i. & comprobatur Aristides Milesius in Rerum Italicarum libris, solus Curiatios duorum ipsius fratrum interfectores prudenti admodum consilio prostravit. Nam cum unis tribus simul contrastantibus par esse non

posset, eosque vulneribus faucios conspiceret, fugam simulavit, ratus omnes illos non posse simul multo fuso sanguine acquis passibus insequi: quare in eos per intervalla sequentes profiliens, alium post alium interfecit. In Festo autem hic Ennii locus habetur,

*Hic occasus datus est, at Horatius inclutus saltu.*

Ubi perturbata verborum series adeo syllabarum modulos confundit, ut vix carmen esse dignoscatur. Quapropter iisdem dictionibus rectè dispositis, sublatâ tantum particulâ *at*, videtur suae integritati restitutum. In eodem versu *occafus* pro *occafio*, Antiquorum more positum est; qui in hujusmodi dictionum formis in *us*, & *io*, desinentibus liberè variare consueverunt: ut apud Lucretium, *conjectus*, pro *conjectio*, & Ciceronem, *apparatus* & *interitio*, pro *apparatus*, & *interitus*.

**INCLUTU' SALTU]** Ob celerrimam fugam, si ad hunc Horatium respicias, sin ad Coclitem, ob saltum in Tiberim; cujus historiam inter alios Theotimus in II. Rerum Italicarum prosequutus est: eamque sub Turni persona Virgilius adumbravit l. 9.

Tum

Et tunc sicut Equus, a qui de praesepibus actus

Macrob. l. 6. c. 3.

a quodm.

*Tum demum praeps saltu sese omnibus armis*

*In suvium dedit, ille suo cum gurgite flavo Accipit venientem, & mollibus extulit undis.*

ET TUM SICUT EQUUS] Comparatio ab equi pernicitate desumpta; quam ut Homerus Paridi, ita fortasse Ennius utrilibet Horatio accommodavit. Sic enim ille, Iliad. 5.

*Ὡς δ' ὅτε τις αὐτὸς ἵππος ἀνοσήσας ἐπὶ φάτῃ,*

*Δεσμὸν ἀπορήξας θεῖει πεδίῳ κροαίνων*  
*Εἰσὼθας λούεσθαι ἐν ῥέεῳ ποταμοῖο,*  
*Κυδίον, ὃ ψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαίται.*

*Ὡμοῖς ἀίσσονται. ὃ δ' ἀγλαΐῃφι πεποϊθῶς*  
*Ῥίμφα ἐγούνα φέρεῖ μετὰ τ' ἕβει καὶ νομὸν ἵππων.*

Virgilius ex Homericis, & Ennianis filis texiit,

*Qualis ubi abruptis fugit praesepia vinculis*  
*Tandem liber equus, campoque potius aperto,*  
*Aut ille in pastus, armenta quo tendit equarum;*

99 *Aut assuetus aquae perfundi flumine noto*  
*Emicat; arreptisque fremit cervicibus alie*  
*Luxurians; luduntque jubae per colla, per artus.*

Nec penitus hinc aleganda est illa Claudiani, in Nupt. Honor.

*Nobilis haud aliter somipes, quem primus amoris*

*Sollicitavit odor, timidus, quatiensque decoras*

*Curvatâ cervice jubas, Pharsalia rura*

*Pervolat, & notos hinnitu flagitat amnes*

*Naribus accensis* —

Sed ne semper inter angustos interpretis cancellos me cohibeam, libet hujus equi similitudine aliquantulum per amoenos Philologiae campos evagari; & priusquam ad reliqua progrediar, diligenter excutere qua in re in quatuor his comparisonibus unusquisque eandem sententiam nobilium, ac ornatius explicando, palmam tulerit.

Quod enim Homerus αὐτὸς ἵππος dixit, equum significans, qui in stabulo continetur, ut otiosum respuit Ennius, quando ex sequentibus intelligebatur illum vinculis in stabulis coërcitum. Contra Maro *liber equus*, perbellesque adverbium *tandem*, addidit quo innueret diu alligatum fuisse. Claudianus ab utroque recedens, ut generosam equi indolem indicaret, *Nobilis somipes* dixit. Verbum autem ἀνοσήσας Latini praetermiserunt. φάτῃ, Ennius & Maro, verterunt *praesepia*. Δεσμὸν ἀπορήξας dixit, Ennius *vincula abruptis*; Virgilius Graeco propior *abruptis fugit vinculis*. Sed noster verba illa *suis magnis animis* de suo addidit, quibus aprè equi ferociam expressit. Claudianus omisit haec omnia. Cacterum quod Homerus θεῖει πεδίῳ κροαίνων, praeclearius Ennius, atque sublimius,

— & inde

*Fert sese campi per caerulea lactaque prata.*  
Pressius Maro,

— *campoque potius aperto.*

Totidem verbis Claudianus, sed ὑπερβολικότερος

— *Pharsalia rura*

*Pervolat* —

obiter Theffalos equos ob velocitatem extollens. Causam verò, cur equus abrumpens vincula currere gestiat, Ennius non memorat: Homerus duas affert, ut scilicet pulchrè fluenti fluvio, quo consueverat, se lavaret, vel, ut ad pabula contenderet. Claudianus totidem, sed diversas, & efficaciores, Veneris stimulum, & bibendi desiderium. Maro verò equum facit in pastus, ad equarum armenta, & ad flumen tendere, pascendi, explendae libidinis, & lavandi cupiditate. Quod Homerus dixit ἐν ῥέεῳ ποταμοῖο, Virgilius propter assuetudinem dixit *flumine noto*. Claudianus eodem Virgiliano adjuncto, sed magis poëticè,

— & *notos hinnitu flagitat amnes.*

Illud vero,

— ὃ ψοῦ



Vincla foveis magneis animeis abruptit, & inde  
 Fert sese campi per caerula, laetaque prata,  
 Celfo pectore, saepè jubam<sup>a</sup> quassat simul altam:  
 Spiritus ex<sup>b</sup> anima calida spumas agit albas.

a quassans b ἀλφαισμός.

100 ——— ὄψου δὲ κάρη ἔχει ἀμφὶ δὲ χεῖρας  
 Ὡμοῖς ἀίσσονται ———  
 longè Noster magnificentius,  
 Celfo pectore saepè jubam quassat simul al-  
 tam.

Claudianus lenius,  
 ——— quatiensque decoras  
 Curvantiæ cervicis jubas ———

Sed elegantius Maro,  
 ——— arrectisque fremit cervicibus aliè  
 Luxurians, luduntque jubae per colla, per  
 armos.

Unde illud Statii 6. Theb.  
 ——— salidè jubae, atque erectus in armos  
 Stat ———

Nec displicet illud Lucani,  
 ——— spargitque jubas, & surrigit aures.  
 Vox autem illa Luxurians, quâ & lib. 3.  
 Geor. Maro usus est, quanto praestantior  
 est illa Homericâ,

——— δὲ ἀγλαΐηφι πηποιθῶς?  
 Sed versus, quo Ennius comparationem  
 concludit,  
 Spiritus ex anima calida spumas agit albas,  
 equi ferocitatem affabrè depingit. Brevius  
 Claudianus, & humiliter,  
 Naribus accensis ———

Oppianus autem l. 6. Halieut. ad Ennium  
 propius accedens,  
 ——— Σεμὸν δὲ διὰ σῶμα νιδυεται ἀσθμα.  
 VINCLA ABRUMPIT ] Virgil. l. 9.  
 ——— puppes abruptum vincula ripis.

Horatius l. 4. Car. Od. 7.  
 Nec Lethaea valet Theseus abruptere caro  
 Vincula Pirithoo ———  
 FERT SESE ] Propriè de bruto dictum  
 est, qui absque ullo rationis ductu, quo  
 sensus, & appetitus impellit, modò huc,  
 modò illuc fertur.

CAMPI PER CAERULA ] Si physicam ra-  
 tionem attendamus, videtur Poëta caeru-  
 leum colorem campis haud impropiè tri-

buisse. Nam tenuis, & illuminatus aër  
 procul aspectantibus colorem caeruleo si-  
 milem referre videtur: eumque continua-  
 tionis, five potius, ut ita dicam, conti-  
 guitatis causa longè lateque camporum  
 tractibus impertitur; licet Plutarchus in  
 libro περὶ τοῦ ἐμφαινομένου προσώπου τῶ  
 νόκλερ τῆς σελήνης asserat montibus, cam-  
 pis, ac maribus multas à Sole diffundi  
 colorum formas. Differt autem caeruleus  
 à caeruleo, ut ait Cornelius Fronto, quòd  
 illud natura sit, hoc effingat naturam: ita  
 ut illud sit, hoc fiat.

QUASSAT ] A gestu ferociendi.  
 SPIRITUS EX ANIMA CALIDA ] Videntur  
 haec verba ex philosophiae penu desum-  
 pta. Nam vivificus animantis calor ex pu-  
 riori sanguinis parte tenuissimum vaporem  
 excitat, qui per omnes corporis artus dif-  
 fusus motum efficit, vitamque suppeditat:  
 unde rectè eo adjuncto equi generosita-  
 tem ostendit, cum calor magni, fortisque  
 animi fomes sit; frigus verò contrà tor-  
 poris, & ignaviae. Virgilius similiter de  
 equo l. 3. Geor.

Collectumque premens volvit sub naribus  
 ignem.

Item Nemesianus in Cynegético, 101  
 Fumant humentes calida de mare vapo-  
 res.

SPUMAS AGIT ALBAS ] Lucret. l. III.  
 Concidit & spumas agit, ———

Fit autem spuma ex vapore spiritu agita-  
 to, quàm pellucidus aer intrusus albam  
 reddit: quemadmodum in mari, cum ven-  
 tis concitatur, apparet. Equi verò anhe-  
 litus crebritatem ob cursu agitationem  
 Poëta eleganter explicavit frequenti a lit-  
 terae repetitione; quae quàm hujusmodi  
 rei accommodata sit, ex eo liquet, quòd  
 cursu anhelantes, aut laboribus defatigati  
 cam inter respirandum aperto ore quodam-

\* Metticio Fufetico ---

Quintil.  
 lib. 1. c. 9.

\* --- tractatus per aequora campi.

Vetus  
 Gram.

\* At domus interior gemitu, miseroque tumultu.

Scr. 2. Acc.

dammodo referre videntur. De cujus lit-  
 terae, ac etiam aliarum in rebus expli-  
 candis proprietate, nos differentes inducit  
 Bartholomaeus Maranta in suis Lucullia-  
 nis Quaestionibus.

METTICIO FUFETICO ] Ionum more, qui  
 Ἀρχίεω, & Ἀτρείδω, pro Ἀρχίου, &  
 Ἀτρείδου in secundis casibus dixerunt. Sed  
 in hac vitii geminatione, ut Quintilia-  
 nus ait l. 1. c. 9. Ennius poëtico jure de-  
 fenditur. Antiquos autem non Suffetium,  
 ut perperam in multis Quintilianus, &  
 Livii codicibus, sed Fufetium scripsisse,  
 Philandrus, & Sigonius diligenter anno-  
 tarunt. Metii verò proditio, & supplic-  
 ium, ab Alexarcho in III. rerum Italicarum,  
 & aliis quam plurimis, memoriae  
 proditum est.

TRACTATUS PER AEQUORA CAMPI ] Id  
 est, diù tractus. Ignotus Grammaticus,  
 vetustus sanè, ex Bibliotheca Carbonaria,  
 agens de frequentativis, ait, tractare est  
 saepè trahere, & habitare saepè habere; pro-  
 fertque hoc ex Ennio hemistichium: quod  
 non temerè ad Metium pertinere suspicari  
 fumus; eoque locum Poëtae pulcherrimâ  
 translatione significasse, per quem ille ra-  
 ptatus fuerat. Lucretius l. 3.

——— plani raptim petit aequora campi.  
 Virgil. l. 7.

Filius ardenteis haud secius aequore campi  
 Exercebat equos ———

Cicero l. 1. de Div. potentium camporum  
 aequora. Nec quidem tantummodo aequor,  
 quod proprium maris est, ità ab aequali-  
 tate appellatum, ad terrestres campos; sed  
 campos ipsos, qui propriè de terra dicun-  
 tur, ad mare poëtae transferunt. Unde  
 Lucretius l. 5. & 6. bis, natantes campos di-  
 xit, à quo Virgilius eadem verba mutua-  
 tus est, non quòd vocum inopiâ labora-  
 ret, sed quoniam ei pulcherrima visa sunt:

qua de re eandem elocutionem proprio  
 Marte diversis modis locupletavit, modò  
 l. 3. Geor. liquentes campos, modò l. 10.  
 salis campos; modò l. 8. arva Neptunia, di-  
 cens. Plautus Trinumo, Caeruleos campos.  
 Nec solum de aqua, & terra, aequor di-  
 citur, sed etiam de aère, & caelo. Plu-  
 tarchus in libro De ore orbis Lunae οὐρα-  
 νιον πέλαγος. Attius in Atreo apud No-  
 nium,

Sed quid tonitru turbida torvo  
 Concussa repente aequora caeli

102

Sensimus sonare?  
 Ennius Cressis,  
 Polvis oritur, omne pervolat caeli fretum.  
 Et alibi,  
 Quaeque freto cava caeruleo cortina receptat.  
 Lucretius l. 6.

Dant etiam sonitum patuli super aequora  
 mundi.

Et l. 5.  
 Aëris in magnum fertur mare ———  
 Verùm haec potius aliqui per catachresin,  
 quàm per translationem dicta esse existi-  
 mant. Sed pauca haec Ennii verba de Me-  
 tio ità amplificavit Maro l. 8.  
 Haud procul inde citae Metium in diversa  
 quadrigae  
 Distulerant (at, tu, distis, Albane, maneres)  
 Raptabatque viri mendacis viscera Tullus  
 Per silviam, & sparsi rorabant sanguine ve-  
 pres.

AT DOMUS INTERIOR ] Sermo hic erat  
 de ruina Regiae Albanorum, quem Maro  
 l. 2. Aen. in Priami Regiae direptionem,  
 & incendium, ut ex Servio intelligitur,  
 accommodavit,

At domus interior gemitu, miseroque tu-  
 multu

Miscetur, penitusque carnae plangoribus ae-  
 des, &c.

Fuit Alba diruta, ac solo acquata sub  
 G Tullio

\* At tuba terribili fonitu taratantara dixit.

Scr. 9. Aen.  
Prif. l. 8.

Tullo Hostilio post celebre illud Metii supplicium. Quapropter hic versus cum iis, quae superius dicta sunt, jure optimo connecti potest. Hanc autem urbis demolitionem, & ruinam Livius l. 1. ita poetice descripsit, ut eum vel magna ex parte ex Ennio sumpsisse credam.

AT TUBA TERRIBILE] Antiquum expugnationis morem attingit; nam, ut ait Servius l. 2. Aen. *plerumque ad tubam evertunt civitates; sicut Albam Tullus Hostilius jussit everti.* Quem morem à Graecis Romani accepisse videntur; nam, ut refert Plutarchus, Lyfander ad tibiae sonitum Athenarum muros dejecit, classemque exussit.

SONITUM] Ennius sonitum tubae tribuit; Stautius murmur, l. 6. Theb.

Insonuit contra Tyrrhenum murmur — Virgilius clamorem l. 8.

Tyrrhenusque tubae magis per aethera clamor.

Uterque ad tubae inventorem respexit, quem Meleum Tyrrhenorum Imperatorem fuisse ferunt: quamvis alii Dircaem, & alii alios dicant. Sed apud Graecos Tyrrhenae tubae usum primus Archondas intulit, cum Heraclidis ferret supplicias. Rufus Stautius l. 8. pro tubae fonitu non inconcinne dixit,

— jam saevos fragor aereus excitat enses.

TARATANTARA DIXIT] Ὀνοματοποιία tropus Homero frequens, qui, ut refert Plutarchus in illius vita, quaedam nomina omnino prius inaudita ita effinxit, ut nihil à rebus per ipsa significatis discreparent. A quo posteriores poëtae Graeci, quibus, ut ait Martialis, *est nihil negatum*, didicerunt inarticulatas animalium voces novis, ficticiisque dictionibus referre, unde Aristophanes in βατραχίοις de ranis vociferantibus βρεκεκεκέξ καὶ καὶ καὶ, & Philoxenus in Galathea inducens Cyclopem Nymphae illius amore deslagrantem, ad citharae soni imitationem θερετρανελῶ vocem effinxit. Ejus versus sunt,

Ἡ γὰρ κίθαρα κρουομένη τοιοῦτο  
Μέλος ποιεῖ θερετρανελῶ θερετρανελῶ.

Ad quem Philoxeni locum respiciens Aristophanes in Pluto, canentem chororum induxit;

θερετρανελῶ τὸν Κύκλαπα μιμούμενος.  
De hac quidem Graecorum libertate Quintilianus l. 8. c. 3. inquit; *Fingere Graecis magis concessum est, qui sonis etiam quibusdam, & affectibus non dubitarunt nomina aptare, non alia libertate, quam qua illi primi homines rebus appellationes dederunt. Nostri autem in jungendo, aut derivando paullum ausi aliquid, vix in hoc satis recipiuntur.* Graecorum deinde acumulatione Latini poëtae quaedam finxerunt, que usi passim emollita, tanquam propria sunt recepta, ut mugitus, murmur, sibilus, hinnitus, susurrus, bombus. Ennius igitur praeter caeteris horum imitationi additus, ut tubae clangorem referret, novam hujusmodi vocem confecit. At Maro l. 9. non novis verbis, nec à Romanis auribus abhorrentibus, sed lectissimis, tubae sonitum expressit,

At tuba terribilem sonitum procul aere canoro.

Increpuit —

Quem locum exponens Servius ait, *Hemistichium est Ennii, nam sequentia Maro mutavit: ille enim ad exprimendum tubae sonum ait Taratantara: & multa hujusmodi Virgilius cum aspera invenerit, mutat.* Bene tamen hic electis verbis imitatur sonum tubarum. Imitatus est igitur Maro non solum horridis, obstrepentibusque litteris, ac syllabis sonum illum terribilem; verum etiam pari numerorum velocitate ingenitem spiritum excitavit. In utriusque enim Poëtae versu praeter sextum caeteri pedes dactyli sunt: quamvis Beda hunc Virgilianum omnino dactylicum esse existimet, quem ita legit omnibus codicibus refragantibus,

At tuba terribilem sonitum procul excitat horrida.

Eum

\* Ostia moenita est, idem loca navibo' polcreis,  
a Munda facit, nauteisque mari quaesentibu' vitam.

Fest. Quae  
& Munda.

\* --- & Tiberis flumen vomit in mare falsum.

Macr. l. 6.  
c. 4.

At se se sum, quae dederat in luminis oras.

Festus Sum.

Ingens cura mis cum concordibus equiparare.

Prif. l. 13.

Si quid me fuerit humanitus, ut teneatis.

Fest. Me.

Ferro secedere quam dicteis heis toleraret.

Idem Tolerare.

a Mundo

Eum quidem Maronis versum adeo Pontanus extulit in Actio, ut de eo dixerit, *An non audientibus nobis illa capillus ipse surrigitur, animusque concutitur, & penâ horrescit.* De tuba iterum loquens Virgilius lib. 5. Aen. eadem dactylorum frequentia usus est,

Inde ubi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes.

OSTIA MOENITA EST] Absque dubio de Anco Tulli succellore loquitur; qui in Tiberis faucibus Ostiam condidit. Dionysius l. I. ἐν δὲ τῷ μεταξύ τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς θαλάττης ἀγκῶνι πόλιν ὁ βασιλεὺς ἐντειχίσας, ἢ ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος Ὠστίαν ἀνόμασεν, ὡς εἴ ἂν ἡμεῖς εἴποιμεν. Δύρα. Florus lib. 1. de eodem inquit, *Ostiam in ipso maris, fluminisque confinio coloniam posuit; jam tunc videlicet praesagiens animo, futurum, ut totius mundi opes, & commentus illo veluti maritimo Urbis hospicio recipientur.*

MOENITA] Fossis Ostiam ab Anco vallatam fuisse, his verbis tradit Festus in *Quiritium, Quiritium fossae dicuntur, quibus Ancus Martius circumdedit urbem, quam secundum ostium Tiberis posuit, ex quo etiam Ostiam; & quia populi opera eas fecerat, appellavit Quiritium.* Moenita autem pronuntia, sicut moeros pro muros, Veteres dixisse non dubium est. Plautus Bacchidibus,

Pergamum divina moenitum manu.

NAVIBO' POLCREIS] Festus duobus locis adducit hos versus; in quorum altero pro polcreis, celsis legit.

MAREI QUAESENTIB. VITAM] Eadem eloquutione naufragum quendam loquentem inducit Antipater,

— ἰδ' ἐκ πόντου ματεύων

Ζωὴν, ἐκ πόντου καὶ μόρον εἰλαυσομένην. Piscatores in Plauti Rudente ajunt, *cibum capiamus à mari.* Quaesere pro querere frequenter ab Antiquis usurpatum est.

ET TIBERIS FLUMEN VOMIT IN MARE SALSUM] Pertinet & hoc ad Ostiae descriptionem, ad quam se Tiberis exonerat, marique admiscet. Eadem translatione Varro in Menippeis,

Nubes aequali frigido velo leves  
Caeli cavernas aureas subduxerant,  
Aquam vomentes inferam mortalibus.

Virgilius l. 2. Georg.

Mane salutantum totis vomit aedibus undam.

AT SESE SUM] Sum pro eum, ut supra diximus.

INGENS CURA MIS] Observant Grammatici mis pro meis priscos dicere consuevisse.

SI QUID ME FUERIT HUMANITUS] Hoc est, si quid mihi humani evenerit, vel humanum aliquid contigerit. Me enim pro mihi in hoc loco positum est. Lucilius, *Nunc ad te redeo, ut quae res me impendet agatur.*

FERRO SECEDERE QUAM DICTEIS HEIS TOLERARE] Variam magnopere in hoc

G 2 loco

Annuit sese mecum decernere ferro.

Prisc. l. 10.

--- qui ferro minitere

Atque a in te ningulu' mederi queat ---

Fest. Ningulus.

--- haec inter se totum tuditantes.

Idem Tuditantes.

Et semel effugit speres ita funditu' nostras.

Idem Speres.

a Ut te.

loco Festi exemplaria. Alia enim habent, *ferro se caede*; alia, *ferro se caedit*; alia, *ferro se caedi*; alia, *ferro se caedere*; quam &c. ubi anapaestus est pro dactylo. Quorum verborum sensus est, malle sibi gladio mortem consciscere, quam quempiam, quicumque is fuerit, ita ignominiosè loquutum tolerare. Lucretius l. 6.

Licet Seneca l. 8. Epist. & Servius, velint, Virgilium hoc loco scripsisse, & *cernere ferro*. Quo verbo & Ennius in eadem significatione usus est Annal. 5.

*Ferro non auro vitam carnamus utriusque.* Et in Med.

*Nam ter sub armis malim vitam cernere.* Item Attius Epinausimache,

*Primores procerum revocarent nomina, nisi esset*

*Quis, qui armis secum vellet cernere.* Graeci eodem modo simplici, & composito verbo dixerunt *κείνειν*, & *διακείνειν*, τὸν πόλεμον.

QUI FERRO MINITERE] Cicero Orat. 2. In Catil. *Vobis atque huic urbi ferro, flammaeque minitantem.*

NINGULUS] Nullus. Grammatici hanc vocem à nec, & ullus, deductam arbitrantur.

HAEC INTER SE TOTUM TUDITANTES] Melius, *tum tuditantes*, vel, ut legit Scaliger, *totà vi tuditantes*. Facile enim a litera in u, & dictio illa *ui* in *m* librariorum oscitantia transire potuerunt. Sunt autem tudites, mallei, à tundendo dicti, unde tuditare. Sed hic pro totis viribus niti videtur positum: sumpta à fabris translatione, incudem validis malleorum ictibus tundentibus.

SPERES] Ἀρχαιοῦς pro *spes*. Rursus Ennius XVI. Annali,

*Spero, si speres quicquam prodesse potissunt.* Varro in Satyra, quae *ὄνος λόγος* inscribitur,

*Quibus suam delectet ipse amissam*

*Aviditatem speribus lætet suis.*

EX III.

EX III. ANNALI.

SIC denseis Aquila pinneis obnixa volabat  
Svento, quem perhibent Grajum genus aëra lingua.

Probus in Eclog. 6. Virg.

Olim de caelo laevum dedit inclutu' signum.

Non. Laevum.

\* Postquam lumina seis oculis bonus Ancu' reliquit.

Fest. Sos.

106 SIC DENSEIS AQUILA PINNEIS] Vivente adhuc Anco, aquila suspensis leniter alis pileum è Tarquinii Prisci capite abstulit; moxque altè volans rursus devolavit, illiusque capiti reposuit. Quare existimo, his versibus Poëtam hoc augurium describere, quod, ut Dionysius l. 2. Livius l. 1. aliique plurimi tradunt, Tanquil Tarquinii uxor, Etruscorum disciplinà imbutà, faustum, laetumque agnovit; virumque complexa, rei novitate attonitum, hortatur, bono fortique animo esse, cum id regni fastigium portenderet. De ea Silius l. 13.

haec quoque castae  
Augurio valuit mentis, venturaeque dixit  
Regna viro, & dextros agnovit in alite Divos.

Idque eventu postea comprobatum est. Nam defuncto Anco, in cuius familiaritatem Tarquinii industria, ac calliditate se insinuaverat, tutor ejus liberis relictus, regnum occupavit.

VENTO, QUEM PERHIBENT GRAJUM GENUS AERA LINGUA] Ἐρμηνεία. Videtur Hippocratis opinionem sequutus, qui in libro περὶ φροσῶν, ait, ἄνεμος γὰρ ἐστὶν ἡγεὸς βροχῆς, καὶ χεῦμα. Unde Plutarchus in libello de Homero, ὁ δὲ ἄνεμος ἐστὶν ἀπὸ βέαν. Lucretius l. 6.

Ventus enim sit, ubi est agitando percitus aër. Ad quam sententiam accessere Vitruvius l. 1. c. 6. Seneca l. 5. Quæst. nat. Arnobius l. 3. & alii plerique. Sed nescio quorsum Scaliger, vir eruditissimus, acrique judicio, maluerit hunc versum, qui in-

corruptus habetur apud Probum, legendum esse,

Vento Grajugenum perhibet quem ne aethera lingua.

Lingua enim non recto casu, sed sexto, per pleonasmum protulit Ennius: quod & carminis favet integritati, & Enniam phrasim redolere videtur.

GRAJUM GENUS] Ἑλληνισμὸς, pro ipsis Graecis. Eodem modo ab Euripide dictum est πρεσβυτῶν γένος pro ipsis senibus, ab Homero Achacorum filii pro ipsis Achaeis, & Pindaro Deorum liberi pro ipsis Diis.

POSTQVAM] Obitus Anci describit, qui, cum annos quatuor & viginti regnum summâ laude administrasset, incredibile omnium moerore deceffit.

LUMINA SEIS OCULEIS BONUS ANCU' RELIQUIT] Sicuti vitae lumen adire pro nasci, ita pro mori lumina linquere, eleganter dicitur. Lucretius l. 3.

Lumina qui linquunt, moribundi particulatim.

Et l. 5. Dulcia linquebant labentis lumina vitae.

Cicero II. de Consulatu suo, Luce serenanti vitai lumina linquit.

Virgilius l. 4. Aen. Quod magis inceptum peragat, lucemque relinquat.

Novius ubi bipedes volucres limo linquant lumina.

Hinc Lucilius in quodam Epigrammate, Τὸὺς καταλειψάντας γλυκερὸν φῶς. Unde etiam lumine casti, spoliati, & luce carentes,

Annuit sese mecum decernere ferro.

--- qui ferro minitere

Atque a in te ningulu' mederi queat ---

--- haec inter se totum tuditantes.

Et semel effugit speres ita funditu' nostras.

a Ut te.

loco Festi exemplaria. Alia enim habent, *ferro se caede*; alia, *ferro se caedit*; alia, *ferro se caudi*; alia, *ferro se caedere*; *quam* &c. ubi anapaestus est pro dactylo. Quorum verborum sensus est, malle sibi gladio mortem consciscere, quam quempiam, quicumque is fuerit, ita ignominiosè loquutum tolerare. Lucretius l. 6.

caedere si quem

Accipiti videas ferro

105 ANNUIT SESE MECUM ] Sunt qui credant hunc versum à choreo initium habere, ut ille apud Lucilium l. 30. Sat.

Quod tuas laudes culpes non proficis hilum. Sed fortasse *Annuit* praeteritum est, & discriminis causâ u longum habet, sicut luit, pluit, ut Varro l. 8. de lin. Lat. adnotat, in praesenti verò breve. Vel legendum est *Annuit* duplici *uo*. Nam, ut aliqui existimant, annuo, annuvi, non annui, in praeterito olim habuit, eodem modo, quo pluo pluvi, non plui, ut Priscianus l. 10. tradit: cujus auctoritate in Livio l. 1. ubi legitur, *In monte Albano lapidibus pluuisse*, pluuisse est reponendum. Crediderim tamen hujusmodi praeteritum à plueo potius, sicut illud ab annueo, proficisci. Veteres enim annueo, & abnueo dixisse, idem Ennius testis est in VIII. Annali,

Certare abnueo, metuo legionibus labem.

DECERNERE FERRO ] Virgilius l. 12.

Sic omnes amor unus habet decernere ferro. Item ibid.

ipsumque jubet decernere ferro.

Et ibid.

Inter se coisse viros, & decernere ferro.

Licet Sèneca l. 8. Epist. & Servius, velint, Virgilium hoc loco scripsisse, & *cernere ferro*. Quo verbo & Ennius in eadem significatione usus est Annal. 5.

Ferro non auro vitam cernamus utriusque.

Et in Med.

Nam ter sub armis malim vitam cernere.

Item Attius Epinausimache,

Primores procerum revocarent nomina, nisi esset

Quis, qui armis secum vellet cernere.

Graeci eodem modo simplici, & composito verbo dixerunt *κρίνειν*, & *διακρίνειν*, τὸν πόλεμον.

QUI FERRO MINITERE ] Cicero Orat. 2. In Catil. *Vobis atque huic urbi ferro, flammaque minitantem*.

NINGULUS ] Nullus. Grammatici hanc vocem à nec, & ullus, deductam arbitrantur.

HAEC INTER SE TOTUM TUDITANTEIS ] Melius, *tum tuditanteis*, vel, ut legit Scaliger, *totâ vi tuditanteis*. Facile enim a litera in u, & dictio illa ui in m librarium oscitantia transire potuerunt. Sunt autem tudites, mallei, à tundendo dicti, unde tuditare. Sed hic pro totis viribus niti videtur positum: sumpta à fabris translatione, incudem validis malleorum ictibus tundentibus.

SPERES ] Ἀρχαιοῖς pro spes. Rursus Ennius XVI. Annali,

Spero, si speres quicquam prodesse potissunt. Varro in Satyra, quae *δύοις λόγους* inscribitur,

Quibus suam delectet ipse amissiam

Aviditatem speribus labtet suis.

EX III.

# EX III. ANNALI.

SIC denseis Aquila pinneis obnixa volabat

Olim de caelo laevum dedit inclutu' signum.

\* Postquam lumina seis oculeis bonus Ancu' reliquit.

106 SIC DENSEIS AQUILA PINNEIS ] Vivente adhuc Anco, aquila suspensis leniter alis pileum è Tarquinii Prisci capite abfultit; moxque altè volans rursus devolvit, illiusque capiti reposuit. Quare existimo, his versibus Poëtam hoc augurium describere, quod, ut Dionysius l. 2. Livius l. 1. aliique quamplurimi tradunt, Tanquil Tarquinii uxor, Etruscorum disciplinâ imbutâ, faustum, laetumque agnovit; virumque complexa, rei novitate attonitum, hortatur, bono fortique animo esse, cum id regni fastigium portenderet. De ea Silius l. 13.

haec quoque castae

Augurio valuit mentis, venturaque dixit  
Regna viro, & dextros agnovit in alite Divos.

Idque eventu postea comprobatum est. Nam defuncto Anco, in cujus familiaritatem Tarquinii industria, ac calliditate se insinuaverat, tutor ejus liberis relictus, regnum occupavit.

VENTO, QUEM PERHIBENT GRAIUM GENUS AERA LINGUA ] Ἐρμηνεία. Videtur Hippocratis opinionem sequutus, qui in libro *περὶ φυσῶν*, ait, *ἄνεμος γὰρ ἐστὶν ἕρως ῥεύμα, καὶ χεῖμα*. Unde Plutarchus in libello de Homero, *ὁ δὲ ἄνεμος ἐστὶν ἀπὸ ῥέων*. Lucretius l. 6.

Ventus enim fit, ubi est agitando percitus aër. Ad quam sententiam accessere Vitruvius l. 1. c. 6. Seneca l. 5. Quae est. nat. Arno-bius l. 3. & alii plerique. Sed nescio quorsum Scaliger, vir eruditissimus, acrique judicio, maluerit hunc versum, qui in-

corruptus habetur apud Probum, legendum esse,

Vento Grajugenum perhibet quem ne aethera lingua.

Lingua enim non recto casu, sed sexto, per pleonasmum protulit Ennius: quod & carminis favet integritati, & Ennianam phrasim redolere videtur.

GRAIUM GENUS ] Ἐλληνισμός, pro ipsis Graecis. Eodem modo ab Euripide dictum est *πρεσβυτῶν γένος* pro ipsis senibus, ab Homero Achaeorum filii pro ipsis Achaeis, & Pindaro Deorum liberi pro ipsis Diis.

POSTQUAM ] Obitu Ancu' describit, qui, cum annos quatuor & viginti regnum summâ laude administrasset, incredibili omnium moerore decessit.

LUMINA SEIS OCULEIS BONUS ANCU' RELIQUIT ] Sicuti vitae lumen adire pronasci, ita pro mori lumina linquere, eleganter dicitur. Lucretius l. 3.

Lumina qui linquunt, moribundi particulatim.

Et l. 5.

Dulcia linquebant labentis lumina vitae.

Cicero II. de Consulatu suo,

Luce serenanti vitai lumina linquit.

Virgilius l. 4. Aen.

Quid magis inceptum peragat, lucemque relinquat.

Novius

ubi bipedes volucres lino linquant lumina.

Hinc Lucilius in quodam Epigrammate, *Τὸς καταλείψοντας γλῶσσοι φάος*. Unde etiam lumine casti, spoliati, & luce carentes,

\* Tarquinii corpus bona femina lavit, & unxit.

Hac noctu filo pendebit Etruria tota.

rentes, mortui appellati sunt. Lucretius lib. 3. integrum penè hunc versum Ennii ita inter suos inferuit,

Hoc etiam tibi tunc interdum dicere possis, Lumina sis oculis etiam bonus Ancii reliquit.

Quod dictum à dignitate personae, quasi proverbii loco, Romanos habuisse, arbitrator. Nam cum omnibus mortem communem esse, & ob id aequo animo ferendam, monere vellet, hunc optimum regem, immortalitate ferè dignum, etiam suum obiisse diem memorabant. Horatius de eodem l. 4. Car. od. 7.

Nos ubi decidimus,

Quò pius Aeneas, quò Tullus dives, & Ancus.

Et l. 1. Epist.

Ite tamen restat, Numa quò devenit, & Ancus.

Sic etiam Homerus de Patroclo Iliad. φ.

Ἄλλὰ φίλος θάναε καὶ σὺ, τῆ ὀλοφύρεαι αὐτῶς

Κάτθανε καὶ Πάτροκλος ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.

BONUS ANCV] Quòd benè imperium administraverit.

TARQUINIUS CORPUS] Donatus in Hecyra legit,

Exiit Tarquinium bona femina lavit, & unxit.

Fuit autem Tarquinius, ut Auctor de Viris Illustribus prodit, ab Ancii liberis, immixtis percussoribus, per dolum regno exutus, & interfectus.

BONA FEMINA LAVIT ET UNXIT] Bonam feminam veteres appellabant, quae officii causa, nuptiis, & funcribus, praefecto erat. Catullus in Nupr. Jul.

Vos, unis senibus, bonae, Cognitae bonè, feminae, Collocata puellam.

Cadavera quoque à feminis ungi consueverunt, declarat Horatius in Epodo ad

Canidiam,

Uxorè matris Iliac addictam foris Alitibus, atque canibus homicidam Hecyram.

Sed Donatus in hoc loco videtur pro bona femina Tarquinii uxorem intelligere, quandoquidem, ut probaret, uxores dici, quòd ipsae lotos maritos ungebant, hunc versum testem adducit, quem Ennius ad verbum ferè ex illo Homero, Iliad. Ω. transtulit,

Τὸν δ' ἐπεὶ οὖν δμοῦαι λούσαν καὶ χεῖσσαν ἐλαίῳ.

Idem Iliad. Σ.

Ἀτὰρ ἐπειδὴ ζῆσον ὕδαρ ἐν ἡγοπὶ χαλκῶ. Καὶ τότε δὴ λούσαν τε καὶ ἡλείψαν λίαν ἐλαίῳ

Et Odyf. Ω.

Κάτθεμεν ἐν λεχεῖσσι, καθήσαντες χροῖα καλὸν

Ἵδασι τε λιπαρῶ καὶ ἀλείφατι

Maro de Mileno l. 6.

Corpusque lavant frigentis, & unguunt.

Ungebantur etiam convivae; unde jocosè Martialis,

Qui non coenat, & ungitur Fabulle, Hic verò mihi mortuus videtur.

HAC NOCTU] A tempore insidiis opportuno, in quo magis pericula impendent. Noctu pro nocte antiquo more. Plautus Curcul.

Hac noctu in somnis visus sum videri --- Claudius Quadrigarius Annal. XXXI. Senatus autem noctu convenire, noctu multa domum dimitti. Admonet autem nos Historiae series ut censeamus, haec Servii Tullii verba esse; cui, extincto Prisco Tarquinio, Patres absque populi consensu regnum detulerunt: sumptoque cum Veientibus bello, aliisque Etruscis, hortatur milites, ut pro imperii propagatione strenuè dimicent: nam illa nocte de totius Etruriae summa decidit. Sed majori quidem venustate Poeta noster suam sententiam explicavit,

Ser. 6. Aen. Donat. in Hecy.

Macrob. l. 1. c. 9.

Tarquinio dedit imperium, simul & sola regni.

Fest. Solum.

plicavit, quàm Homerus qui Iliad. ι. simplici quodam loquendi modo ait, Haec nox aut perdet, aut servabit exercitum,

Νὺξ δ' ἢ ἡδ' ἢ ἐ διαρρῆται στρατὸν, ἢ ἐ σώσει.

FILO PENDEBIT] Proverbiali eloquutione Etruriae discrimen amplificat; quàm utimur, cum rei alicui maximum imminere periculum, demonstrare volumus; ut tam facile ruere possit, quàm grave aliquid tenui suspensum filo. Suidas Graecè expressit adagium ἀπὸ λεπτοῦ μίτου τὸ σὺν ἡγέρθηθαι. Ovidius l. 4. de Ponto.

Omnia sunt hominum tenui pendencia filo, Et subito casu quae valde ruunt.

Ammianus l. 14. A vitae principis salute, velut filo, pendere statum orbis terrarum. Eodem refertur illud Ciceronis pro Flacco; Salus nostra spe exigua, extremâque pendet. Ductum fortasse proverbium à gladio illo, quem tenui filo, seu seta equina, è lacunari pensum Dionysius in Damoclis accumbentis caput dirigi iussit, ut ostenderet eo exemplo, quàm misera & periculosa esset Tyrannorum vita. Horatius l. 3. Car. Od. 1.

Distriictus ensis cui super impia

Cervice pendet, non Siculae dapes

Dulcem elaborarunt saporem,

Non, avium, cytharaeque cantus,

Somnum reducent

Huc pertinet & illud Saturnini Imperatoris dictum, à Flavio Vopisco in ejus vita relatum; Nescitis amici, quid mali sit imperare; gladii seta pendentes cervicibus imminet: hastae undique, undique spicula. Ipsi custodes timentur, ipsi comites formidantur: non cibis pro voluptate, non iter pro auctoritate, non bella pro iudicio, non arma pro studio. Plutarchus in extremo Demosthenis ait, Perdiccam à Demade literis hortatum esse ad Macedoniam tentandam, & ad conservandos Graecos, ut à marciado, & vetere filo, Antipatrum scilicet significante, dependentes. Graeca autem praestantissimi Oratoris haec verba sunt. Γράμματα γὰρ ἔξέπεσεν αὐτοῦ, δι' ἃν πα-

ρενάλει Περδίκκων ἐπιχειρεῖν Μακεδονίᾳ, καὶ σώσει τοὺς Ἕλληνας ὡς ἀπὸ σαμποῦ, καὶ παλαίου σήμονος (λέγων τὸν Αντίπατρον) ἡρτημένους. Major extenuatio est illa Maronis in Ciri,

Quae tenui patriae spes sit suspensa capillo. In quo loco expressit illud Graecorum, ἐκ τριχῶς κρεμάται. Haec ex nostris adagiorum libris; eorum auctorum locis more nostro praetermissis, qui à Transalpino illo Chikladum scriptore afferuntur.

ETRURIA TOTA] Virgilius, lib. 7.

τοῖσιν τε καὶ ἡμῖν ἄρματα

Hesperiam

TARQUINIO DEDIT IMPERIUM] Tarquinii, cui Superbi cognomen fuit, Tulliae uxoris scelestissimae monitis, atque increpationibus, regnum invasit: quae postquam ante omnes in foro Tarquinium Regem salutavit, immensi consilio Tullium patrem interfici iussit, ut, eo sublato, tutius regno potirentur. Quamobrem Poeta inquit, Tarquinio dedit imperium. Tulliam nimirum intelligens.

ET SOLA REGNI] Sola regni pro regno, sicut apud Catullum Sola terrae, & Lucretium l. 1. Terrarumque solum pro terra. Sed non ab re alienum putare, si solum in hoc loco non pro terra intelligeretur, ut exponit Festus, sed pro solio Regio, ut in eo versu Annal. l. 1.

regni stabilita scumina, solumque.

Nam Solla appellantur, ut idem inquit Festus, Sedilia, in quibus non plures singulis possint sedere, ut sint dicta, sola pro solia antiquorum more: qui, ut Isidorus asserit l. 1. c. 26. consonantes geminare non consueverunt. Item Festus, Anus dicta est ab armorum multitudine, quoniam antiqui non geminabant consimantes, & ut testatur Velius, annum pro annum dixerunt. Congruit hujusmodi interpretatio cum solio, quod non a soliditate dictum est, ut quidam arbitrantur, sed, ut Asper tradit, per antistoechen, quòd unum solum capit, quasi sedium à sedendo, & sella quasi sedis dicta est

Inde sibi memorat unum superesse laborem.

Caelum prospexit, stelleis ardentibus aptum.

Prodinunt famulei, tum candida lumina lucent.

Proletariu' poplicitus scuteisque ferroque  
Ornatur ferro; moeros, Urbemque forumque  
Excubiis curat, ---

Circum fos quae sunt magnae genteis opulentae.

Postquam defessi sunt, stant, & spargere sese

est ad Graecorum similitudinem, qui ἔδος dicunt παρά τὸ ἐπ' αὐτῶ ἕζεσθαι. Virgilius apertius l. II.

Et sellam regni, trabemque insignia nostri.

UNUM SUPERESSE] Monet Agellius l. r. c. 22. super esse divisè esse pronuciandum, ut duae, non una, orationis partes videantur.

LABOREM] Lavorem aliquando pronuciante Veteres, auctor est Adamantius in libro de B muta, & V vocali.

PRODINUNT] Prodeunt, ut ait Pompejus.

CANDIDA LUMINA LUCENT] Lucent non ad lumina refertur, sed ad famulos, qui cereos accensos deferentes, lucent, hoc est, ut Varro interpretatur lib. 5. de lin. Lat. adlucent: Plautus Curcul.

Tute tibi puer es lautus; lucas cereum.

Et Casina,  
Primum omnium huic lucebis novae nuptae facem.

PROLETARIU'] Qui sint proletarii ex Agellio, & Nonio cognosci potest.

POPPLICITUS] Pro publicitus, sicut poplicus, pro publicus, ut in aenea tabella legis Agrariae. Caecilius Plotio,

Ibo domum, ad plebem pergitur, poplicitus deferendum est.

Pomponius Campanis,  
Dat ordo senio, & fullonibus poplicitus ci-  
baria.

FEROQUE ORNATUR FERRO] Materia pro III re confecta. In omnibus excusis Agellii

Agel. l. r. c. 22.

Macrob. l. 6. c. 1.

Fest. Prodi-  
nunt.

Agell. l. 16. c. 10.  
Non. Prole-  
tarius.

Fest. Ser.

Macr. l. 6. c. 1.

legitur, reclamante metri ratione,

Ornatur, ferro muros &c.

In Nonio,

Ornatus, scutaque ferri-  
que

Sed absque dubio, quam scripsimus, vera est lectio. Nam Lucretius in hoc, quem admodum in aliis compluribus, Ennium imitatus, ferum ferrum, & fera tela, dixit.

MOEROS, URBEMQUE FORUMQUE EXCUBIIS CURANT] Moeros pro muros antiquè, ut ait Servius in lib. 10. Aen. Unde pomocrium, quasi post moeros, quo etiam modo moenire pro munire, moenera pro munera, & oeti pro uti Veteres dicebant.

Hanc sententiam ita profert Virgilius l. 9.

Omnis per muros legio sortita periculum  
Excubat, exerceatque vices quod cuique tuen-  
dum est.

Quibus verbis consultò Virgilius ad murorum, seu moerorum etymologiam alludit, qui ἀπὸ τῆς μοίρας appellati sunt, quòd quisque pro parte sua eos tueretur. Ita etiam l. 3. Aen. ad Graecae vocis explanationem respiciens, dixit,

σπάρσαςque per aequor  
Cyclades

Σπάρσας enim, hoc est, sparsae eae insulae in mari Aegeo appellantur, quas, ut videtur, Virgilius a Cycladibus non distinxit.

POSTQUAM DEFESSI SUNT] Pugnae labore defatigati.

Ha.

Hasteis ansateis, concurrunt undique teleis.

SPARGERE SESE] Idem alibi,  
Hastati spargunt hastas  
Translatio ab Agricolis ducta.  
HASTEIS ANSATEIS] Ennius rursus in V. Annali,

— ansatas mittunt è turribus hastas.  
CONCURRENT UNDIQUE TELEIS] Surrepuit Maro l. 7. hoc acroteleution,  
— Raptis concurrunt undique telis  
Indomiti agricolae

EX IV. ANNALI.

ROMANI scales summa nituntur opum vei

Macr. l. 6. c. 1.

Ad quartum hunc usque Annalem, cuius praeter hunc versum nullum reliquum est vestigium, Poëta Romanorum Regum historiae scripsit. Quae verò deinceps sequuntur, Reip. temporibus gesta esse, ex ipsis reliquiis perspicuè liquet.

SUMMA NITUNTUR OPUM VEI] Idem XVI. Annali,

Reges per regnum statuasque sepulcraque  
quaerunt,  
Aedificant nomen, summâ nituntur opum  
vei.

Maro XII.

Pro se quisque viri summâ nituntur opum vi.

Ubi observat Servius esse hemistichium Ennianum. Sed quod hoc loco Maro planè transcripsit, ita in IX. modestè est imitatus,

Summaque evertere opum vi  
Certabant

Apud Ciceronem l. 2. de Divin. Oraculum Croeso redditum, quod ex Herodoto interpretatus est, iisdem verbis terminatur,  
Croesus Halym penetrans magnam pervertet  
opum vim.

EX V. ANNALI.

NOMINE Purrrhus, uti memorant, à stirpe supremo.

Non. Stirps.  
Fest. Recto-  
fronte, &  
Stirps.

113 NOMINE PURRHUS] Ex hoc versu, quem ex V. Annali retulit Nonius, opinati sumus, Ennium toto eo libro Pyrrhi Epirotarum Regis res gestas esse profectum: ideoque reliquias omnes, quas ad hanc historiam spectare cognovimus, huc congestimus; & hunc versum, quo & illius nominis meminit, & originis, in principio,

quasi narrationis initium, collocavimus: quamvis alios eum praecessisse, non dubium sit, qui aliquas Pyrrhi attributiones declararent.

NOMINE PURRHUS] Vulgata quaedam Nonii exemplaria habent, Ormes Pyrrhus, alia, Homines Pyrrhus. Sed facillè Librarius litterarum affinitate decipi potuit, dum

H malè

\* --- stolidum genus Aeacidarum Bellipotentis sunt magi' quam sapientipotentis.

\* Ajo, te, Aeacida, Romanos vincere posse.

Cic. l.2. de Divin.

Idem Ibid. Quintil. l. 7. c. 10.

malè Homines pro Nomine transcripsit. Ita enim Festi auctoritate legendum est; apud quem in dictione stirps perspicuè legitur, Nomine Pyrrhus, & mox parvo interjecto spatio, à stirpe supremo; unde clarè liquet, ità ab Ennio scriptum esse; & verba, quae in Festo desunt, esse illa, uti memorant. Scaligero, utranque lectionem respicienti, placet esse legendum, Aemoni Pyrrhus, uti memorant etc. Sed in antiquo quodam exemplari legitur, Hores Pyrrhus, uti memorant. Unde aliqui conjiciunt esse legendum, Hoc rex Pyrrhus, uti memorant. Pyrrhus autem non Pyrrhus scripsimus, Ciceronis auctoritate, qui de hac ipsa re in Oratore agens, ait, Ennium Pyrrhum semper dixisse, nunquam Pyrrhum, sicut aetas posterior aurium causa dixit. Et ita etiam in pervetusto Pandectarum libro Pyrrhum pro Pyrrhum scriptum offendimus. Veteres enim, ut alibi retulimus, frequenter u pro y ponebant, Suram, Suriam, Musiam, & Subariam dicentes, pro Syra, Syria, Myria, & Sybari. Terentius verò Scaurus in libello de Orthographia, ubi loquitur de affinitate B litterae cum P, ait, Graecos dixisse Πύρριον, quem nos Birrham, & quem Pyrrhum, Antiquos Byrrhum. Confirmat hoc vetus Glossarium, in quo Byrrhum exponitur, πυρρίον, ξυρρίον: quà etiam ratione à Graeco πυρρός Veteres buxus dixerunt. Quamobrem Petrus Victorius l. 14. c. 3. Var. lect. apud Ciceronem legendum existimat Burrum pro Pyrrhum, Quintiliani l. 1. ac Festi in Balena auctoritate. Nec ab hac opinione discrepat Servius lib. 2. Aen. qui ait, Pyrrhus à colore dictus, qui Latine Byrrhus dicitur, à colore qui tingebatur. Tradunt enim Grammatici, Pyrrhum Achillis filium à rubentis comae colore hoc nomine primum appellatum esse, cum antea

Neoptolemus vocaretur. A stirpe supremo] A generis dignitate. Virgilius l. 6. Ipsamque Aeacidem genus armipotensis Achillis. Auctor de Viris Illustr. cap. 35. ait, hunc Pyrrhum paterno genere ab Achille, materno ab Hercule fuisse oriundum. Plutarchus in ejus vita longiori serie eam stirpem describit; quam prius lyricocarmine Phyloxeus Cytherus complexus erat. Quod autem Ennius, de stirpe supremo, Virgilius omissa translatione, de gente suprema, dixit; & Cinna in Pollionis Propetico, alia ab origine. Usurpavit itidem Virgilius hanc vocem in utroque genere l. 6. — magna de stirpe nepotam.

Et l. 3. Aen. — imo de stirpe recisum. Vetus Poëta apud Festum in eodem fragmento, cuius supra meminimus, similiter Graeco stirpe masculinè protulit: quod fortasse de eodem Pyrrho dictum est. STOLIDUM GENUS AEACIDARUM] Haec verba licet apud M. Tullium in II. de Divin. solus orationis modo conscripta videantur, metris tamen consistere perspicuum est. BELLIPOTENTIS] Hoc nomine incertus Poëta Martem appellavit, sicut Lucilius Apollinem cortinipotentem, quòd scilicet cortinae praefect.

AJO TE AEACIDA] Ambigua haec Oraculi verba cum Pyrrhus contrario sensu intellexisset, Tarentinis auxilio venit, Romanisque intulit bellum. Auctor de Viris Illustribus ea verba tanquam ab Oraculo prolata refert, nullà factà Ennii mentione. Cicero autem lib. 2. de Divin. loquens de Oraculorum obscuritate ait, Utrum igitur eorum accidisset, verum oraculum fuisset. Cur autem hoc credam unquam editum Croeso? aut Hierodotum cur veracior-

114

\* Quò vobis menteis, rectae quae stare solebant Ante hac, dementi sese flexere ruina?

Cic. de Senect.

rem ducam Ennio? Num minus ille potuit de Croeso, quam de Pyrrho fingere Ennius? Quis enim est, qui credat Apollinis ex oraculo Pyrrho esse responsum, Ajo te Aeacida Romanos vincere posse. Primum Latine Apollo nunquam locutus est. Deinde ista fors inaudita Graecis est. Praeterea Pyrrhoi temporibus jam Apollo versus facere desierat. Et paulò post addit, hanc amphibologiam versus intelligere potuisset, vincere te Romanos, nihilo magis in se, quam in Romanos valere. Hoc ipsum commentitium fuisse, testatur etiam Minutius Felix, qui ait, De Pyrrho Ennius Apollinis Pyrrhoi responsa consinxit, cum Apollo versus facere desisset. Cujus tamen cautum illud, & ambiguum desecit Oraculum, cum ex politiores homines, & minus creduli esse coeperunt.

115

qui propter invaletudinem oculorum jam diu consiliis publicis se abstinerat, venit in Curiam, & sententiam suam tenuit, ut id Pyrrho negaretur: quam postea Ulpianus in libro VI. ad Edictum severissimam appellavit.

Vobis] Emphasis non sine stomacho, quasi dicat, vobis, qui tantà praediti estis sapientià, ac in rebus gerendis sollertia.

MENTEIS] Eadem paenè insimulatione Catullus in Ravidum,

Quae nam te mala mens. Hecuba apud Virgilium l. 2. Aen.

— Quae mens tam dira, miserrime conjunx, Impulit —

Idem in IV. & XII. — quae mentem insania mutat?

Archilochus, Πάτερ λυαίμεθα, ποίον ἐβρόσω τόδε; Τίς σὺς παρέριπε φρένας;

RECTAE QUAE STARE SOLEBANT] Præclarè stare mentes dictum est: nam rectum ad actiones translatum, ut in III. ad Herennium definit Cornificius, est id, quod cum virtute, & officio fit. Vel ut in IV. de finibus ait Cicero, Illud rectum est, quod κατόρθωμα dicitur, quod soli sapienti contingit. Rectas igitur mentes stare dixit, sumptà ab arboribus, seu columnis translatione, quae cum rectae sunt, nullaque ex parte nutant pondere, non facile procumbunt. Ità Cicero l. 5. ad At. stare animis dixit, & Horatius l. 2. Sary. stans animo. Theocritus verò contrario sensu,

Ὡ κλέων κύνων πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπότεται;

ANTEHAC] Ratio à praeterito. DEMENTEI SESE FLEXERE RUINA] Hunc locum legit Scaliger versu choerilo, seu diphilo,

Antè hac dementi sese flexere viâ. Videturque Theodori Gazae versionem sequutus, qui hos Ennii versus ità Graecè interpretatur in Catone majore,

\* Orator sine pace redit, regique refert rem. Var. l. 6. de lin. Lat.

\* --- decretum est fossare corpora teleis, Idem Ibid.

\* Dum quidem unus homo a Romae toga superescit. Fest. Superescit.

a Romanus toga

Ποῦ φέρεις ἑμῶν, αἷς ἦν ἀσεμῶς πάρος ἴσχειν, Αἰψάγε δὴ ταύτην ἄφρονι τρέφθην μάλ' ἀταρπῶν.

Postrema nanque dictio illa ἀταρπῶς Latinae callis, femita, via recta dicitur. Eamque sic appellatam, tradunt Grammatici, quod ἐξ αὐτῆς οὐκ ἔστι τραπήναι. Verum si Theodori auctoritate nitamur, probabilior videtur lectio Dionysii Lambini, apud quem habetur,

Ante hac dementeis sese flexere viam.

Ut sit sensus, quò viai mentes dementes sese flexere? Sed tamen antiqua Ciceronis lectio tot saeculis recepta non omnino respuenda est.

ORATOR SINE PACE REDIT] Nullum magis idoneum nactus sum locum, in quo hic versus collocari possit. Nam Orator, de quo hic Poeta loquitur, Cynceas, ut opinor, fuit è Thessalia, Demosthenis auditor, vir usque adeò faciundia praeditus, ut meritò de eo Pyrrhus praedicare solitus sit, plures à Cynceas eloquentia, quàm à se armis victorias esse reportatas. Hunc igitur Pyrrhus ad Romanos Oratorem misit, ut eos muneribus, blanditiis, pollicitationibusque ad pacis conditionem adduceret, ad quam cum jam Romanorum animos vertisset, illi demum Appii caeci dissuasionibus abnuerunt, Legato re infecta dimisso. Ad hoc videtur allusisse Virgilius lib. II.

Legati responsa ferunt, nihil omnibus actum Tantorum impensis operum, nil dona, nec aurum,

Nec magnas valuisse preces

REDIT, REGIQUE REFERT REM] Re syllaba multum Antiquis idonea visa est ad exprimendum redeundi actum. Quare verba id significantia apud Latinos ab eadem syllaba incipiunt, ut redeo, rever-

tor, regredior, remeo, remigro. Unde Poeta noster, ut Oratoris reditum congruentibus litteris explicaret, quatuor conjunctim dictiones posuit, quarum singulae à re syllaba initium habent.

DECRETUM EST FOSSARE CORPORA TELEIS] Cynceas Pyrrho renunciens, quae in legatione ab ipso gesta fuerant, inter caetera retulit, Romanos corpora periculis omnibus, telisque objicere, decrevisse, potius, quàm pacem conciliare. Quibus verbis videtur respexisse ad proverbium, Aut manenti vincendum, aut moriendum; quod usurpari solet, ubi firma, stabilisque stat sententia, aut aliquid perficiendi, aut moriendi. Ferturque translatum à Spartanorum disciplina, qui eà animi obstinatione ad praecidium proficiebantur, ut, aut subactis bello hostibus domum reverterentur, aut dimicando occumberent. De verbo fossare ait Varro l. 6. de Lin. Lat. Hoc verbum Ennii dictum à fodiendo, à quo fossa. Hinc apud Poetas frequentes illae translationes, latus calvo, & ense jugulum fodere. Ennius rursus,

Illurici restant scecis, sibineisque fodientes. Lucanus,

Ne nos cum calido fodiemus viscera ferro. Quod verbum videtur quasi hiatus quendam vulnere, ac profunditatem significare. Sed ego fossari potius quàm fossare legerem, cum metri, tum etiam sensus concinnioris gratiâ. Silius libro VI. huc fortasse respiciens,

Quin & magnanimum perfosso corpore telis. Sunt qui legant pro fossare, stare, vel dare corpora telis; nimium Varonis scripturâ refragante.

DUM QUIDEM UNUS HOMO ROMAE TOGA SUPERESCIT] Quousque unus tandem Romae erit superstes, vel supervixerit. Escit Veteres pro erit posuisse, ex Festo

(in Escit) liquet; unde in legibus XII. Tabularum, Ast ei custos nec escit. Et ita quoque legenda sunt apud Ciceronem II. de legibus verba illa earundem Tabularum, Quoi auro denteis vinciti escunt. Lucretius l. r. Ergo rerum inter summam minimamque quid escit?

Hujus verò carminis scripturam vitiosam esse apud Festum, ex pedum claudicatione manifestum est, ubi fortasse pro, Romae toga superescit, reponendum est, Romae toti superescit, ut ad verba illa, unus homo, haec, Romae toti, tanquam antitheta referantur.

NEC MI AURUM POSCO] Cùm Romani C. Fabricium virum bellicâ virtute insignem cum magno auri pondere ad Pyrrhum pro redimendis captivis mississent, fertur Pyrrhus in ejus aliorumque conspectu apertè dixisse, se non mangonum more cum Romanis negotiari, sed de gloria, atque imperio dimicare, quam vocem Cicero ex Ennio referens, ut Aecidarum genere dignam commendavit. Cumque Pyrrhus unius Fabricii fidei captivos quadam lege credidisset, Fabricius, qui tum Consul erat, ne animi magnitudine superaretur, neve Pyrrhus in aliquam caderet suspicionem, Romanos dolis, aut pretio velle victoriam obtinere; sumptâ occasione ex Nicia Pyrrhi familiari, qui ei, & Quinto Aemilio ejus collegae pollicitus fuerat, clam pactâ mercede de medio Regem sublaturum, haec inter alia Pyrrho scripsit, ut in III. Annali à Quadrigario proditum est, Ad nos venit Nicias familiaris tuus, qui sibi pretium à nobis peteret, si te clam intercessisset. id nos negavimus velle, neve ob eam rem quicquam commodi expectaret: & simul visum est, ut te certiores faceremus, ne quid ejusmodi si accidisset, nostro consilio Civitates putarent factum, & quod nobis non

placet, pretio, aut praemio, aut dolis pugnare. Tu, nisi cavens, jacebis. Hujus verò epistolae exemplar diversum sanè à Plutarcho refertur, apud quem nulla Niciae est mentio, sed Pyrrhi medici, qui se spontè Fabricio obtulit, Regem, mercede propositâ, veneno necaturum: cui ad stipulatur Eutropius lib. 2. Sed Valerius Antias neutri consentit. Scribit enim Timocratem: quemdam Ambracensem Pyrrhi amicum hujusmodi scelus attentasse. At quisquis is fuerit, illum Fabricius, ut Suidas tradit ex auctore nescio quo, Pyrrho vinctum remisit, quod factum is admirans, fertur exclamasse, οὗτος ἐστὶ καὶ οὐκ ἄλλος Φαυρίκιος, ὃν δυσχερέστερον ἂν τις παρὰ τρέφοι τῆς οἰκείας ἀρετῆς, ἢ τῆς συνήθους πορείας τὸν ἕλιον; quae verba ita Latine ab Eutropio l. r. referuntur. Ille est Fabricius, qui difficilior ab honestate, quàm Sol à cursu suo averti potest.

NON CAUPONANTES BELLUM] Non ob quaestum, sed ob belli gloriam pugnamus: quapropter armis, non dolis, certandum est. Hinc praeclara illa Alexandri vox ad Parmenionem, ei persuadentem, ut noctu inopinantes hostes adoriretur, Victoriam furari, inquit, turpe est: manifestè, ac sine dolo Alexandrum vincere oportet. Sic verò Arrianus, αὐτοκρόν ἐστὶ κλέψαι τὴν νίκην, ἀλλὰ Φανερώς καὶ δίχως σοφίσματος χρὴ νικῆσαι Ἀλέξανδρον. Cauponatur igitur bellum, cum lucri tantum causa sit. Hujusmodi autem elocutionem Ennio, ut videtur, suggestit Aeschylus, qui in fabula Septem ad Thebas, ait, καπηλεύειν μάχην: & quod Aeschylus de bello, Herodianus l. 6. de pace dixit, καπηλεύειν εἰρήνην χρυσίω. Quod rectè transtulit Politianus, Auro pacem cauponari. Budaeus autem pacem vendere interpretatur.

FERRO, NON AURO] His verbis Pyrrhus non solum animi sui magnitudinem ostendit,

H 3

\* Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis: Cic. l. r. Off. Nec cauponanteis bellum, sed belligerantes; Ferro, non auro, vitam cernamus a utriusque a Uterque

(in Escit) liquet; unde in legibus XII. Tabularum, Ast ei custos nec escit. Et ita quoque legenda sunt apud Ciceronem II. de legibus verba illa earundem Tabularum, Quoi auro denteis vinciti escunt. Lucretius l. r. Ergo rerum inter summam minimamque quid escit?

Hujus verò carminis scripturam vitiosam esse apud Festum, ex pedum claudicatione manifestum est, ubi fortasse pro, Romae toga superescit, reponendum est, Romae toti superescit, ut ad verba illa, unus homo, haec, Romae toti, tanquam antitheta referantur.

NEC MI AURUM POSCO] Cùm Romani C. Fabricium virum bellicâ virtute insignem cum magno auri pondere ad Pyrrhum pro redimendis captivis mississent, fertur Pyrrhus in ejus aliorumque conspectu apertè dixisse, se non mangonum more cum Romanis negotiari, sed de gloria, atque imperio dimicare, quam vocem Cicero ex Ennio referens, ut Aecidarum genere dignam commendavit. Cumque Pyrrhus unius Fabricii fidei captivos quadam lege credidisset, Fabricius, qui tum Consul erat, ne animi magnitudine superaretur, neve Pyrrhus in aliquam caderet suspicionem, Romanos dolis, aut pretio velle victoriam obtinere; sumptâ occasione ex Nicia Pyrrhi familiari, qui ei, & Quinto Aemilio ejus collegae pollicitus fuerat, clam pactâ mercede de medio Regem sublaturum, haec inter alia Pyrrho scripsit, ut in III. Annali à Quadrigario proditum est, Ad nos venit Nicias familiaris tuus, qui sibi pretium à nobis peteret, si te clam intercessisset. id nos negavimus velle, neve ob eam rem quicquam commodi expectaret: & simul visum est, ut te certiores faceremus, ne quid ejusmodi si accidisset, nostro consilio Civitates putarent factum, & quod nobis non

placet, pretio, aut praemio, aut dolis pugnare. Tu, nisi cavens, jacebis. Hujus verò epistolae exemplar diversum sanè à Plutarcho refertur, apud quem nulla Niciae est mentio, sed Pyrrhi medici, qui se spontè Fabricio obtulit, Regem, mercede propositâ, veneno necaturum: cui ad stipulatur Eutropius lib. 2. Sed Valerius Antias neutri consentit. Scribit enim Timocratem: quemdam Ambracensem Pyrrhi amicum hujusmodi scelus attentasse. At quisquis is fuerit, illum Fabricius, ut Suidas tradit ex auctore nescio quo, Pyrrho vinctum remisit, quod factum is admirans, fertur exclamasse, οὗτος ἐστὶ καὶ οὐκ ἄλλος Φαυρίκιος, ὃν δυσχερέστερον ἂν τις παρὰ τρέφοι τῆς οἰκείας ἀρετῆς, ἢ τῆς συνήθους πορείας τὸν ἕλιον; quae verba ita Latine ab Eutropio l. r. referuntur. Ille est Fabricius, qui difficilior ab honestate, quàm Sol à cursu suo averti potest.

NON CAUPONANTES BELLUM] Non ob quaestum, sed ob belli gloriam pugnamus: quapropter armis, non dolis, certandum est. Hinc praeclara illa Alexandri vox ad Parmenionem, ei persuadentem, ut noctu inopinantes hostes adoriretur, Victoriam furari, inquit, turpe est: manifestè, ac sine dolo Alexandrum vincere oportet. Sic verò Arrianus, αὐτοκρόν ἐστὶ κλέψαι τὴν νίκην, ἀλλὰ Φανερώς καὶ δίχως σοφίσματος χρὴ νικῆσαι Ἀλέξανδρον. Cauponatur igitur bellum, cum lucri tantum causa sit. Hujusmodi autem elocutionem Ennio, ut videtur, suggestit Aeschylus, qui in fabula Septem ad Thebas, ait, καπηλεύειν μάχην: & quod Aeschylus de bello, Herodianus l. 6. de pace dixit, καπηλεύειν εἰρήνην χρυσίω. Quod rectè transtulit Politianus, Auro pacem cauponari. Budaeus autem pacem vendere interpretatur.

FERRO, NON AURO] His verbis Pyrrhus non solum animi sui magnitudinem ostendit,

H 3



Vos ne velit, an me regnare Héra; quidve ferat fors  
 Virtute experiamur; & hoc simul accipe dictum:  
 Quoiū virtutei belli fortuna pepercit,  
 a Horundem me libertati parcere certum est:  
 Dono ducite, doque volentibu' com magneis Diis.

a Horundem

dit, sed etiam ab hostibus benevolentiam captat: quandoquidem non spe quæstus, sed solâ virtute, gloriaeque stimulo impulsus, ad conferendas manus venerit. Huic non absimile est Camilli dictum, qui cum eo tempore ad Urbis portas cum exercitu accessisset, quo Romani Brenno Gallorum duci, mille auri pondo pacis conventionem numerabant, aurum statim de lancibus auferri iussit, & vacuos inde Gallos discedere, dicens, Romani moris esse, ferro, non auro patriam tueri. Straphanes miles apud Plautum in Truculento,

*Auro, haud ferro, deterere potes me.*

Inde veteri proverbio dicitur, Hastis argenteis pugnare; cum victoria potius argento, quam virtute paratur.

VITAM CERNAMUS] Idem in Medea,

119 *Nam ter sub armis malim vitam cernere.*

VOS NE VELIT, AN ME REGNARE HÉRA] Junonem Graeci Ἥραν dicunt. Unde in Antiquis Etruscorum libris Hera appellabatur, quam etiam sortem, vel fortunam intelligebant. Est enim fortuna belli domina, de qua ait Caesar l. 3. de Bel. Civ. *Sed fortuna, quae plurimum potest, cum in reliquis rebus, tum praecipuam bello, parvis momentis magnas rerum commutationes efficit.* Hirtius de bello Alexandrino, *Fortuna, quae plurimum in bellis potest.* Cicero pro M. Marcello; *In armis, inquit, maximam partem quasi suo jure fortuna sibi vendicat, & quicquid prospere gestum est, id pendit omne ducit suum.* Et paullo infra, *Illam ipsam rerum humanarum dominam fortunam dixit.* Et ad Atticum l. 14. *fors in armis plus, quam ratio potest.* Archilochus autem in Deorum arbitrio victoriam ponit,

*Νίκη ἀνεξέσποισι θεῶν ἐν χειρὶ κείται.*

Hæc, & alia pleraque in explicatione proverbii *Fors domina campi* reulimus. De eâ Plautus Mercatore,

*Divum atque hominum quæ spectatrix, atque hera eadem es hominibus.*

Hanc, quam & θεοποιον Graeci vocant, tradit Pausanias in Arcadicis, apud eas gentes maximo honori fuisse habitam. Ptolemaeus autem fortunæ partem Heram appellavit, Catullus Deos omnes heros, *Hostia caelestes pacificasset heros.*

Et paullo post,

*Quod temperè invidis suscipiatur heris.*

QUORUM VIRTUTEI] Captivos intelligit.

BELLI FORTUNA] Cicero Bruto.

DONO DUCITE] Plutarchus, Auctor de Vir. Ill. cap. 31. & alii restantur, Fabricio gratis captivos à Pyrrho redditos fuisse: de quorum quidem numero ambigitur, nam Justinus l. 18. tradit CC. fuisse; Eutropius l. 2. octingentos supra mille, Orosius l. 4. M. CCCX.

DOQ. VOLENTIB. CUM MAGNIS DIIS] Plautus Persa Act. 3. Sc. 1.

*Sequere hæc mea gratia, cum Diis volentibus.*

Item Milite glorioso Att. 4. Sc. 7.

*Agite, ite cum diis bene volentibus.*

Cato de Re rustica cap. 141. *Cum Diis volentibus, quodque bene eveniat mando tibi.* Virgilius lib. 1. Aen.

— pomitque ferocia Poeni

*Corâ volente Deo*

Quod Graeci σὺν θεοῖς, & οὐκ ἀνευ θεῶν dixerunt. Unde Sallustius in historia, *Ut tanta repente mutatio non sine Deo videretur.* Cassius Hemina quaerens, qui sint magni Dii, ait Samothracas Deos, eosdemque Romanorum Penates, propriè dici θεοὺς μεγάλους, θεοὺς κρηταίους, θεοὺς δυναταίους.

Tri-

Cogebant hosteis lacrumanteis, ut misererent.

Prisc. l. 8.

Injicit irritatu', tenent, occasu' juvat res.

Fest. Occasus.

Trinis autem iis Diis, magnis, potentibus, valentibus, ut Tertullianus inquit in libro de spectaculis, tres arae in Circo parent. Sed, ut ex Virgilio liquet, uni Junoni omnes hi tribuebantur tituli. Ubi enim ille Junonem magnam dixit, τὴν μεγάλην intellexit; ubi bonam, τὴν χρηστὴν; ubi dominam potentem, τὴν δυνατὴν. Varro l. 4. de lin. Lat. ait, terram, & Caelum, ut Samothracum docent initia, esse magnos Deos. Plato in libro VII. de legib. Solem, & Lunam magnos Deos appellat.

COGEBANT HOSTEIS LACRUMANTEIS, UT MISERERENT] Ingens hic per locum communem excitatur miseratio. Possunt enim infortunia, & lacrimae vel hostem ad miserationem commovere, ut de Trojanis inquit Maro lib. 2. Aen. Sinonem in amicitiam recipientibus,

*His lacrimis vitam damus, & miserissimus ultro.*

Magnam autem personam miseriam ostendimus, cum ὑπερθολικῶς dicimus, ejus conspectum vel hosti lacrimas ciere posse. Sophocles, quem aemulatus videtur nofter Poeta, in Ajace Lorario ait,

*Ὡς καὶ πᾶσι ἐχθροῖς θένων τυχόν.*

Quem versum ita Latinum fecit Scaliger, *Miserandum & ipsis hostibus spectaculum.*

Apud eundem Poetam Ulysses Ajacis inimici insaniam deplorans inquit,

*Εὐὰ μὲν οὐδὲν οἶδ' ἐποιεῖται δένυ,*

*Δύστρον ἔμπης καὶ περ ὄντα δυσμενῆ*

*Ὅθ' οὐδὲν ἄτη συγκρατίζεσθαι κακῆ.*

Quae carmina quemadmodum idem Scaliger converterit, subscribam, ut ex pluribus versibus cognosci possit, quomodo nostri saeculi auctores antiquorum imitatione Graeca verterunt,

*Nullus quidem ante hac: mihique miseritudine*

*Commovet animum, quamquam iniquior mibi est,*

*Quod tali inhaerens ipse conflictet malo.*

Eodem referri potest illud Pacuvii ex Duloeste, ut opinor,

*Si Priamus adestet, & ipse ejus commiseresceret.*

Quod ita in suam Hecyram transduxit Terentius,

*Ibi demum ita aegre tulit, ut ipsam Bacchidem,*

*Si adestet, credo ibi ejus commiseresceret?*

Quò respiciens Virgilius l. 12.

*Ipse manus mortem inveniam, miserabitur hostis,*

*Exuviasque petet* —

Ovidius de Niobe l. 6. Met.

— *at nunc miseranda vel hosti*

*Corporibus gelidis incumbit* —

Idem l. 1. Trist.

*Est etiam in miseris pietas, & in hoste probatur,*

Rurfus majori hyperbole l. 5.

— *quibus possent illacrimare ferae.*

Hic etiam pertinent verba illa Loerensium Legatorum apud Livium lib. 29. qui cum Coel. conquesti sunt, ea passos à Q. Plemminio legato Romanisque militibus, quae pari ne Carthaginenses quidem velit populus Romanus. Cic. pro Sextio: *Quanto cum fletu de illis nostris incendiis ac ruinis? cum patrem pulsum, patriam afflictam deploraret, domum incensam eversumque, sic egit, ut, demonstratâ pristina fortuna, cum se converterisset, Haec omnia vidi inflammari, fletum etiam inimicis atque invidis excitaret.* Idem lib. 3. de Orat. *Quid fuit in Graccho quod me puero tantopere ferretur? quo me miser deseram? in Capitolium ne? at patris sanguine redandat. an domum? matrem ne ut miseram lamentantemque videam & abjectam? quae sic ab illo acta esse constabat, oculis, voce, gestu, inimici ut lacrymas tenere non possint.* Haec majori ex parte transcripsimus ex nostra explicatione proverbii *Vel hosti miserandus.*

OCCASU' JUVAT RES] Occasum pro occasione aliâ diximus Veteres usurpasse.

Hanc

--- anfas mittunt è turribus hastas.

Non. Ansa-  
tas.

Quod per amoenam urbem leni fluit agmine flumen.

Macrob. l.  
6. c. 4.

Hanc Ion Chius *καίριον* appellavit, & novissimum Jovis filium fuisse tradit. Menander verò occasione multarum rerum causam esse dixit eo senario,

Πολλῶν ὁ καιρὸς γίγνεται παρσίτιος.

Ad Ennianam sententiam pertinet illud Maronis lib. 5.

— nunc tempus agit res:

A quo Stadius mutuatus est,

— tempus agit rem.

Et Claudianus,

Rem peragit tempus —

ANSATAS MITTUNT E TURRIBUS] Haec tantum verba adducit Nonius, cum interpretatur anfas, jaculamenta cum ansis. Nos in fine *hastas* ex conjectura addidimus.

LENI FLUIT AGMINE FLUMEN] Paronomasia. Virgilius pleniori sono l. 2. Aen.

— leni fluit agmine Tivris.

Macrobii observat l. 6. c. 4. hic agmen pro actu & ductu quodam intelligi. In qua significatione est illud Lucretianum l. 5.

— inde super terras fluit agmine dulci.

## EX VI. ANNALI.

Quis potis ingentis oras evolvere belli?

Macr. l. 6.  
c. 2.

Vertitur interea caelum cum ingentibus signis.

Idem ibid.

122 **QUIS POTIS]** Hunc versum in sexto Annali principem locum obtinuisse, non temerè suspicari sumus. Nam cum Ciceroni Accusator instaret, num aliquid dicere posset de teste, qui Sextus Annalis vocabatur, is oratoriè jocis eludens, quasi de Annali Ennii interrogatus esset, respondit,

*Quis potis ingentis oras evolvere belli?*

Veri autem simile est, Ciceronem non è medio libro, sed ex principio eum versum excepisse, cujus facillè omnes meminisse possunt. Exaggerat hoc loco Poëta orationem à rei difficultate, quemadmodum etiam Lucretius in libri V. initio,

123 *Quis potis est dignum pollenti pectore carmen  
Condere pro rerum maiestate, hisque repertis?  
Quisve valet verbis tantum quis pingere  
laudes?*

**INGENTIS ORAS EVOLVERE BELLII]** Metaphora à vestium explicatione sumpta, quarum extremae partes orae appellantur. Turnebus verò lib. 16. Adver. c. ult. asserit, hanc voce Ennium intellexisse totum campum, regionem, & spatium. Itemque lib. 18. Adver. c. 3. eadem verba explicans ingentia belli spatia interpretatur. Quintilianus lib. 6. c. 4. legit *Qui potis* pro *Quis potis*, & pro *Oras*, *causas*. Itaque quoque scripsit Diomedes lib. 1. apud quem pro *ingentis ingentis* habetur. Virgilius lib. 9. hunc locum paenè retulit,

*Et mecum ingentes oras evoluite belli.*

Ubi Servius oras extrema bellorum interpretatur.

**VERTITUR INTEREA CAELUM]** Virgilius l. 2. Aen. Ennianum hoc hemistichium ita proprio acroteleutio explevit,

Ut

Ut primum tenebris abjecteis inalbabat

a Dies ---

\* Confidunt tecteis bipatentibus ---

Serv. l. 10.

Tum cum corde suo divum pater, atque hominum Rex

Effatur ---

Macr. l. 6.  
c. 1.

\* Respondit Juno Saturnia sancta Dearum.

Donat. de  
Solacismo.

Ser. 4. Aen.  
Donat. in  
Phor.

Sed quid ego haec animo lamentor?

a Versus acephalus.

*Vertitur interea caelum, & ruit Oceano nox.*

**UT PRIMUM TENEBRIS ABJECTIS INALBABAT DIES]** Achilles Stadius in Catullianis commentariis hunc versum adducit ex Ennii VI. Annali; sed ex quo auctore eum deprompserit, ipse non meminit, nec nobis haec hactenus succurrit: tantum eum offendimus in principio lib. VII. Appuleji absque auctoris nomine, & solutae orationis modo.

**INALBABAT]** Fortasse meliùs metri causâ *albescebat*. Virgilius l. 4. Aen.

*Regina è speculis ut primum albescere lucem  
Vidit* —

Albescit autem manè dies, quia Sol, ut alibi diximus, suapte naturâ albus, tenebras discutens, albam lucem affert mortalibus. Sic utique Matthius in Mimiambris,

*Jam jam albescit Phoebus, & recentatur,  
Commune lumen omnibus, & voluptas.*

Euripides in Iphig.

--- *λευκαίνει τὸδε φῶς ἡδὴ λάμπουσι ἡῶς.*

Quâ etiam ratione Aeschylus in Persis dixit, *λευκόπωλον ἡμέραν, & λευκὸν ἡμῶρ, & Caesar l. 1. de bel. civil. albente caelo.*

**CONFIDUNT TECTEIS BIPATENTIBUS]** Totum hunc de Deorum concione locum ex Ennio Virgilium mutuatum, credimus: praesertim cum Servius id ipsum innuat, qui haec eadem verba explicans in X. Aen. inquit; *Physicè dixit bipatentibus, nam caelum pater ab ortu, & occasu. Est autem sermo Ennianus tractus ab ostiis, quae ab*

*utraque parte aperiuntur. Unde è modo bipatentibus, aperiis intelligimus.* Fingebant enim Poëtae caelum die aperiiri, ut eo carmine indicavit Maro l. 10.

*Panditur interea domus omnipotentis Olympi,*

noctu verò claudi, ut illo l. 1. Aen.

*Ante diem clauso componet vesper Olympo.*

Facit etiam Isidorus l. 13. Etym. caeli portas Orientem, & Occasum, quòd unâ parte Sol procedat, altera se recipiat. Nos de caeli porta quaedam in his nostris commentationibus aliàs explicavimus.

**DIVUM PATER ATQUE HOMINUM REX]** Virgilius l. 10.

*Conciliumque vocat divum pater, atque hominum Rex.*

Uterque ab Homero eandem sumpsit Jovis periphrasim,

— *πατήρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.*

**EFFATUR]** Virgilius l. 10.

— *incipit ipse.*

Homerus Iliad. 9.

*Αὐτὸς δὲ σφ' ἀγόρευε, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἀνέσαν.*

**JUNO SATURNIA]** Saturni filia ἐπιθετικῶς, ut frequenter apud Virgilium.

**SANCTA DEARUM]** Pro sanctissima, ut observat Aelius. Est enim Enallage speciei positivi gradus pro superlativo. Hinc sumptum videtur illud Virgili l. 4. Aen.

— *sequimur te Sancte Dearum.*

**SED QUID EGO HAEC ANIMO LAMENTOR?]**

Balatum pecudes quatit, omneis arma requirunt.

Macr. l. 6.  
c. 1.

Effudit voces proprio cum pectore sancto.

Servius.

--- a Dii hoc audite parumper

Ut pro Romano populo prognariter armis

Non. Pro-  
gnariter.

Certando, prudens animam de corpore mitto.

Explorant Numidae, totam quatit ungula terram.

Macr. l. 6.  
c. 1.

a Divei

TOR?] Adducit hanc locum Donatus exponens illud Terentii in Phor.

Quam scitum est, ejusmodi parare animo cupiditates.

Ubi observat, venustè animo additum esse. Verba autem haec existimo à Junone in Deorum concilio prolata esse; quibus antiquum odium in Romanos, utpote à Trojanis oriundos excitare videtur. Catullus quidpiam simile in Argonautica,

Sed quid ego haec vanis nequicquam conque-  
ror auris?

BALATUM PECUDES] Melius Balantum pecudes. Lucretius l. 2.

--- agnique pelucii

Balantum pecudes

Unde Virgilius l. 1. Geor. & l. 7. balantum greges. Sunt qui existiment legendum esse, Balatus pecudum: quibus verbis tale quid fortasse praecesserat,

Fronduferaeque boant silvae fremitu, & ne-  
mus omne

Balatus pecudum quatit; omneis arma re-  
quirunt.

Quo sensu Maro l. 3. Geor.

Balatu pecudum, & crebris mugitibus a-  
mnes,

Horrentesque sonant ripae, collesque supini.

OMNEIS ARMA REQUIRUNT] Purum putum hoc acroteleution sibi Maro l. 7. usurpavit,

Pulverulentus eques furit, omnes arma re-  
quirunt.

EFFUDIT VOCES PROPRIO CUM PECTORE SANCTO] Vel de Tito Caecilio Teucro est

sermo, cujus, ac fratris fortitudinem praecipuè admirans Poëta, ut refert Plinius l. 7. c. 28. propter eos sextum adjecit Analem, vel potius de Decio patre, vel filio, 125 qui, ut Aristides Mileseus testatur, aliquè quamplurimi sese pro Repub. devoverunt. Eadem elocutione Peto Albinovanus in Navigatione Germanici,

--- obstruckto tales effudit pectore voces.

Virg. lib. V.

--- tales effudit pectore questus.

Catullus in Argonautica,

Clarificas imo sudasse è pectore voces.

PECTORE SANCTO] Sanctum pectus dixit, quod scilicet se devovisset. Virgilius de Turno l. 12.

Sancta ad vos anima, atque istius inscia cul-  
pas

Descendam, magnorum haud unquam inli-  
gnus avorum.

DII HOC AUDITE] Cum Deum rogamus, illud imprimis exoptamus, ut scilicet nos audiat. Horat. Carm. Saccul.

Supplices audi pueros Apollo,

Siderum regina bicornis audi

Luna puellas.

PARUMPER] Ex hac dictione conjicere licet, brevem hanc orationem fuisse, temporisque angustiae accommodatam.

PROGNARITER] Strenuè, fortiter.

PRUDENS ANIMAM DE CORPORE MITTO]

Terentius Eunuchò,

--- prudens, sciens, vivus, vidensque pereò.

EXPLORANT NUMIDAE] Numidae non modo ii populi dicuntur, qui cum Africae partem,

Incedunt: arbusa peralta securibu' caedunt,

Idem l. 6.  
c. 2.

partem, quae Numidia appellatur, incolunt; verum etiam alii rei pecuariae incumbentes ἀπὸ τῶν νομάων, ut Scythae Nomades apud Herodotum libro I. & libro VII. Sagartii Nomades. Latini o in u verentes Numidas dicunt. Plinius l. 5. c. 3. de Afris Nomadibus, de quibus nunc Poëta loquitur, ait; Numidae verò Nomades à permixtandis pabulis: mαpαλiα sua, hoc est domus, plausfris circumferentes. Videtur autem ex his verbis bellum Punicum hoc libro Poëta scripsisse, & hic versus referendus ad illud, quod de Hannone Carthaginense memorat Polybius lib. 1. qui cum videret in Romanorum copiis vehementer mortiferum morbum ingravescere, cosque summè rerum necessarias inopià laborare; contra verò suos ad conferendas manus promptos, paratosque cognosceret, coactis ultra quinquaginta elephantis, exercitum omnem ex Heraclea eduxit: juberque Numidis equitibus, ut praecedant, & cum hostibus congregientes, quo ad fieri posset, eorum equites ad pugnam lacestant: deinde simulatè fugà, terga vertant, nec prius fugam reprimant, quam sese ad ipsum recipiant. Meminit etiam Pindarus Ode IX. Pyth. νομάδων ἰπ-  
πευτῶν.

TOTAM QUATIT UNGULA TERRAM] Elocutio Ennio familiaris. Idem Annal. 8. 126 Consequitur, summo sonitu quatit ungula terram.

Et Ann. 17.

It equus, & plausu cava concutit ungula terram.

Virgilius paucis immutatis l. 8.

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.

Et lib. 10.

Quadrupedumque putrem cursu quatit ungula campum.

Statius lib. 6. Theb.

--- serit gravis ungula campum.

INCEDUNT: ARBUSTA PERALTA] Romani postquam Numidas equites temerè

insequuti, eò pervenerunt, ubi Hanno cum copiis latebat, cognitis infidiis, magnà acceptà clade, se in fugam converterunt. Carthaginenses autem Torum montem occuparunt, qui decem ferè stadiis ab hostium castris aberat, ibique cum duobus mensibus commorati essent, memorià nihil dignum gestum est. Tandem collatis signis, Hanno, & Coss. in planciam educunt copias, & cum acriter diu utrinque pugnatum esset, victorià Romani potiti sunt; qui postridiè Agrigentum urbem locupletissimam ab Annibale, desperatis jam rebus relictam, in populi Romani ditionem redegerunt. His rebus secundis, prosperisque elati Romanorum animi, omninò è Sicilia Carthaginenses expellere decreverunt; creatisque Romae novis Consulibus L. Valerio Flacco, & T. Octavio Crasso, cum magno militum delectu in Siciliam proficiscuntur. Cumque cognovissent Poenis multas maritimas civitates classe perterritas adhaesisse, statuerunt ad Italiae oram tuendam, & Africam vexandam, classem construere; quod Romanis hactenus inusitatum fuerat: ac eo primum tempore triremes, & quinqueremes exaedificare coeperunt. Qua de re plura Polybius l. 1. Unde non temerè conjicimus, hinc lignorum apparatus ad construendam classem fuisse descriptum. Ennii autem verba videntur ex Homero sumpta, qui de arborum incisione loquens ad faciendum rogam in funere Patrocli ait Iliad. 4.

Ἄλλ' ὅτε δὴ κνημῶς προσέβαν πολυπίδα-  
κος ἴδης,

Ἄτιν' ἀρα δρῦς ὀψικόμοις τανακείῳ χαλκῷ  
Τάμνον ἐπειρόμενοι, ταί δὲ μεγάλα κτυ-  
πέουσιν,

Πίπτον ---

Sed illa Maronis de funere Miseni longè politiora, augustioraque sunt l. 6.

Iur in antiquam silvam stabula alia ferarum.

Procumbunt piceae: sones ista securibus ilex,  
I 2 Fra

Percellunt magnas quercus: excinditur ilex,  
Fraxinu' frangitur, atque abies consternitur alta:

*Fraxinaeque traves; cuneis et fissile robur  
Scinditur; advolvunt ingentes montibus or-  
nos.*

Et de pyra Pallantis l. r. r.

*Per silvas Teucri mistique impune Latini  
Erravere jugis: ferro sonat ista bipenni  
Fraxinus; evertunt aetas ad sidera pinus,  
Robora nec cuneis, et olentem scindere ce-  
drum.*

127

*Nec plaustris cessant vectare gementibus or-  
nos.*

Diversa sane ingenii ubertate Silius idem  
complexus est libro X.

*Sparfosque propinquos  
Aegmine prosternunt lucos, sonat aeta bipenni  
Frondosus silva alta jugis. hinc ornus, et aliae  
Populus alba comae validis accisa lacertis  
Scinditur; hinc ilex proavorum condita sac-  
clo.*

*Devolvunt quercus, et amantem littora pi-  
num.*

Statius ad Archemoti funus haec transtu-  
lit longe tufius l. 6. Theb.

*His labor abscessam Nemeem, umbrosoque  
Tempe*

*Praecipitavo solo, lucosque ostendere Phoebos.  
Sternitur extemplo veteres incaedua ferro  
Silva comas, largae qua non opulentior um-  
brae*

*Argolicos inter, salusque educta Lyncaeos  
Extulerat super astra caput*

Et deinde, *cadit ardua fagus,  
Chamiumque nemus brumaeque illaesa cu-  
pressus,*

*Procumbunt piceae, flammis alimentis supre-  
mis,*

*Ornique iliccaeque traves, metuendaque succo  
Taxus, et infandos belli potura cruores  
Fraxinus, atque situ non expugnabile robur;  
Hinc audax abies, et odoro vulnere pinus  
Scinditur, acclinant intonsa cacumina ter-  
rae*

*Alnus amica fretis, nec inhospita vitibus ul-  
mus:*

*Dat gemitus tellus*

Tribus his ultimis verbis efficacius pertrin-

xit, quod Ennius pluribus, dum inquit;

omne sonabat

*Arbustum fremitu sylvae frondosae.*

Homerus vero jejunius,

*Ταί δὲ μεγάλα κτυπέουσαι*

*Πίπλον*

Sed in adjunctis nimius quidem, & am-  
bitiosus fuit Statius; qui se ipsum supe-  
rans mirifice poetico spiritu materies ap-  
paratum, quo naves fabricarentur, anima-  
vit l. r. Achil.

*Nisquam umbrae veteres: minor Otkrys, et  
ardua findunt*

*Ταυγέτα: exenti viderunt aera montes.*

*Jam natat omne nemus*

Porrò Enniani versus aspero consonantium  
concurfu horridum cadentium arborum  
fragorem summo artificio imitantur, iis  
praefertim verbis,

*Fraxinus frangitur*

quibus fragor ipse auditur. Ac in eo etiam  
accuratà quòdam copia Poëtam luisse ap-  
paret, quòd mirà orationis varietate uni-  
cuique arbori suum verbum in eadem si-  
gnificatione tribuit.

SECURIBUS CAEDUNT] Virgilius lib. 3.  
Georg.

*caeduntque securibus humida vinn.*

PERCELLUNT MAGNAS QUERCUS] Pin-  
darus in Pyth. idem epitheton quercubus  
tribuit,

*Εἰ γὰρ τις ὄξους ὄξυτόμου τελέει*

*Ἐξείψαι κεν μεγάλας δρυός.*

ABIES ALTA] Rectè altam dixit, cum  
haec arbor in caelum maximè se extollat.  
Claudianus de Raptu Proserpinae,

*Abies et curctis abies*

Quam Idem fretis aptam dixit. Plinius,  
Expectitam, inquit lib. 16. c. 10. navigiis  
abietem esse, & in excelsò montium, ceu  
maria fugerit, sitam. D. Ambrosius in  
Hexamero; *Abies quoque non contenta ter-  
renis radicibus, atque vero vertice, etiam ca-  
sus marinos tuto subitura remigio, nec so-  
lum venis, sed etiam fluctibus certatura pro-  
cessit.*

PINUS

Pinus proceras pervertunt; omne sonabat  
Arbustum fremitu sylvae frondosae.

PINUS PROCERAS] Hujus quoque ma-  
teries ad navigia aedificanda aptissima est.  
Hinc Virgilius in Bucolicis Ecl. 4. *navi-  
tica pinus*, & l. 2. Geor.

*dat utile lignum*

*Navigiis pinus*

Valerius Flaccus l. r. Argon.

*volat immixtis caeva pinus habenis.*

Extat perlepidum Graecum epigramma,  
quo pinus queritur, terra marique ventis  
exagitari,

*Τίποτε μὲ τῆν ἀνέμοισιν ἀλάσκιμον ἤλαε τέκ-  
τον*

*Τῆν δὲ πίτυν τεύχαις νῆα θαλασσοπόρου;*

*Οὐδ' οἰανὸν ἔδεισας, ὅτι βορέης μ' ἐδίωξεν*

*Ἐγχοῦ, πῶς δ' ἀνέμους φεύξομαι ἐν πε-  
λάγει.*

Haec Latinis verbis Thomas Morus expli-  
cavit,

*Pinus ego ventis facile superabilis arbor;*

*Stulte quid undivagam me facis ergo ra-  
tiam?*

*An non augurium metuis? cum persequitur  
me*

*In terra, boream qui fugiam in pelago?*

Eandem sententiam paucioribus pertrin-  
xit Zelota,

*Ἐκλάσθη ἐπὶ γῆς ἀνέμου πίτυς: ἐστὶμὲν  
πόντος*

*Στέλλεται, ναυγῶν κλῶνα πρὸ ναυτιλίας;*

Theophrastus autem ex arboribus navibus  
congruentibus in V. *περὶ φυτῶν ἰσθρίας*,  
abietem, pinum, & cedrum memorat;  
sed ut plurimum levitatis causà, triremes,  
& longa navigia, ex abiete confici con-  
suevit: rotunda verò ex pino, quòd non

129 putrescant; triremibus verò carinam quer-  
nam subijci, ut, cum in terram attrahitur,  
resistere possit. Et paulò infrà de roboris,  
& fraxini in navibus usu mentionem facit.

Item alibi ilicis materiam tradit ad eun-  
dem usum esse idoneam, cum spissa sit,  
atque robusta. Cum igitur arbores, qua-  
rum Poëta meminit, sint navigiis con-  
struendis aptissimae, nostram conjecturam  
haud quaquam futilem esse arbitror.

OMNE SONABAT ARBUSTUM] Virgilius  
Eclog. 2.

*resonant arbusta cicadis.*

Videtur autem id ex Orphei quodam hy-  
mno Ennius expressisse,

*Δένδρη δ' ὑψικάρην' ἐκρίζων ἐς χθόνα πίτω-  
ται.*

*Ἡ' ἄδ' οὐρανία κελადεῖ βοιζήμασι γύλλων.*

FREMITU] Cadentium arborum soni-  
tum propriè fremitum appellavit. Fremo  
autem à βρέμω, & in f mutato, originem  
ducere, non dubium est.

SYLVAI FRONDOSAE] Lucretius l. r. *frun-  
diferas sylvas, & frondiferas domos avium*,  
dixit. Veteres enim fruns, & frondes di-  
xisse, Aufonii in Monosyllab. testimonio  
comprobatur; qui de Ennio ait,

*Au de fronde loquens, cur dicat populea fruns?*

Ità corrigendus est ejus Poëtae locus. Nam  
in impressis frons legitur; quod ineptè di-  
ctum esset ab Aufonio, qui cum in iis-  
dem Monosyllabis quaedam notet ab En-  
nio dicta praeter communem loquendi  
rationem, ut *gau, cael, do*, pro gaudio,  
*caelo, domo*, addit, *cur dicat populea fruns*.  
Si enim frons legeretur, non esset quid  
carperet. Ex Charisio quoque l. r. ità En-  
nium loquutum cognovimus, qui in VII.  
Annali dixit

*Rurescant frundes*

Priscianus l. r. ait, vetustissimos multa in  
principalibus syllabis mutasse, *humincem* pro  
*hominem* proferentes, *fontes* pro *fontes*,  
*frundes* pro *frondes*: quod etiam in libello  
de Orthographia confirmat Velius. Ex iis  
locis corrigenda sunt Nonii exemplaria,  
in quibus pereram bis frons legitur. Nam si frons,  
ut extat, legendum esset, non egeremus ipsius interpretatio-  
ne, ut diceret, frons pro fronde Veteres di-  
xisse. Afferit ille utrobique Virgillii versum  
ex II. Georgicorum,

*Praeterea cum frons tenera imprudensque  
laborum.*

Ubi Virgilium fruns scripsisse, adnotavit  
Picrius.

Navu' repertus homo, Grajo patre, Grajus homo Rex. Fests. Navus.

a Sulphureas posuit b spiramina Naris ad undas. Prisc. l. 6.

Intus in occulto mussabant --- Fests. Musfare, & Swinmuff. Fests. Scitum.

Lumen scitus agaso

a Sulpureas b Spiracula

NAVU' REPERTUS HOMO ] Navus ab experientia.

GRAJUS HOMO REX ] A generis amplitudine. Scaliger cum hoc versu conjungit illum, quem nos in V. Annali praeposuimus : & quidem rectè insimul cohaerent, nisi hunc aperte Festus ex sexto Annali retulisset, illum Nonius ex quinto. Arbitramur autem, hic Poëtam aliquem induxisse commemorantem ea, quae gesta fuerant, cum Pyrrhus in Italiam duxit exercitum.

130 SULPHUREAS POSUIT SPIRAMINA NARIS AD UNDAS ] Boccacius in libello de Fluminibus ait; Nar flumen ita appellatum, quòd ex naribus cujusdam Tauri aenei fluere creditur. De hoc Virgilius l. 7.

Sulphurea Nar albus aqua

Cujus imitatione Silius libro VIII.

Narque albescentibus undis.

Plinius lib. 3. c. 12. Nar exhaurit illos sulphureis aquis. Potest tamen ambigua esse vox, ut & fluvium denotet, & nares, ut apud Lucanum l. 2.

Hic aures, alius spiramina naris adumtae Amputat

INTUS IN OCCULTO MUSSABANT ] Varro l. 6. de lin. Lat. Mussare, inquit, dictum est, quòd muti non amplius, quam mō dicunt. Sed hic, ut ait Pompejus, pro murmurare posuit Ennius. In Festo, qui paucis abhinc diebus in lucem prodit, habetur.

Quintus in occulto mussabat.

AGASO ] Ab ἄγασ, ἀγάζω, unde Agaso. Vetus Glossarium interpretatur δαῦλος ἐπὶ κτήρεσιν.

EX VII. ANNALI.

\* UT conferre queant ratem aeratam, atque periti Var. l. 6. de lin. Lat.

132 UT CONFERRE QUEANT ] Varronis co-dex l. 6. de lin. Lat. ubi duo hi versus leguntur, aded mendis scater, ut nullus inde rectus, ac certus sensus erui possit. Sed cum ex confusis illis verbis, ac depravatis colligerem, Poëtam de classe loqui, de qua nulla antea facta erat mentio, practerquam de caedenda materia ad naves conficiendas, multum quidem laboris exhausti, ut Poëtae mentem consequerem,

& ex iisdem Varronis vestigiis versus restituerem. Confusa igitur Ennii verba hoc modo apud Varronem in excusis ab Aldo primum, tum a Valdero, & postremo ab Antonio Augustino in Romana editione, se habent. Conferre aut ratem aeratam qui perit, & qui dum mare sudantes eunt, atque sedentes. In quo loco videtur Ennius, utpotè de re nova apud Romanos, quasi mirabundus per jocum dixisse, ut veteri rate,

Per liquidum mare eant, sudanteis, atque sedenteis.

Poste recumbite, vosaque pectora pellite tonseis. Fests. Tonsum.

rate, ipsam ratem simul ferant; & sedentes eant, & euntes sedendo sudent. Pro verbis illis, conferre aut legimus conferre queant, Turnebum sequuti, qui Comment. suo in Varr. de l. l. asserit, in veteri quodam libro ita scriptum reperisse. Conferre autem hic est, simul pari remorum nisu, ac impulsionè ferre. Atque his verbis non parum luminis affert ille Polybii locus l. i. ubi ea persequitur, quae superiori libro de classis aedificatione diximus. Ait enim quòd dum Coss. in navium constructione occuparentur, alii classici milites colligentes ad hunc modum eos in terra remos impellere docebant. Disposita in arena erant subsellia, super quibus insidentes remiges ad hortatoris vocem, qui in medio constiterat, omnes simul manus pro-tendere, ac reducere, remosque expellere assuescebant; ad cuius quidem hortamentum omnes simul incipiebant, ac desinebant. Quà ratione artem navigandi edocti, absoluti jam navium constructione, mare ingressi sunt. Graeca verba sic se habent, οὐμὴν ἄλλ' αἷς μὲν ἐπιμελὲς ἢ τῆς ναυπηγίας ἐγίγνωτο περὶ τὴν τῶν πλοίων κατασκευὴν. οἱ δὲ τὰ πληρώματα συναθροίσαντες ἐδίδασκον ἐν τῇ γῆ καταπλατεῖν τὸν τρόπον τούτον. καθίσταντες ἐπὶ τῶν εἰσεσιῶν ἐν τῇ χερσὶ τοὺς ἄνδρας τὴν αὐτὴν ἔχοντας τάξιν ταῖς ἐπ' αὐτῶν τῶν πλοίων καθέδραις, μέσον ἐν αὐτοῖς θέσαντες τὸν κελυστήν, ἅμα πάντας ἀναπτέειν ἐφ' αὐτοὺς ἄγοντας τὰς χεῖρας, καὶ πάλιν προνομύειν ἐξωθούοντας ταύτας συνειδίχον, ἄρχεσθαι τε καὶ λέγειν τῶν κινήσεων πρὸς τὰ τοῦ κελυστοῦ πάρωματ' αὐτά.

RATEM ] Rates per catachresin Poëtae pro navibus usurpant; cum propriè compactae trabes sint, quae per aquam trahuntur.

AERATAM ] Aeratae naves ab aereis rostris dictae sunt, quae & rostratae, ut ait Isidorus l. 19. appellantur; à Graecis verò χυλκίμβολοι, & χαλκίμβολοι dicuntur.

Unde Graecus quidam Poëta τείχεα νηῶν rostra aenea esse dixit. Primam verò hanc Romanorum classem, quā Duclius Imperator primo bello Punico primus navalem victoriam est consequutus, LX. die ab arbore excisam navigasse, ex Plinio lib. 17. c. 40. & Floro constat.

PERITI ] Malui pro perit, ut in Varrone habetur, & pro peritet, ut in ejus margine notatum est, reponere, periti; quae vox sententiam conficit: cum idcirco remiges edocerentur, ut periti, & instructi sese navigationi tutò deinceps committere possent.

LIQUIDUM ] Ex duabus dictionibus, quae perperam in Varrone leguntur, qui dum, liquidum ab Ennio scriptum fuisse, facile suspicari possumus. Hoc enim epitheton mari valde accommodatum est. Unde venustissimè Poëta ille liquidum Oceanicum mare appellavit.

SUDANTEIS, ATQ. SEDENTEIS ] Magnum, atque operosum remigum laborem exprimit, qui in transtris remos impellendi difficultate undique sudore mudent.

POSTE RECUMBITE ] Renigum gestum καθ' ὑποτύπωσιν delineat. Sunt autem verba τοῦ κελυστοῦ, ut Polybius vocat, quem Ennius infra porticulum appellat, & hortatorem Plautus.

PELLITE TONSEIS ] Ut doceret hortator quí celerrimo cursu naves agerentur, monebat remiges, ut quàm maximo possent conatu, ad pectora usque remos traherent; atque aded pectora ipsa retrorsum remis propellerent. Quod ita expressit Silius Ital. l. 11.

Et simul adductis percussa ad pectora tonseis. Lucanus l. 3.

Atque in transtra cadunt, & remis pectora pulsant.

Dactylorum verò frequentia Poëta noster celeritatem commotionemque ipsam pro-pemodum oculis objicit.

Ponè petunt, exin referunt ad pectora tonsas.

Idem Ibid.

Dux ipse viàs ---

Prisc. l. 6.

Alter nare cupit, alter pugnare paratust.

Fest. Nare.

Mulserat hùc navem compulsam fluctibu' pontus.

Prisc. l. 9.

Denique vei magna quadrupes eques, atque elephantei  
Projiciunt sese ---

Macrob. l. 6. c. 9.  
Agell. l. 18. c. 5.

At non quadrupedes equites ---

Non. Equitem.

Deducunt habileis gladios filo gracilento.

Idem Gracilitudo.

PONE PETUNT] Τοῦ κελυφοῦ dicto parentes inclinabant sese, remosque ad pectora referbant. Eodem modo terram petere pro in terram inclinari dixit Virgilius l. 3. Aen.

Summissi petimus terram ---  
Et Lucretius l. 1. de Iphigenia,  
--- terram pedibus summissa petebat.

DUX IPSE VIAS] Pro viac. Veteres enim genitivum primae declinationis in *as* proferre aliquando consuevisse, ex Charisio, & Prisciano intelligitur. Sed fortasse scripserat Ennius,

Dux erat ipse viàs ---  
Unde Statius l. 4.

134 Dux erat ille viàs ---  
ALTER NARE CUPIT] Distributio. Alter cupit in mare sese projicere, ut nando salutem quaereret; alter dimicando gloriam comparare. Navalem profectò describit pugnam.

MULSERAT HUC NAVEM] Impulerat, agitaverat. Cicero Arato,

Igniferum mulgens irembeundis aethera pen-  
nis.

Sed Achilles Statius in illud Catulli ad Mallium,

Siccari emulsa pingue palude solum.  
Emulsa interpretatur absorpta, attracta, hausta, hoc eodem Ennii versu suam opinionem confirmans.

DENIQUE VEI MAGNA] Adcò verba Polybii l. 1. cum Ennianis conveniunt, ut mihi persuadeam, hoc loco agi de acerba illa Romanorum clade, quam à Xantippo Carthaginensium duce acceperunt; sic enim ille, τότε δὴ πανταχόθεν ποιοῦντες, οἱ μὲν πλείστοι τῶν Ῥωμαίων συνεπατάχθησαν ὑπὸ τῆς ὑπερφυοῦς βίας τῶν Ἑλλήνων, οἱ δὲ λοιποὶ συνηκοντίσθησαν ὑπὸ τοῦ πλείους τῶν ἰσπεῖων ἐν αὐτῷ τῷ τῆς παρατάξεως τότῳ. τελείως δὲ τινες ὀλίγοι πρὸς φυγὴν ἤρμησαν.

QUADRUPES EQUES] Saeculi illius auctores & equum, & equo insidentem, equitem appellarunt. Maro l. 3. Geor.  
--- equitem docuere sub armis.

Quem locum explicans Servius ille manuscriptor, cujus aliàs meminimus, ait; Hic equitem sine dubio equum dicit, maxime cum inferat, insultare solo. Ennius Annali VII,

Denique vei magna, &c.

DEDUCUNT HABILEIS GLADIOS FILO GRACILENTO] Justus Lipsius Ant. Lect. l. 5. c. 10. existimat, hic Poëtam de Lucretia loqui, & proinde pro gladios legendum esse radios, quoniam filum, & deducere, verba sunt ejus artis, quae Minervae dicata est. Cujus opinioni libenter assentirer, nisi in hoc Annali res longè post violatam Lucretiae pudicitiam contineretur. Turnebus autem l. 28. c. 11. adver. ait,  
Non

Non semper vostra evortit, nunc Juppiter hâc stat.

Macrob. l. 6. c. 1.

Fortibus est Fortuna vireis data ---

Idem ibid.

Quà Galli furtim noctu summa arcis adortei  
Moenia, concubia, vigileisque repente cruentant.

Idem lib. 1. cap. 4.

--- legio a reditu rumore ruinas

Non. Ru-  
mor.

a reditus.

filum hoc loco Ennium pereleganter in gladio laminam appellasse.

NUNC JUPPITER HAC STAT] Hoc est, nostras sequitur partes, vel à nobis est, cui contrarium est contra stat. Virgilius l. 5.

Hic magnum Alcidem contra stetit ---  
Id verò de Euripidis Rheso sumptum videtur, ubi Hector multos se ait invenire amicos, cum feliciter res gerit, & Juppiter à suis stat,

Πολλούς, ἐπειδὴ τοῦ μὲν εὐτυχεῖ δόρυ,  
Καὶ Ζεὺς πρὸς ἡμῶν ἔστω, εὐρίσκα φίλους.  
Hinc observat Macrobium, Virgilium l. 12. illud excerptisse,

Ne qua meis diētia esto mora, Juppiter hâc stat.

FORTIBUS EST FORTUNA VIREIS DATA] Virgilius l. 10.

Audentes fortuna juvat ---  
135 Addam tamen velut accessionem quandam, & mensurae cumulum, nobilissimorum auctorum locos, à nobis in explicatione proverbii Fortes fortuna adjuvat relatos; qui oculatissimum illum Paroemiographum latuerunt. Claudianus,

Fors juvat audentes, prisci sententia vavis;  
Ennium nimirum intelligens, quamvis in quibusdam exemplaribus Coi, & Chiï pro prisci legatur. Terentius Phorm.

Tanto magis te advigilare aequum est: fortis Fortuna adjuvat.

Ovidius l. 10. Mer.

Audentes Deus ipse juvat ---

Tibullus l. 1.

Audendum est, forteis adjuvat ipsa Venus.

Valerius Flaccus l. 4. Arg.

Stetimus tamen, & Deus adfuit ausis.

Sophocles, Fortunam timidos minimè juvare, hoc senario dixit,

Οὐ τοῖς ἀθόμοις ἡ τύχη ξυλλαμβάνει.

Cui simile illud Senecae in Medea,

Fortuna forteis metuit, ignavos premit.

Hesiodus, pudorem infortunatos efficere, contra verò fortunatos audaciam,

Αἰδώς τοι πρὸς ἀνολβίην, θάρσος δὲ πρὸς ἄλβον.

Homerus, fortem virum in rebus omnibus potiorum existere.

--- βαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων  
Ἐργοισι τελέθει ---

Lesbonax in Protreptico, παραπάτω οὖν ὑμῶν ἐκάστω τούτων, ὡς τὸ θαρρῆν πλείστον φέρεται εἰς τὸ νικᾶν. Cornificius l. 3. five quisquis auctor fuerit librorum ad Herennium, Fortitudini, inquit, Fortuna quoque adjumento esse solet. Huc etiam videtur pertinere illud Francisci Petrarcae de remed. utriusque Fort. Magna fiducia magnis periculis viam facit.

QUA GALLI FURTIM] Galli post Romanam captam Brenno duce Capitolii arcem aggressi sunt, ut refert Livius l. 5. cujus verba haec sunt; Galli nocte sublustri tanto silentio in summum evasere, ut non custodes solum fallerent, sed ne canes quidem, sollicitum animal ad nocturnos strepitus, exciterent. Quae verba cum nihil, aut parùm ab Ennianis dissent, censerem, si tempora constarent, utrumque eadem de re verba facere. Veteres pro nocte concubia noctu concubia dixere.

VIGILEISQ. REPENTE CRUENTANT] Virgilius l. 2. Aen.

Caeduntur vigiles ---

K

POPOLI

Mox auferre domos populi rumore secundo.

<sup>a</sup> Hocce loquutu' vocat, qui cum benè saepè libenter <sup>Agell. l. 12. cap. 4.</sup>  
Mensam, sermonesque suos, rerumque suarum  
Comiter impertit: magna quòd lapsa diei  
Parte fuisse <sup>b</sup> de parveis summeisque gerendeis  
Consilio, <sup>c</sup> endo foro lato, sanctoque senatu.

<sup>a</sup> Hoc locutus <sup>b</sup> de summis parvisque <sup>c</sup> Indu foro

POPOLI RUMORE SECUNDO ] Populari  
plausu, vel, ut ait Maro l. 5. *clamore se-*  
*cundo*. Idem l. 8.

*Ergo iter inceptum peragunt, rumore secundo*  
Suevius l. 5.

*Redeunt, referuntque petita rumore secundo.*  
Apud Ciceronem l. i. de Div. Poëta quidam,  
*Solvere imperat, secundo rumore, adversa-*  
*que avi.*

<sup>136</sup> Asper explicans in quodam Sallustii histo-  
riarum libro haec verba *Rumore primo*, ait,  
*primo* non esse nomen, sed adverbium; ut  
illud apud Virgilium l. i. Aen.

*Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido.*

HOCCE LOQUUTU' ] Nisi sententiarum  
pondere, & antiquitatis reverentiã hos  
versus tantum Agellius admiraretur, pul-  
cherrima haec tabella ex tanto naufragio  
minimè superesset. Cujus autem virtutem,  
mores, studia, actiones, ingenium, fidem, ta-  
curnitatem, ceu penicillo, his lectissimis  
carminibus Poëta delineat, incertum est.  
Constat tamen, quendam fuisse Servilii ami-  
cum, genere, & fortuna minore, virtuti-  
bus autem eximium. Quare miror, Caelium  
Calcagninum in VI. libro Epistolarum, & in  
libro de Vita Aulica, & Crinitum in Ennii  
vita censere, haec ab Ennio sub Gemini Ser-  
vilii persona dicta fuisse, quo nihil absur-  
dus; cum Servilium ipsum cum amico  
hujusmodi praeditum conditionibus lo-  
quentem, Poëtam induxisse, ex horum  
extremo versu clarissimè appareat: & aper-  
tè Agellius non sub persona, sed sub hi-  
storia Servilii haec descripta fuisse, indi-  
cet. Quamvis T. Aelius Scillo, Ennium  
haec de se ipso scripisse, testetur.

QUI CUM ] Veteres, ut Rhaemnius Pa-

laemon, tradit, communi genere inflexerunt  
hic, & haec quis: indeque in sexto casu ab  
hoc & hac qui. Virgilius de Acca loquens,

*Qui cum parvi curas*

Fuit hujusmodi praepositionum anaestrophe  
Graecis frequenti in usu, ut *χαρῶς ὄπα*  
apud Aeschylum in Agamemnone, & *ἔμοῦ*  
*μέτα* apud Euripidem in Oreste, & *φίλων*  
*ἔπο* apud Homerum: quod Atriphades (ut  
in poetica refert Aristoteles) improbavit:  
nolebatur enim illos à communi usu rece-  
dere. Nec is quidem usus Latinis infre-  
quens fuit. Plautus *Astinaria*,

*Nec magis versutus, nec quo ab carveas ae-*  
*grius.*

MAGNA CUM LAPSA DIEI ] Vulgati co-  
dices ita habent, quae dictio constructio-  
nem pervertit. Aliqui volunt legendum  
esse versu diphilo, aut choerilo, *lapsa dies*.  
Turnebus legit,

*magna cum lapsa dies jam*  
*Parte fuisset de summis rebus secundis.*

In codice perverto Fulvii Urfini habetur,  
*magnam cum lapsa diei*  
*Partem fuisset* —  
Virgilius l. 9.

*Nunc ad id melior quoniam pars acta diei est.*  
Horatius l. i. Satyr.

*quarta jam parte diei*  
*Praeterita* —

ENDO FORO ] Endo pro in, ut alibi di-  
ximus, antiquo more: itaque Lucilii versus  
apud Lactantium l. de Justit. est corrigendus,  
*Factari endo foro omnis, & deducere nuf-*  
*quam.*

SANCTOQUE SENATU ] Virgilius l. i. Aen.  
*Fura magistratusque legunt, sanctumque*  
*senatum.*

Quoi

Quoi res audacter magnas, parvasque jocumque  
Eloqueret; quae tincta maleis, & quae bona dictu  
Evomeret, si quid vellet, tutoque locaret.

Qui cum multa volup, ac gaudia clamque palamque  
Ingenium quoi nulla malum sententia suadet,  
Ut faceret facinus: levis tamen, haud malus; idem

QUOI RES AUDACTER ] Sallustius in I.  
& II. historiis. *audaciter* secundum analogiam protulit.

QUAE TINCTA MALEIS ] Fortasse, *Quoi*  
*tincta maleis, & quoi bona dictu Evomeret.*

BONA DICTU ] Eodem numero Lucretius l. 2.

*Omnia postremo bona sensibus, & mala tactu.*  
Unde Virgilius l. 3. Geor.

*& mala tactu*

*Vipera* —

TUTOQUE LOCARET ] Horatius l. i. Car.  
Od. 27.

*Depone tuis auribus* —

QUI CUM MULTA VOLUP ] Ex Ostorum  
lingua Poëtam hanc dictionem petiisse,  
aliquando suspicatus sum: quandoquidem  
Osci dictionum brevitate gaudebant; ut  
famul, capital, difficul, facul, pro famu-  
lo, capitali, difficultate, facultate. Sed  
quoniam volup, non modò Plautus *Astin-*  
*aria*, & *Mostellaria* usus est; sed etiam  
Terentius, purissimus Latinitatis auctor,  
in *Phormione* Act. 4. Sc. 3. affirmabo cum  
Donato id antiquo more per apocopen di-  
ctum, quã figurã *gubernã* pro *gubernacula*  
Lucilius, & Lucretius dixerunt, Arati for-  
tasse imitatione; qui *πῆδᾶ* pro *πῆδάλια*  
dixit. Ennius igitur five Osci vocibus de-  
lectatus, sive ad Graecorum poetarum imi-  
tationem, plura nomina decurtavit. Nam  
Aufonii in Monosyllab. ut diximus, indi-  
cio habemus,

*replet te laetificum gau,*

pro *gantium*, & *divitum domus altisonum cael,*  
pro *caelum*, & *endo suam do.*

pro *domum*. Quod ex Homero proculdu-  
bio sumpsit, qui *δῶ* pro *δῶμα κατ' ἐποιο-*  
*πῆν* dixerat; κατ' pro κατ' ἰθι. Hesiodus pro  
*βριθῶ*, & *βριεῶν*, βετ'. Sophocles pro *πα-*

*διον*, ρῶ; Epicharmus λῖ pro λῖον, & *συ-*  
*ρακῶ* pro *συρακοῦσαι*, Simias pro *δωδῶμαι*,  
*δωδῶ*; Empedocles ψ pro ψις; quã di-  
ctione Antimachus Cereris Eleusinae sacra  
significavit. Idem ἀλφι pro ἀλφιον; Eupho-  
rius ἦλ pro ἦλον. Philetas verò, ubi in-  
ducit ancillas in calathis albam lanam fe-  
rentes, pro ἔριον ἔρι posuit. Nihil igitur  
est, quod venerandam Ennii vetustatem  
morosi quidam carpant, cum tantorum vi-  
rorum exemplo ipse quoque dictiones mul-  
tilaverit.

CLAMQUE PALAMQUE ] Tibullus l. 4. Eleg. 5.

*quid refert clamve, palamve roget?*

INGENIUM ] In omnibus passim legitur,  
*Ingenium cui nulla malum sententia suadet.*  
Quod, meã quidem sententiã, oscitanter  
scriptum videtur. Quo enim casu legatur  
ingenium? recto ne? at verbum non ha-  
bet: accusandi? at sententiam ingenium <sup>138</sup>  
non suadet. Quare cum adhuc ambitus  
orationis pendeat, verbum aliquod expo-  
scere videtur. Lipsius *Ingenio* legit, &  
quia verbum deesse cognoverat, dictio-  
nem *volup* in verbum *volutat* convertit hoc  
modo,

*Qui cum multa volutat gaudia clamque pa-*  
*lamque,*

*Ingenio cui nulla malum sententia suadet.*

QUOI NULLA MALUM ] Malum ad faci-  
nus est referendum.

UT FACERET FACINUS ] Plautus *Aulul.*  
*Hei Megalove, haud decorum facinus tuis sa-*  
*ctis facis.*

& in *Bacchid.*

*Nam duplex hodie facinus feci: duplicibus*  
*spoliis sum affectus.*

Ibidem,

*Atridae duo fratres fecisse dicuntur facinus*  
*maximum.*

Doctu', fidelis, suavus homo, facundu', suoque Contentus, scitu', atque beatu', secunda loquens in Tempore, commodus, & verborum vir paucorum. Multa tenens antiqua sepulta, & saepè vetustas Quae facit, & mores veteresque novosque tenentem Multorum veterum leges, divùmque hominumque Prudentem, qui multa loquive, tacereve posset.

Vetus Poëta,  
Semper Ajax fortis, fortissimus tamen in su-  
vove:  
Nam facinus fecit maximum, quòd Danaïd  
inclinantibus  
Summam rem perficit manu, praelium quòd  
restituit insaniens.

LEVIS TAMEN] Metri, ac sensus ratio admonet, ut pro levis lenis reponatur.

SUOQUE CONTENTUS] Maxima existimatur felicitatis pars, immodicam coërcere cupiditatem, & suo, parvoque contentum esse. His verbis videtur Poëta extollere antiquam illam Romanorum frugalitatem, quibus planè indignum videbatur, plus appetere, quàm ad victum satis esset. Unde fertur illud M' Curii, cui cum devictis Sabinis ex Senatusconsulto ager ampliaretur, renuit accipere; sed gregalium militum portionem contentus, ait, Malum civem censendum esse, cui id non satis esset, quod caeteris esset satis. Idcirco Gargettium Epicurum dicere solitum, adnotat Aelianus in Var. histor. l. 4. cui pauca non sufficiunt, ei nihil satis esse. Graeca illius auctoris verba sunt; ὃ δλίγον οὐχ ἱκανόν, ἀλλὰ τοῦτω γε οὐδ' ἐν ἱκανόν. Ad hoc respexit Flaccus l. 3. Car. Od. 16.

— multa petentibus  
Desunt multa: bene est, cui Deus obtulit  
Parca, quod satis est, manu.  
Et rursus l. 2. Epist.

Agricolae prisci fortes, parvoque beati.  
Porphyrius libro primo περὶ ἀποχρῆς ἐκ-  
ψύχων ait, debere unumquemque philo-  
sophum parsimoniam ad vitam civiliter traducendam idoneam esse, judicare; magis eam vitam approbando, quae paucis est

contenta, quàm quae multis indigeret. Hinc Charon apud Lucianum ait, majorem rerum copiam non efficere divitem, sed minorem cupiditatem. Qui enim parvo contentus est, id tantum cupit, quod satis sit, quam sententiam his verbis Poëta quispiam explicavit,

Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit.  
Quod vult, habet, qui velle, quod satis est,  
potest.

Nec ab his dissimilis est locus ille Manilii 139 in IV. Astronomicòn,

Pauperiorque bonis quisque est, quo plura requirit:

Nec quod habet numerat: tantùm quod non habet optat.

Valerius Maximus l. 4. c. 4. Omnia, inquit, nimirum habet, qui nihil concupiscit.

IN TEMPORE] Omne enim intempestivum, ut ad Demonicum inquit Isocrates, ubique molestum est. Quare etiam qui intempestivè philosophatur, nugae agere videtur, ut ait Asfydamas,

Ἀπερὶς ἐν οὐδέοντι καιρῷ φιλοσοφῶν.

TENENTEM] Fortasse tenens versu diphilò, & prudens, ne accusandi casus sententiam deturberet.

QUI MULTA LOQUIVE TACEREVE POS-  
SIT] Perlius Satyr. 4.

— dicenda, tacendaque calles.

Nec major laus est, ea in tempore loqui, quae necessària sunt, quàm silere, cum opus est silentio. Quare Pythagoricum illud celebratur, σφραγίσθαι τοὺς μὲν λό-  
γους σιγῆς, τὴν δὲ σιγὴν καιρῷ. Unde Plutarchus in libello περὶ φρονῆς refellens quen-  
dam Euripidis locum, in quo dicebat, servile prorsum esse non loqui, quod sentias; ait,  
id

Hunc inter pugnas compellat Servilius sic;  
Nec quisquam sophiam, sapientia quae perhibetur,  
In somneis vidit priu' quàm fam discere coepit.  
Rurescant frundes ---  
-- quia nam dicteis nostris sententia flexa est?  
Dum censent terrere mineis, a hortaturve fos.  
--- longique cupressi

a hortaturque

id quidem minime servile esse, sed ingenii prudentissimique viri, cum tempus, & res taciturnitatem silentiumque requirunt. Quod idem Poëta alibi rectius, Σιγὴν δ' ὄπου δει καὶ λέγειν ἴσ' ἀφάλης.

COMPELLAT] Alloquitur.

SERVILIUS] Intelligit fortè Servilium Geminum, qui bis Consul cum L. Aurelio fuit, ut in Lucullo prodidit Cicero, & Capitolinae Sicalacque tabulae confirmant: qui secundo bello Punico Lilybaeum & Drepanum oppugnarunt, Pœnosque à terra prohibuerunt, urbesque eorum socias diversis irruptionibus infestarent. Alii praeterea multi fuerunt Servilii: quandoquidem haec gens Romae maximè floruit, familiaeque habuit quatuor praecipuas, scilicet Priscos Servilios, qui Axillas, & Ahalas complectuntur; & Caepiones, & Vatiis, & Geminos. Sed cum de Enniano Servilio nec tempus constet, nec dignitas, nec aliquod insigne factam, de quo loquatur, certi aliquid affirmare nequimus.

NEC QUISQUAM SOPHIAM] Malè haecenus apud Festum, philosophiam pro sophiam legitur. Afranius in togata, cui nomen Sella,

Ufus me genuit, mater peperit memoria,  
S. phium vocant me Graeci, vos sapientiam.

Lucretius l. 5.

Qui princeps vitae rationem invenit eam,  
quae

Nunc appellatur sapientia —  
Seneca lib. 14. Epist. Sapientia est, quam Graeci σοφίαν vocant. Scaliger opinatur, Ennium hos versus protulisse, cum visus est ei in somnis Homerus adesse Poëta. Cui minime assentimur. Nam illud somnium statim in primo Annali Ennius, ut jam probavimus, retulit; & hic versus à Festo ex libro VII. adducitur.

SAPIENTIA, QUAE PERHIBETUR] E' ἡμε-  
τεῶν.

INSOMNIS VIDIT] Apparet ex hoc loco Lactantium l. 3. c. 25. ea verba adumbrasse, Ex Barbaris verò nullum praeter Anacharsim Scytham, qui philosophiam non somniaisset quidem, nisi & linguam, & Graecas litteras antè didicisset.

RURESCHANT] Verbum penitus obsole-  
tum.

QUIANAM DICTEIS] Quianam tribracho constare asserit Valerius Probus. Sed ne versus claudicet, aliqua monosyllaba particula addenda est, O scilicet, vel Heu, ut apud Virgilium l. 5.

Hic quianam tanti cinxerunt aethera nimbis.  
Servius autem illud exponens l. 10.  
Caeli volae magni qui nunc sententia vobis  
Versa retro?

Quianam cur interpretatur, & Ennianum sermonem esse ait. Sed in hoc loco particula nam περιελκει, sicut in Nummam apud Terentium And. Act. 3. Sc. 4.

LONGIQUE CUPRESSEI] Est & hic unus  
K 3 cx





Stant recteis foliis, & amaro a corpore buxum.

a cortice

Ser. MS. in 2. Geor.

ex locis, quos mihi Fulvius Ursinus, vir humanissimus, atque summam scientiam praeditus, ex suo Servio desumpsit; qui enarrans illud Maronis ex II. Georgicorum, aut torno rasile buxum, ait, buxum lignum, non arborem dixit, quamvis Ennii exemplo arborem potuerit dicere neutro genere. Ille enim sic in VII.

longique cupressi

Stant rectis foliis, & amaro corpore buxum.

Caper autem distinguit, ut buxus arbor intelligatur, buxum vero materies. Idem Poeta alibi cupressos similiter masculinè protulit,

Capitibus nutantibus pinos rectosque cupressos.

Virgilius vero in genere feminino l. 2. Aen. juxtaque antiqua cupressus.

Sed Ennius epitheto arboris figuram, quae proceram admodum est, oblongo, ac tereti stipite expressit, Virgilius vero hypermetro l. 2. Geor.

Navigiis pinos, domibus cedrosque cupressosque.

Unde Catullus aëriam dixit. Tradit Didymus, eas arbores Cyparissos appellari ἀπὸ τοῦ κυπρίου παρτίου τοῦ ἀπερμενοῦς, hoc est, à partu parilium ramorum. Idem refert, has quondam Eteoclis fuisse filias, quae cum tripudio ad Dearum aemulationem subsilirent, extra choream convolutae, in profundum puteum conciderunt. Qua-

rum casum Tellus miserata, inde arbores puellis similes ad oblectamentum, & rei memoriam protulit. Unde Cyparissi etiam Charites appellantur. Loquitur fortasse Poeta hoc loco de alicujus pyrae constructione, cum de buxo, & cyparisso, ferilibus arboribus, sermonem habeat. Constat autem M. Varronis auctoritate pyras cupresso circumdari solitas, ne propter gravem ustrinae odorem populi circumdantis corona offendantur. Ad quem morem respiciens maximus Vates, ait l. 6.

Ingentem struxere pyram, cui frondibus atris Intexunt latera, & ferale ante cupressus Constitunt

Statius libro VI.

Trifibus interea ramis, teneraque cupresso Damnavit statamac torus, & puerile pheretrum

Texitur

Hinc Horatius fimbriis cupressos dixit in Epod. Ode 5.

STANT RECTEIS FOLIIS] Postquam adjuncto cupressorum longitudinem ostendit, modò verbo rectitudinem ponit ob oculos.

ET AMARO CORPORE BUxUM] Bene dixit amarum, nam etiam mel, quod conficitur, ubi haec arbor frequens est, insuave, atque amarum est, ut in Corsica tradit Plinius lib. 16. c. 16. & in Cyrena Theophrastus l. 3. c. 15.

EX VIII. ANNALI.

--- a tonsas antè tenenteis

Parent, b observarent, portifculu' signum

a tonsasque tenenteis b expectarent

Non. Portifculus.

142 TONSAS ANTE TENENTEIS] In Nonii exemplaribus hic locus corruptè legitur, Tus antè tenentes, & Tum sanctè tenente,

Vera autem lectio est, ut scripsimus, vel, tonsasque tenenteis

PORTIFCULU' SIGNUM] Agebatur hic for-

Quòd dare coepisset ---

- \* Labitur uncta trabes, remeis rostrata per altum,
\* Ingentei vadit cursu, quà redditu' termo est:
\* Impetus a haud longè mediis regionibu' restat.

Var. l. 6. de lin. Lat. Fest. Termonem. Idem. Reflat.

b Tollitur è medio sapientia, vei geritur res.

Agel. l. 20. c. 9.

a aut vel ast b pellitur

fortasse, de classis è portu discessu, cum portifculi fiat mentio, qui, ut ait Aelius Stilo, in portu modum dat classi. Isidorus verò tradit l. 19. c. 2. Portifculum esse malleum in manu portatum, quo modus, signumque datur navigantibus.

SIGNUM CUM DARE COEPISSET] Militaris vox ad rem nauticam translata. Virgilius l. 3. Aen.

Dat clarum è puppi signum

Sed totum hunc Ennii locum ita Maro expressit in V.

Considunt transtris, intentaque brachia remis Intenti expectant signum

LABITUR UNCTA TRABES] Tres hos versus ex diversis locis petitos conjunximus; primum tamen non omnino Ennii esse asserimus. Nam cum Varro lib. 6. de lin. Lat. hoc modo mutilum, & sine auctoris nomine adducit; Sic dictum à quibusdam, ut una canes, una trabes, remeis rostrata per altum. Nos priorem dictionem addidimus, & sequentem immutavimus, pro una uncta legentes imitatione alterius versus ejusdem Poetae, qui ait,

Labitur uncta carina per aequora cana Celocis.

Virgilius l. 8.

Labitur uncta vadis abies

Et l. 4.

Natat uncta carina

Sunt tamen qui Varronis locum restituant, addito tantum verbo sulcat, fide codicis manuscriptorum,

Una trabes remis sulcat rostrata per altum. Trabem etiam Catullus συνεκδοχικῶς pro navi in Phaseli dedicatione posuit,

Neque ullius natantis impetum trabis Nequise praeterire

Sed in antiquo manuscripto habetur,

Neque ullius volantis impetum aliis.

Pacuvius trabicam navem appellavit, quòd trabibus contexta sit. Labitur trabica in alveum.

ROSTRATA] Rostris enim naves concurrunt. Livius, Itaque ex utraque parte signo dato cum rostris concurrerent, neque navem inhiherent.

INGENTI VADIT CURSU] Mira fertur velocitate.

QUA REDITU' TERMO EST.] Festus ait, Graecà consuetudine Ennium termonem dixisse, quem nos terminum dicimus. Idem enim Graecis est τέρμων, τέγμα, & τέγμας.

MEDIIS REGIONIBU' RESTAT] Restat pro distat, ut idem ait Festus.

PELLITUR È MEDIO SAPIENTIA] Ostendit quonam pacto calamitosis belli temporibus nulla nec legibus, nec magistratibus tribuitur auctoritas, nullaque juris habetur ratio; sed arma tantum vigent. Unde magni Pompeji vox illa apud Dionem l. 144 37. Omnia scilicet ab armis pendere, & iis, qui his praevalent, necessariò omnes obtemperare; cuius verba sunt; πάντα ἐν τῶν ὀπλων ἡγήται, καὶ ὃ ἐν αὐτοῖς κρατῶν, νομοθέτης ἂν βούλεται, ἀναγκάτιος γίνεται.

VEI GERITUR RES] Menander, leges nihil posse ubi vis adfuerit, eo versu dixit,

Βίαις παρούσης οὐδὲν ἰσχύει νόμος.

Ovidius l. 5. de Trist.

Non metuant leges, sed cedit viribus aequum: Vitaque pugnaci jura sub ense jacent.

Lucanus l. 1.

Imminet armorum rabies, ferrique potestas Confundit jus omne manu

Seneca Hercule furenti,

--- somnibus boni parent:

Spernitur Orator bonus; horridu' miles amatur; Haud docteis dicteis certanteis, sed male dicteis. Miscent inter sese inimicitias agitanteis.

Non ex joure a manu confertum, sed b magi'ferro

a Manuconfertu' unice dictione. b mage. Annominato.

Laet. lib. 5. c. 1.

Cic. l. 7. Ep. adducit hunc cum sequentis dimidia.

Jus est in armis: opprimit leges pudor. Idem in Hippol.

venit imperii sitis

Cruentia; factus praecla majori minor: Pro jure vires esse

Auctor quidam apud Suidam, nullum, inquit, jus armis esse potentius; & quisquis viribus potior est, is aequiora semper & facere, & dicere censetur. Graeca verò illius auctoris verba sunt; οὐδὲν δικαιοῦταιν ὄπλων ἰσχυρότερον, πᾶς γὰρ ὁ δυνάμει προύχων δικαιότερα αἰεὶ καὶ λέγειν, καὶ πράττειν, δοκεῖ. Quintilianus l. 5. in judicio nullam quidem vim armis, in bello nullam sanè vim legibus adscribit. Ejus verba haec sunt, ubi de argumentis agit; Dicamus primum in eo, quod in judicium deduci potest, nihil valere jus belli: nec armis erepta, nisi armis posse retineri: itaque ubi illa valeant, non esse judicem: ubi judex sit, nihil arma valere. Lucianus in Captivo, Καὶ τὸ δικαίον ἐν τῇ χειρὶ τῷ ἡμιόνου. quibus verbis ad proverbium respexit E'ν χειρῶν νόμος: Huc etiam spectat & illud, Ἄγος τύραννος.

SPERNITUR ORATOR BONUS] Silent siquidem inter arma leges, ut pro Mil. inquit Cicero. Idemque pro Muraena, Omnia haec nostra praeclara studia, & haec forensis laus, & industria latent in tutela, & praesidio bellicae virtutis. Simulatque increpuit suspicio tumultus, artes illiè nostrae conticescunt. Quamobrem idem in Bruto dixit, eloquentiam pacis esse comitem, otiique sociam, & jam benè constitutae civitatis quasi alumnam. Unde veteres non absque ratione Mercurium, eloquentiae Deum caduceum, pacis symbolum, gestantem finxerunt. Assimile est Ennianae sententiae illud Lucani l. 1.

Sed postquam leges bello siluere coactae, Pellitur è patriis laribus

Nec discrepat ab hoc Euripidis locus in Iphig. ubi Chorus ita de neglecta justitia queritur, pro qua summa irrepsit licentia, quae legibus dominatur.

Τὸ μὲν ὑπερπλέον ἔχει δυνάμιν αὐτὸ ἀρετῶν κατὸς ποισθεὶν ὁμοιοῖς ἀμελεῖται. Ἀνομία δὲ νόμων κραταῖ.

HORRIDU' MILES AMATUR] Varro Siquiulyse, Itaque tum equum mordacem, calcitronem horridus miles, ac vir non vitabat nunc emunt trosculi nardo niidi vulgò Attico talento equum. Eodem etiam adjuncto usus est Cicero pro Marcello.

HAUD DOCTEIS DICTEIS] Plautus Trinumo,

Multa ego possum docta dicta, &c.

NON EX JOURE MANU CONSERVATUM] Quid haec verba significant, ad amussim declarat Agellius l. 20. c. 9. Sed operae pretium fuerit adscribere quàm venustè totum hunc locum Cicero in Oratione pro Muraena explicaverit, versus more suo cum soluta oratione contexens: quod Hermodenes τῶν ποιημάτων παραπλοῦς appellavit. Omnia ista, inquit, nobis studia de manibus excutuntur, simulatque aliquis motus novus bellicum canere coepit. Etenim, ut ait ingeniosus Poëta, & auctor valde bonus; praeliis promulgatis, TOLLITUR E MEDIO, non solum ista vestra verbosa simulatio prudentiae, sed etiam ipsa illa domina rerum SAPIENTIA; VEI GERITUR RES; SPERNITUR ORATOR, non solum odiosus in dicendo, ac loquax, verum etiam BONUS; HORRIDUS MILES AMATUR; vestrum verò studium totum jacet; NON EX JOURE MANU CONSERVATUM, SED MAGE FERRO, inquit, REM REPETUNT. Quod si ita est, cedat opinor Sulpicii forum castris, otium militiae, stilus gladio, umbra soli.

Rem

Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt solida vei.

Jamque ferè polvis fulva volat ---

Praecox pugna est ---

a Consequitur, summo sonitu quatit ungula terram.

\* Jamque ferè polvis ad caelum vasta videtur.

\* Hastati spargunt hastas, fit ferreus imber:

a Cum sequitur

JAMQ. FERE POLVIS FULVA VOLAT] Ex-tensio brevis syllabae in caesura. Pacuvius, Cedo tamen pedem, lymphis flavis flavum ut pulverem,

Manibus iisdem, quibus Ulysses saepe per-mulsi, abluam.

Calvus de cinere,

Cum jam fulva cinis fueris

PRAECOX PUGNA EST] Praecox, praematura. Sic fuga praecox à Varrone in E-phoebos, & à Lucilio l. 8. Sator. dicta est.

SUMMO SONITU QUATIT UNGULA TER-RAM] Novem hos versus ex variis aucto-ribus petitos hac serie complicavimus, tum quòd sensu constare, tum quòd Plau-tinae pugnae, quae in Amphit. describitur, maximè convenire visi sunt.

JAMQ. FERE POLVIS AD CAELUM VASTA VIDETUR] Hostium appropinquatio à si-gno excitati pulveris, ad caelum usque iurgentis. Idem alibi,

Polvis oritur, omnem pervolgat caeli freum.

Ex militum enim in pugna motu, & equo-rum cursu, pulveris caligo oritur, quam Lucretius pulveris nebulam dixit l. 5.

146 --- multa pulsata pedum vi

Pulveris exhalat nebulam

Virgilius item l. 3.

Stant pavidae in maris matres, oculisque sequuntur

Pulveream nubem

Idem rursus l. 9.

Hic subitam nigro glomerari pulvere nu-bem

Prospiciunt Tuscis, ac tenebras insurgere campis.

Id quod antea fuerat eloquutus Homerus Iliad. β.

τοῖσ' ἀλλαγτῶ

Νῆας ἐπεσεύοντο ποδῶν δ' ὑπ' ἐνεργεῖ κοίνας Ἴσασ' ἀειρομένη

Quae ita vertit Politianus, cujus ad nos quaedam pervenerunt ex Homero con-versa, quae haecenus, quod sciam, in lu-ccem non prodierunt,

Dat tellus gemitum, & nigra caligine caelum Volvitur; insurgit glomerato pulvere nubes.

Pulverem verò hoc pacto excitatum, Ae-schylus in Septem ad Thebas, manifestum, & certum appropinquantis exercitus nun-tium esse, ait,

Αἰδέγεια κόνης μεπέλθει

Φανείσ' ἀναυδός, σαφῆς

Ἐτυμός ἀγγελός ἐλιδερνώς

Πεδιοπλόκτυπός τ' ἐγχερίμπτται.

Qui versus in impressis ex officina Tur-nebi secus dispositi sunt. Idem protulit Vir-gilius l. 11.

At simul Aeneas fumantes pulvere campos Prospexit longè, Laurentiaque agmina vidit.

Idem l. 12.

-- & saevus campi magis, ac mazis horror Crebrescit; propiusque malum est: jam pul-vere caelum

Stare vident: subeunt equites, & spicula ca-stris

Densa cadunt mediis

Livius item l. 21. Densior deinde incessu tot hominum, equorumque oriens polvis, signum propinquantium hostium fuit.

FIT FERREUS IMBER] Ut crebros in-gredientium telorum ictus repraesentaret,

L aptiori

- \* *Densantur campeis horrentia tela virorum.*  
 \* *Summus<sup>a</sup> ubi capitur<sup>b</sup> Medix, occiditur alter.*  
 \* *Clamor ad caelum volvendu' per aethera vagit.*

<sup>a</sup> ibi <sup>b</sup> Meddix

apriori translatione uti non poterat; quam tamen Maro amplificavit l. 12.

— *is toto turbida caelo*

*Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber.*  
 Eadem significatione telorum nimbium dixit Lucanus l. 9.

*Telorum nimbo peritura, & pondere ferri.*

Stattius l. 5. Theb.

*Instamus jactu telorum, & ferrea nimbis*

*Certat hyems*

147 Virgilius l. 11. sumptâ à cadente nive similitudine, sic eandem rem expressit,

— *fundunt simul undique tela*

*Cerebra nivis ritu: caelumque obtexitur umbra.*

tum etiam à grandine l. 10.

*Ac velut effusa siquando grandine nimbi*

*Praecipitant*

Stattius l. 1. Theb.

— *telorum aut grandinis instar*

*Rhiphaeae*

Idem has omnes similitudines nivis, grandinis, imbris, his versibus simul complexus est l. 8.

— *non tanta cadentibus Haedis*

*Aëriam Rhodopen solida nive verberat Arctos,*

*Nec fragor Ausoniae tantus, cum Juppiter omni*

*Arce tonat, tantâ quatitur nec grandine Syrtis,*

*Cum Libya Boreas Italos niger attulit imbres. Excludere diem telis. Stant ferrea caelo*

*Nubila; nec jaculis atratus sufficit aër.*

Extremis his verbis consentanea sunt quae protulit Silius libro IX.

— *caelumque & sidera pendens*

*Abstulit ingestsis nox densa sub aethere telis.*  
 Quae ex illo Maronis expressa sunt in XII.

— *obumbrant aethera telis.*

Hinc etiam Lucanus l. 3.

— *emissaque tela*

*Aëra texerunt*

Prisc. l. 9.

Fest. *Medix*

Varr. l. 6. de  
 Lin. Lat.

Lycophron,

*Κύφελλα δ' ἰὼν τηλόθεν βοίζουμένω  
 Ἰπὲρ κῆρα σήσουσι κίμμερος δ' ὅπως  
 Σινὴ καλύψει πέρην ἀμβλόων σέλας.*

Non dissimilis est illa Heliodori Emefeni hyperbole libro IX. historiae Aethiopiae, qui ut miram jaculorum densitatem ostenderet, ait, eam nubis speciem hostibus exhibere. Huc pertinet etiam locus ille Arbitri de Xerxis exercitu,

— *solem texere sagittae.*

Ex quo loquendi genere celebre illius apophthegma emanavit; cui, cum hostis se caelum sagittarum nebula obrecturum, minaretur; lapidè respondit, *In umbra pugnabimus.*

DENSANTUR CAMPEIS] Virgilius l. 7.

*Agrina densantur campis*

HORRENTIA TELA VIRORUM] Idem Virgilius.

— *at nunc horrentia Martis*

*Arma*

Et Valerius Flaccus l. 7. *horrida tela.*

SUMMUS UBI CAPITUR MEDIX] Nomen est Magistratus apud Oscos, ut refert Festus: quem eundem esse arbitror cum Medastutico: de qua Livius libro XXVI. *Mediastuticus, qui summus magistratus apud Campanos est.* Quae verba maximè cum 148 Festo congruunt; quandoquidem Oscos Campaniae partem incoluisse, non dubium est; quibus cum mos fuerit saepè dictiones abscindere, ut in Ennii vita, & alibi retulimus, existimo, in Livio pro *Mediastuticus* reponendum esse *Medixstuticus.*

CLAMOR AD CAELUM VOLVENDU' PER AETHERA VAGIT] Quamvis hyperbole certantium clamoris magnitudinem extollat, multum tamen de ea detrahit tapinosus, quae in verbo *vagit* subsequitur. Clamare autem inter pugnandum Romanorum proprium fuit, qui, ut ait Polybius lib. VI. more patrio armorum strepitum edentes,

&

- \* *Inde loci lituus sonitus<sup>a</sup> effudit acutos:*  
 \* *Atque atque<sup>b</sup> accedit<sup>c</sup> moeros Romana juventus.*  
 \* *Et detotondit agros laetos atque oppida caepit.*

Fest. *Lituus*

Agell. l. 10.  
 c. 29.

Non. *Atque*  
 Prisc. l. 9.

Macrob. l.  
 6. c. 1.

Nunc hosteis vino domitei, somnoque sepulstei.

<sup>a</sup> effundet <sup>b</sup> ascendit <sup>c</sup> muros

& conclamantes, in confertissimos hostes acerrimè concurrunt. Sed ut nihil praetermitteret earum rerum, quas inter certandum fieri consuetum est, hunc versum cum aliis hoc loco Ennium connectuisse, duximus, illustrium poetarum imitatione. Aeschylus postquam ea retulit, quae de pulvere diximus, addidit, clamorem murmurantis aquae instar volare, ac fremere,

— *βαδ' ποτᾶται, βρέμει*

*Δ' ἀμαχέτου δίκαν ὕδατος ἐρουπέπου.*

Homerus, — *δύτη δ' ὀδρανὸν ἤκειν.*

quod ad verbum Virgilius l. 5.

*it clamor coelo*

Et alibi l. 12.

— *it tristis ad aethera clamor.*

Sunt qui putent, pro *clamor*, *clamos* esse legendum, ut *honos, timos, labos, vapos, colos.* Scaliger legit hunc versum,

*Clamor it ad caelum, volitatque per aethera*

*vagor.*

Sed ab antiqua lectione minus remotum, *Ad caelum clamor volvendu' per aethera*

*vagit.*

PER AETHERA VAGIT] Varro lib. 4. de lin. Lat. differens, multa vocabula ab animalium vocibus ad homines esse translata, ait verbum *vagire* ab haedo esse deductum. Innuit id ipsum Plautus in Poenuli prologo, ubi nutrices à caveae confessu discedere admonens, inquit,

*Ne & ipsae sistant, & pueri perirent fame, Nève exurientes hic quasi haedi obvagiant.*

INDE LOCEI LITUUS] Lituus genus incurvae buccinae, quem Acron equitum esse tradidit; tubam vero pedatum. Est etiam lituus baculus ille, quo ad augurandam prisci uti confueverunt.

ATQUE] Statim. Sic in leg. XII. Tab. *Si in ious vocat, atque est*, pro statim cat.

ET DETOTONDIT AGROS LAETOS] Priscianus l. 9. hanc auctoritatem refert, ut ostenderet Veteres *detotondi* pro *detondi* protulisse. Alia etiam hoc loco subest tapinosus, cum agros pecudes dum pascunt, tondeant: non autem milites, cum diripiunt, in quam lapsus est etiam Propertius cum ait lib. 4.

*Sub quorum iuvulis Africa tonsa jaces.*

Magis propriè loquutus est Maro l. 8.

— *& laetos vastant cultoribus agros.*

Idem l. 11.

— *ingente & desolavimus agros.*

qui tamen in propria significatione dixit l. 1. Georg.

— *tondent dumeta iuvenci.*

Lucretius l. 2.

*Nam saepe in colli tondentes pabula lacta*

*Lanigeras reptant pecudes*

NUNC HOSTEIS VINO DOMITEI] Exhortatio ad hostes incautos invadendum à nocturni temporis opportunitate, quo nimio gravati potu, arctissimoque correpti somno, passim prostrati jacent.

SOMNOQ. SEPULSTEI] Pulcherrima translatio à mortuis ad dormientes; qui enim profundè stertunt, parum à mortuis differre videntur. Quare rectè quidem à Poëtis somnus mortis frater fingitur. Virgilius l. 2. Aen.

*Invadunt urbem somno, vinoque sepultam.*

Et l. 9. — *somno vinoque sepulti*

*Procuuere*

Ibidem, *Rutili somno vinoque sepulti*

*Conicubere*

Et de Polyphemo l. 3.

*Nam simul expletus dapibus, vinoque sepultus.*

Lucretius l. 1.

*Terrificet morbo affectis, somnoque sepultis.*

Idem l. 5.

imperii spes Fabius fuit, qui novam de Annibale victoriam commentatus est, non velle pugnare. Hinc illi cognomen novum, & Reip. salutare, Cunctator. Fuit idem etiam Clypeus appellatus, quòd ejus virtute, ut Posidonius ait, Romani ab hostium impetu proregerentur.

REM ] Incolumem Reip. statum.

NON PONEBAT ENIM RUMOREIS ] Noluit enim; ut audacis Imperatoris nomen aucuparetur, Reip. summam in discrimen adducere. Idem ferè expressit Livius libro XLIV. *Neque enim omnes tam firmi, & constantes animi contra adversum rumorem esse possumi, quam Fabius fuit; qui suum imperium minui per vanitatem populi maluit, quàm secunda fama male rem gerere.*

ERGO POSTQUE MAGISQ. ] Rectè quidem Muretus existimat l. 6. Var. Lect. c. 14. Ennium hoc loco antiquo more magis dictionem geminasse; Non rarò enim, ait, contingit, ut eae voces, quae geminandae erant, semel tantum ab imperitis librariis ponerentur. Quod Catulli auctoritate confirmavit ad Mallium,

Notescatque magis mortuus, atque magis.

Idem rursus,

Magisque & magis in dies, & horas

Ira/cor tibi —

Virgilius lib. 2. Aen.

Et magis atque magis; quanquam secreta parentis

Anchisæ domus, arboribusque obiecta recessit,

Clarescunt sonitus —

Afranius Vopisco,

Cecidit spes reducendi domum, quam cupio,

Cujus ego in dies impendò ex desiderio

Magis magisque maceror —

Eodem modo Graeci μάλλον μάλλον dicunt. Alexis in Athide apud Suidam,

— πῶς ἐπινοεῖ τὰ πρῶτον

Ὁ Ζεὺς ἠσυχῶς ἔπειτα μάλλον μάλλον.

Quem locum Scaliger Eupoli tribuit.

OMNEIS MORTALEIS VICTOREIS ] Eandem ferè sententiam M. Varro extulit libro II. de Vita populi Romani, *Propter secundas res, sublatò metu, non in communi spectant; sed suum quisque diversè commodum focillantur.* Hoc autem loco suspicor, Ennium de Isthri verba facere, qui Romanorum castris potiti, epulis, compositionibusque largissimè indulgebant: & haec verba à L. Atio Tribuno primo secundae legionis dicta; qui, ut ait Livius lib. 14. *Non hortabatur modo milites, sed docebat etiam, si victores Isthri, quibus armis caepissent castra, iisdem capta retinere in animo haberent, primum exutum castris hostem ad mare persecuturos fuisse: deinde stationes certè pro vallo habituros: vino, somnoque verisimile esse, mersos jacere.*

LAETANTEIS ] Prae-victoria, quasi non amplius belli periculorum memores. Victores enim, ut ait Pindarus in Olymp. Ode 2. praeritorum malorum obliviscuntur,

— τὸ δὲ τυχεῖν

Πειρώμενον ἀγωνίας

Παρὰ λυβὲι δυσφρονῶν.

CORDIBU' VIVEIS ] Promptà animi alacritate.

VINO CURATOS ] Virgilius paucioribus verbis totum hunc locum perfrinxit l. 3. Aen.

Corpora curamus, fesses sopor irrigat artus. Respexit uterque ad illud Simonidis, qui suadet, potandum esse ob felicem eventum,

Γίνε πῖν' ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖς ἢ πλεῖον.

SOMNU' REPENTE IN CAMPO PASSIM ] Virgilius lib. 9.

— passim vino, somnoque per herbam  
N 2 Cor.

Cic. lib. 1.  
Offic. & de  
Sen. Scr. 6.  
Aen.

Hier. in Epitaph. Fabiolae.  
Prisc. l. 1.  
& 6.

- \* Olim cernebant magnis de rebus agendeis  
 \* Ob Romam noctu legiones ducere coepit  
 \* Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginienfis

Serv. lib. 12.  
Aen.

Fest. Ob. &  
Oboritur.

Cic. pro  
Cor. Bal.

*Corpora fusa vident* —  
Silius Ital. lib. 13.

*Sed non in requiem pariter cessare tenebrae,  
Hinc sopor impavidus, qualem victoria no-*  
*vuit.*

Vox illa repente demonstrat militum animos ab omni profusus mentis sollicitudine fuisse remotos.

MOLLISSIMUS PERCULIT ACREIS] Optime quidem adjunctis rem exornavit, dum ait, mollissimus somnus acres victores perculit. Quâ voce insolentes, ac feroces Victorum spiritus demonstravit, nolentes seipsos in rebus prosperis coercere. Unde ad Marcellum Epist. 9. lib. 4. Cicero ait, *Nihil miserius, quam ipsa victoria, quae etiam si ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores, impotentioresque reddit.*

OLIM CERNEBANT] Decernebant, simplex pro composito. *Est autem decernere, ut in Andria Aelius ait, de magnis certam proferre sententiam: unde etiam Senatus decretum.* Idque ferè, quod ab Ennio dictum est, extulit Livius, qui ubi dixit Romae nunciatum fuisse Annibalem cum exercitu ad eam oppugnandam jam adventare, subdit lib. 26. *Consules, Senatusque in castra venerunt; ibi de summa Reip. consultatum.* Quâ conjecturâ hoc loco hunc versum locavimus; quem ita paenè transcripsit Lucretius lib. 5.

*Magnis de rebus inter se cernere certant.*  
Ejusdem sententiae est ille Lucilii,  
*Consilium summis hominum de rebus habebant.*

OB ROMAM NOCTU] Hunc praeterea versum ab hoc loco non alienum esse duximus. Nam de Annibale loqui videtur, qui cum Urbem aggredi staturisset, Panico quodam terrore consternatus, ab incepto desistit. Quare in eo loco, ex quo rediit, Reticulo fanum erectum est; qui Deus,

ut ait Cornificius, à redeundo appellatus fuit. Idem etiam Tutanus à tutando, & Graecè ἀλεξιμανος dictus est: de quo Varro in Satyra, quam Hercules tuam fidem inscripserat,

*Noctū Annibalis cum fugavi exercitum  
Tutanus hoc, Tutani Romae nuncupor;  
Hoc propter omnes, qui laborant, invoco  
cant.*

Verum Livius, Florus, alique quamplurimi nullam occulti illius, ac repentini timoris mentionem fecerunt: sed uno ferè ore ajunt, Annibale ad moenia appropinquante, summam repente grandinum, ac imbrium vim, vehementi ventorum, fulgurumque impetu, esse coortam, quâ adeò timore perculsus fuit, ut divinitus ab Urbis oppugnatione propelli se existimaverit. Ob autem pro ad Veteres dixisse, Festus auctor est.

HOSTEM QUI FERJET] Cicero ita refert hunc locum pro Cor. Balbo. *Atque utinam, qui ubique sunt propugnatores hujus Imperii, possent in hanc civitatem venire, & contra oppugnatores Reip. de civitate extermiari.* Neque enim ille summus Poëta noster Annibalis illam magis cohortationem, quam communem Imperatorum voluit esse, *Hostem qui feriet.* &c. Omnes enim, quamvis exteros Annibal pro Carthaginienfibus habebat, dummodo Romanis essent infensi. Sed Hostem ferire, militaris planè vox erat, quâ milites in sacramentis usos fuisse ex illo Livii loco lib. 22. perspicue liquet, *Nisi aut petendi, aut hostis ferendi missi.* Atque hinc Feretrii Jovis originem deductam aliqui opinantur: hoc est ab ictibus, qui inter pugnandum inferuntur. Cum enim milites manus conserebant mutuo se adhortabantur, ut hostem ferirent. De qua re haec à Plutarcho in Marcello tradita sunt, Ἄλλοι δὲ παρὰ τὴν τοῦ πολέμου

Quisquis erit ---

μου πληρὴν γεγονέναι τὸνομα λέγουσι. καὶ γὰρ οὐκ ἐν ταῖς μάχαις ὅταν διώκωσι τοὺς πολεμίους πυκνὸν τὸ φέρι, τοῦτ' ἐστὶ παῖτε, παραγγυῶσιν ἀλλήλοις.

QUISQUIS ERIT] Etiam quantumvis ignotus: quâ voce Maro l. 1. & l. 6. Venrem, & Charontem inducit, Aeneam, tanquam sibi ipsi ignotum compellantes.

## EX XIII. ANNALI.

\* a **I**nseque Musa, manu Romanorum<sup>b</sup> Endoperator Agell. l. 18. c. 9.

174 INSEQUE MUSA] Solent plerunque Poëtae in ipso operis tractu, cum rem novam, ac difficilem aggrediuntur, rursus ad Musarum invocationem se convertere. Sic Homerus Iliad. ̄.

Ἐσπετε νῦν μοι μουσαι —  
Virgilius lib. 9.

*Vos ó Calliope, precor, adspirate carenti,  
Quas tibi ium ferro strages, quae funera Tur-*  
*mus*

*Ediderit, quem quinque virum demiserit  
Orco.*

Et alibi lib. 7.

*Nunc age, qui Reges, Erato, quae tempora rerum,*

*Quis Latio antiquo fuerit status —*

Rursus ibid.

*Pandite nunc Heliconae Deae, cantusque mo-*  
*vete,*

*Qui bello exciti reges, quae quaque sequuntae  
Complerint campos acies —*

ROMANORUM ENDOPERATOR] Sequitur statim invocationem propositio, quâ Poëta lectorem docilem reddit. Hos autem versus in hujus libri initio collocandos duximus, quoniam Philippi bellum, de quo nunc loquitur Ennius, Antiochi bellum, de quo mox dicemus, aliquantum temporis praecessit: quorum utrumque à Livio lib. 31. & 35. diligenter pertractatum est. Refert autem duos hos versus Agellius libro XVIII. Noctium Atticarum capite IX.

quod in impressis ἀλέθαλον est. Describam tamen quae deficiebant ex Gulielmo Cantero Novar. lect. l. 2. c. 6. qui haec ex vetusto admodum exemplari à blattis, & teneis vendicavit. *In libro veteri, in quo erat oratio M. Caionis de Prolemaeo contra Thermum, sic scriptum fuit. Sed si omnia dolo fecit, omnia avaritiae, atque pecuniae causâ fecit: ejusmodi scelera nefaria, quae neque fanda, neque legenda [fortè infecunda nisi quaequam Caionis hic defint.] audivimus, supplicium pro factis dare oportet. Infecunda quid esset quaeri coeptum. Tum ex his qui alterant, alter litterator fuit, alter litteras sciens: id est [alter] alterum docens, doctus alter. Hi duo inter se dissentiebant. Et grammaticus quidam contendebat. Insequenda enim scribi, inquit, non Insecunda: quoniam Insequens significat, traditumque [fortè quod in Inseque significatur, dictumque] esse Inseque, quasi perge dicere, & Insequere; itaque ab Ennio scriptum his versibus,  
Inseque Musa manu, Romanorum Indu-*

*rator*  
*Quod quisq; in bello gessit cum Rege Philippo.*  
*Alter autem ille eruditior, nihil mendum,*  
*[fortè mendosum] sed rectè atque integrè scri-*  
*ptum esse perseverabat: & Felio Longo, non homini indocto, fidem esse habendam, qui in commentario quod fecisset de usi antiquae le-*  
*ctiois, scripserit, non Inseque legendum apud Ennium, sed Insece: ideoque à veteribus,*

\* Quod queisque in bello gessit cum Rege Philippo.

Annibal audacei dum pectore<sup>a</sup> dehortatur,  
Ne bellum faciam, quem credidit esse meum cor

<sup>a</sup> de me horrat

Idem l. 7.  
c. 2.  
Non. Cor.

quas narrationes dicimus, insectiones esse appellatas. Varronem quoque versus hunc Plauti de Menaechmis,

Nihilominus esse videtur sectius quam somnia,

sic enarras [fortè enarrasse]: nihilo magis narranda esse, quam si ea essent somnia. Haec illi inter se certabant. Ego arbitror & à M. Catone Insecenda, & à Q. Ennio insecidè [fortè insecè] scriptum sine u littera. Ofsendit enim in Bibliotheca Patrensi librum verae [fortè mirae] vetustatis, librum [fortè Livii] Andronici, qui inscriptus est ὁδοσεία, in quo erat versus primus cum hoc verbo sine u littera,

Virum mihi Camoena insecè verutum,  
Factus ex illo Homeri versu. Illic [fortè illi] igitur aetatis, & fidei magnae libro credo. Nam quod in versu Plautino est, sectius quam somnia: nihil in alteras plus argumenti habet. Etiam si veteres autem non insecè, sed Insecè dixerunt: credo quia erat lenius, leniusque, tamen ejusdem sententiae verbum videtur. Nam & sequo. Reliqua verò in impressis sunt legenda. Festus autem ad hunc locum respexit, cum ait, Inseque apud Ennium dic; Insecit dixit. Proferebant enim saepè veteres verba deponentia activorum terminatione, quemadmodum hoc loco Inseque pro Insequere, & alibi eloquo, arguo, opino, vago, execro, & similia.

ANNIBAL AUDACEI] De Syriaco bello hic agi, Cefellius Vindex indicavit, qui in suis Antiquarum lectionum commentariis haec verba Antiochi Asiae Regis esse ait, admirantis quamobrem se Annibal à bello Romanis inferendo dehortetur. Quod quidem apud Historicos non modò meministi haec non legisse, sed contrarium potius. Ita enim apud Livium l. 35. Annibal cum Antiocho loquitur. Pater Amilcar, Antioche, parvum admodum mecum sacrificaret, altaribus admotum jurjurando adegit, nunquam amicum fore Rom.

populi. Sub hoc sacramento sex & XXX. annos militavi, hoc me in pace patriam meam expulit: hoc patria extorrem in tuam regiam adduxit: hoc duce, si tu spem meam destitueris, ubicunque vires, ubi arma esse sciam, inveniam, toto orbe terrarum quaerens aliquos Romanis hostes. Et paulò post. Odi, odioque sum Romanis. Id me verum dicere, pater Amilcar, & Dii testes sunt: proinde cum de bello Romano cogitabis, inter primos amicos Annibalem habeto, si qua res te ad pacem impellet, in id consilium alium, cum quo deliberes, quaerito. Idem etiam in illius vita retulit Plutarchus, & Florus in libro II. Epitomes perstrinxit. Sed cum haec Enniani verbis valdè repugnent, quid in rem dubia affirmem, non habeo; nisi dicam, Annibalem dehortatum esse Antiochum, ne imparibus copiis cum Romanis contenderet. Nam cum Antiochus aliquando suum exercitum barbarico apparatu magnificè instructum, sed minus ad bellandum idoneum Annibali ostendisset, illum haec omnia diligenter intuentem percontatus est, num cae copiae satis sibi viderentur? Cui Annibal, satis sanè censo, quamvis Romani avarissimi sint. Lussit Poenus à re praeter expectationem: nam Antiochus de militum fortitudine sciscitabatur, ille verò de praeda respondit. Cefellius autem perperam existimavit, Ennium hoc loco cor, ut multa alia nomina masculino genere enunciaffe: in quo etiam lapsus est Nonius in libello de Indiscretis generibus. Haec autem carmina interpretatur Cefellius, tanquam Antiochus hoc modo loquatur; Annibal me, ne bellum geram, dehortatur: quod cum facit, quale cor putat me habere, & quam stultum me esse credit, cum id mihi persuadere vult. Quam Cefellii opinionem refellit Agellius libro VII. cap. II.

NE BELLUM FACIAM] Antiquè dictum. Sallu-

Suasorem summum, studiosum robore belli.

--- fatin Vates<sup>a</sup> verant aetate in agunda.

Littora lata sonunt ---

Matronae melos complent, spectare faventeis

<sup>a</sup> verat

Sallustius in historia: Hiero, Rex Syracusanorum bellum fecit.

QUEM CREDIDIT ESSE MEUM COR] Hoc est quem ego credidi. In qua significatione Homerus caeterique optimi Graecae linguae auctores saepè accepserunt. Plautus Aulul. pro ego coepi ait,

Cor meum coepit artem facere ludicram.

Lucretius l. 1. eadem sententiã dixit, credit animus. Sed ibid. iisdem Enniani verbis hunc versum clausit,

Percussit thyrsos laudis spes magna meum cor. Notum quoque est, cor pro ipso animo aliquando intelligi: unde vecordes, excordes, & concordes.

STUDIOSUM ROBORE BELL] Translatio à ligno ad animum. Omne enim, ut ait

Servius, quod forte est, robur vocamus. Hinc Catullus Argonautas appellavit,

Argivae robora pubis.

SATIN VATES VERANT] ἀληθεύουσιν à vero antiquo verbo, & obsoleto. Hinc apud Appuleium Veratrices mulieres dicuntur, quae se vera praedicturas pollicentur.

LITTOA SONUNT] Virgilius Eclog. 6.

ut lituus Hyla, Hyla, omne sonaret.

SPECTARE FAVENTEIS] Servius calamo exaratus, cujus aliàs meminimus, in explicatione loci illius in postremo Georgicorum, Ore fave, ait, Ponitur eadem vox pro velle apud Ennium lib. XIII. Matronae melos complent spectare faventes, id est volentes.

Agell. l. 18.  
c. 2.

Prisc. l. 9.

Scr. in 4.  
Geor.

## EX XIV. ANNALI.

Horrescit teleis exercitus asper a utrinque

Verrunt extemplò placidè mare marmore flavo;

<sup>a</sup> utrinque

Macrob. l. 1.  
6. c. 4.

Agell. lib. 2.  
c. 26.

177 HORRESCIT TELEIS] Rurfus Ennius in Erechtheo,

Arma rigent, horrescunt tela ---

VERRUNT EXTEMPLO] Pulchra translatio à scopis ad remos, à pavimento ad mare. Virgilius l. 3.

Adnixi torquent spumas, & caerulea verunt.

Et lib. 5.

Certatim socii feriunt mare, & aequora verunt.

Catullus,

Caerulea verrentes abiegnis aequora palmis.

Quinque autem hi versus à diversis Auctoribus relati, licet aliter à Poëta dispositi fuerint, tamen hoc modo, quo eos conjunximus, non inconcinne aptati videntur. Utcunque autem sese res habuerit, na.

Caeruleum spumat sale, confertâ rate<sup>a</sup> pulsum.

Prif. l. 5.

a pulsu

navalis pugna hoc loco describitur: sed quaenam fuerit, incertum est; cum nec tempus, nec quibus Ducibus commissa sit, constat.

MARMORE FLAVO] Hunc locum Agellii lib. 2. c. 26. verbis explicabimus, apud quem post multa à M. Frontone de flavi coloris varietate enodata fatetur Phavorinus, se hujusmodi Ennii verba, quae antea minimè intelligebat, illius explanatione intellexisse: additque, *Non enim videbatur, caeruleum mare cum marmore flavo convenire. Sed cum sit flavus color viridi et albo mixtus, pulcherrimè proprus spumas viridis maris flavo marmore appellavit.* Horatius *Tiberim flavum* dixit, Pacuvius *flavas aquas*, & Claudianus in Ruff. *flavas undas*. Mare autem juxta aquarum profunditatem, ventorumque motus, ac variam lucis & tenebrarum admixtionem, diversos videtur colores assumere: nam modò album, modò nigrum, modò caeruleum, modò flavum visitur. Album enim fit cum initio tempestatis paulatim increbrescente vento fluctuat. Unde Maro rerum naturae peritissimus l. 3. Geor.

*Fluctus ut in medio coepit cum albescere ponto Longius*

Albicat etiam cum stratum filet, claraque luce illustratur. Unde in Lucullo Cicero, *Mare illud, quod nunc Favonio nascente purpureum videtur, idem huic nostro videbitur. Nec tamen assentietur, quia nobismet ipsis modò caeruleum videbatur, modò flavum: quodque nunc, quia à sole collucet, albescit, et vibrat, dissimileque est proximo ei continenti.* Cum verò erumpunt venti, & mare horrescit, nigrum apparet; quod adjunctum frequenter Homerus ei tribuit, praefertim verò in III. Ulyssae, ubi, ut fabulae praetextu rei naturam explicaret, inquit, Neptuno nigros tauros in littore immolari: cui deo, utpotè caelesti, alba victima debebatur: quod explicans Interpretas ait, Taurus Neptuno deberi ob maris saevitiam, nigros verò propter eum

colorem, qui ex aquae profunditate fit, Aristoteles autem vult, Austro spirante caeruleum fieri mare, Aquilone verò obscurius. Hinc Maro l. 5.

*fluctusque atros Aquilone secabat.*

Sed Graeci nigrum colorem aliquando cum purpureo confundunt. Auctor magni Etymologici citans illud Homeri, 'Ως δ' ὅτε πορφύρῃ πέλαιος, vocem illam πορφύρῃ exponit μελανίζει. Corinthius ubi agit de Dorica dialecto, τὴν μέλαιναν γὰρ τοῦ σώματος ἐπιφάνειαν, ἥνικα ἀν δὲ ἐκδρομὴν ὑδάτος μελαίνηται, πελίκιον καλοῦσι. Simonides purpureum mare dixit,

*Ἰσχει δέ με πορφυρέας ἄλως ἀμφιταραστομένως ὄρουμαδός.*

Virgilius l. 4. Geor.

*In mare purpureum violentior insluit amnis.* Purpureum mare videtur, cum elati fluctus inclinatione obumbrantur. Cicero, *Quid mare? nonne caeruleum? at ejus unda, cum pulsa est remis, purpurascit, et quidem aqua intumtum quodammodo, et infectum.* Furius Antias,

*Spiritus Eurorum virides cum purpurat undas.*

Propertius lib. 2.

*Qualem purpureis agitavit fluctibus Hellem.* Marmor autem frequenter de mari Poetae intellexerunt. Catullus, *pelagi marmora*, Virgilius lib. 1. Geor.

*Et quando insidum remis impellere marmor conveniat*

CAERULEUM SPUMAT SALE] Homericam imitatio, apud quem saepe ἄλς pro mari legitur: à qua Graeca voce Latina nostra sal originem ducit, ultimâ scilicet litterâ praeposita, vel spiritu illo densò in s converso: quâ etiam ratione Graecas has voces, ἕξ, ἐπὶὰ, ἑρπυλλον, sex, septem, serpyllum pronunciamus. Messala autem, qui de singulis litteris singulos libros edidit, in eo, quod de s agitur, eam non litteram, sed sibilum arbitratus est. Eandem vocem sal pro mari ab illius falsedine multi denique poetae usurparunt. Virg. l. 1. Aen. Labi-

Labitur uncta carina: volat super impetus undas,  
Cum procul adspiciunt hosteis accedere venteis  
Navibu' velivoleis, magno clamore bovantes.

Macr. l. 6. c. 1.  
Idem lib. 6. cap. 5.  
Varr. l. 6. de lin. Lat.

*Vela dabant laeti, et spumas salis aere rucbant.*

Catullus,

*Ipsus amè pedes fluctus salis allidebant.*

Et,

*Tum tremuli salis adversus percurrere in undas.*

Veteres autem diversis generibus id nomen protulerunt. Cum verò jocos significabant, masculinè flectebant. Lucil.

*ore salem expiravit amarum.*

Sallustius eodem genere in propria significatione, *Neque salem, neque alia irritamenta gulae quaevebant.* Flavianus in caularum naturalium libris neutro genere, *Cum sal, aliud pellucidum, aliud inquinatum, aut nigrum.* Item masculinè plurium numero, *Protinus crescunt effossi sales.*

LABITUR UNCTA CARINA] Quoniam modo celerrimum navigii cursum & oratione, & metro ipsis oculis praeclearius objicere poterat; cum ex uno tantum spondeo, & quinque dactylis versum confecerit? quem adeò lubricis, ut ita dicam, dictionibus concinnavit, ut cum navi verba ipsa quodammodo fluere videantur. Idem rursus sui imitatione iisdem numeris, *Labitur uncta carina per aequora cana Celocis.*

VOLAT SUPER IMPETUS UNDA] Translatio ab avibus ad navim. Virgilius hunc locum ita surripuit l. 5.

*sic illam fert impetus ipse volantem.*

Furius Antias Poematis,

*Sicut fulca levis, volitat super aequora classis.* Lucretius lib. 5. & Cicero lib. 2. de Nat. Deor. itidem pro celerrimo caeli motu caeli impetum dixerunt.

HOSTEIS ACCEDERE VENTEIS NAVIBU' VELIVOLEIS] Arguunt haec verba propeperantium hostium celeritatem, qui secundis ventis ferebantur. Observandum hic autem est, sextum casum esse geminatum, quod rarè admodum apud Auctores inve-

nitur. Eodem epitheto Ennius in Andromache,

*Rapit ex alto naveis velivolus.*

Et alibi, ut opinor, Cassandram inducit vaticinantem,

*Saque mari magno classis citâ*

*Textiur, excitiùm examen rapit,*

*Advenit, et fera velivolantibus*

*Navibu' complevit manus littora.*

Non dissimili translatione Hypatus Macedonius in quodam Epigrammate navem πολυπλανέαν ἀνέμων πτερόν appellavit. Livius in Helena id epitheton mari tribuit, utpotè in quo naves velis agantur,

*Tu qui permensus ponti maria alia velivola.*

A quo videtur Lucretius illud sumpsisse l. 5.

*Tum mare velivolom floribat navibu' pandis.*

Et utrunque sequutus Maro l. 1. Aen. *velivolom* quoque mare dixit: quod exponens Servius, ait, *velivolom duas res significat, et quod velis volatur, ut hoc loco, et quod velis volat, ut Ennius, Naveis velivolus: qui et proprie dixit.*

MAGNO CLAMORE BOVANTEIS] Addidimus superiori dimidiato carmini à Macrobio lib. 6. c. 5. relato propter congruam verborum sententiam hoc ex Varrone ejusdem Poetae acroteleution. Clamor enim nautis peculiaris est, non solum cum portum subeunt, ut lactitiae praebeant argumentum, sed etiam cum hostes accedentes aspiciunt, ut illi exterreantur, ipsique pugnandi alacritatem ostendant. Praeterea inter navigandum clamore & cantu remigum labores molestiaeque leniuntur. Quintilianus l. 1. c. 17. de Musica loquens ait, *Atque eam natura ipsa videtur ad tolerandos facilius labores velut muneris nobis dedisse. Siquidem et remiges cantus hortatur; nec solum in his operibus, in quibus plurium conatus praeviente aliquâ jucundâ voce conspirant, sed etiam singulorum fatigatio quamlibet se rudi modulatione solatur.* Virgilius lib. 3. Aen.

○

NAV-

Infit ô civeis! quae me fortuna ferox sic  
Contudit: indigno bello confecit acerbo.  
Nunc est ille dies, quòd gloria maxima sese

Trist. l. 1. r.

Nauticus exoritur vario certamine clamor,  
vel, vario hortamine, ut legit Pontanus.  
Silius libro XI. Virgilianis lineis suum  
hunc versum ita adumbravit,

Nauticus implebat resonantia littora clamor.  
Varro l. 6. de lin. Lat. ubi memorat multa  
ab animalium vocibus in homines trans-  
lata, à bove bovare deductum asserit. Usu  
autem frequentiori recipitur boare à verbo  
Graeco Βοῶν.

INFIT ] Sunt haec Imperatoris verba,  
militum animos praeterita clade dejectos  
ad novi certaminis instaurationem exhor-  
tantis.

O CIVEIS ] Non appellat eos Quirites,  
ut in urbanis concionibus fieri solitum est,  
non milites, aut commilitones, ut in mil-  
itaribus, sed cives: quo nomine benevo-  
lentiam captat; atque innuit, eos non ut  
mercenarios, sed pro communi omnium  
re, quae in discrimine posita erat, dimi-  
carios.

QUAE ME FORTUNA FEROX SIC ] Ex-  
aggerat commiserationis affectum ex de-  
ploratione praeteritae calamitatis. In iis  
autem quae praeter rationem cadunt, ut  
in Periclis concione apud Thucydidem  
habetur, Fortunam accusare solemus. E-  
jus verba sunt, διόπερ καὶ τὴν τύχην, ὅσα  
ἀν παραλόγως ἔμμεν, εἰώθαμεν αἰτιάσθαι.

CONTUDIT ] μεταφορικῶς.

181 INDIGNO BELLO CONFECIT ACERBO ]  
Translatio ab immaturis pomis; quâ fac-  
pius usus est Cicero, & alii quàm pluri-  
mi. Sed ne hîc oratio duobus illis adjun-  
ctis indigno, acerbo, inaniter lascivire vi-  
deatur, legendum est,

quae me fortuna ferox sic

Contudit indigno: & bello confecit acerbo.

Vel, & bello confecit acervos.

Ut ea dictione Imperator maximam suo-  
rum cladem significet. Quod Cicero in  
Catilinam Orat. 2. sic expressit; Cn. Octa-  
vius Cos. armis ex urbe collegam expulsi:

omnis hic locus acervis corporum, & civium  
sanguine redundavit. M. Varro Mysteriis;  
Nascimur enim spissius, quàm emorimur: vix  
duo homines X. mensibus edolatum unum red-  
dunt puerum; contra una pestilentia, hostica  
acies puncto temporis immanes acervos facit.  
Virgilius lib. X.

Ingenteis Rutulae spectabis caedis acervos.

Idem ibidem,

Cum tamen ingenteis Rutulorum linquis a-  
cervos.

Et lib. XI.

ingentem caedis acervorum.

Et, tot fragis acervos.

Silius libro VIII. iisdem verbis, sed ὑπερ-  
βολικότερος,

jam fragis acervos

Deficiunt campi

Catullus,

Cujus iter caesis angustans corporum acervis.

Posteriorem hanc lectionem haud asper-  
nandam existimo, cum mutua v litterae  
cum b cognatione, ac librariorum osci-  
tantia, facillè harum vocum altera in al-  
teram migrare potuerit: ut apud Nonium  
in dictione Amnem, ubi hoc modo le-  
gendus est Attii locus in Epinausimache,

En Scamandriam undam sanctam falso ob-  
texit sanguine:

Atque acervos alta in amni corpore explevi  
hostico.

Gifanius verò priorem versum legit,

Cum Andrum undique salo cinctum obtexit  
sanguine.

NUNC EST ILLE DIES ] Attentio ad con-  
siliium ab opportunitate, quibus verbis Im-  
perator erigit suos in victoriae spem ab  
occasione; quae cum in rebus omnibus  
utilis sit, in bellicis est pernecessaria.

QUOM GLORIA MAXIMA SESE ] Ut ar-  
dentiores militum animos ad pugnam red-  
deret, gloriam proponit, quae sola, ut ait  
Val. Flaccus l. 1. Argon.

animum mentemque perurit.

OSTEN-

Ostendat nobeis, si vivimu' five morimur:  
Omneis occisi, obcensique in nocte serena.

Fest. Ob.

Rumphaea ---

Agell. l. 1. r. c. 25.

a Nobis ostendat sea

OSTENDAT NOBIS ] Ex rebus scilicet  
in hac die summâ cum omnium nostrum  
laude gerendis.

SI VIVIMU' SIVE MORIMUR ] Si pro five.  
Plautus Curcul. Si media nox est, sive pri-  
ma vespere.

OMNEIS OCCISI OBCENSIQUE ] Obcensi,  
pro accensi: ut Idem in Iphigen. Ache-  
runtem obibo pro adibo: Veteres enim, ut  
diximus, frequenter ob pro ad usurpa-  
runt. Cicero lib. 3. Tusc. de Telamone

ex Poëta nostro, ut opinor,  
Quem aspectabant? cuius ob os Graji ora ob-  
vertabant sua?

NOCTE SERENA ] Cicero eodem epi-  
theto in Arato usus est.

RUMPHAEA ] Rumphaea (ait Agellius  
lib. 10. c. 25.) genus ieli est Thraciae natio-  
nis, positumque hoc vocabulum in Q. Ennii  
Annalium libro XIV. Valerius Flaccus l. 6.  
Aequaque nec ferro brevior, nec Rumphaea  
ligno.

EX XV. ANNALI.

Undique conveniunt, vel imber, tela Tribuno.

Macrob. l. 6. c. 3.

In hoc Annali Istricum bellum describi,  
non solum ex his, quae supersunt, car-  
minibus, colligi potest, verum confirmat-  
ur etiam Macrobii auctoritate lib. 6. c. 3.  
Quod bellum Hostius proprio volumine  
complexus est; quemadmodum Naevius  
bellum Punicum, Callisthenes Troicum,  
Polybius Numantinum, Timaeus Siculus  
Pyrrhi Epirotarum Regis, Theopompus  
Philippi. Quod autem hîc Poëta de ea  
pugna loquitur, quam Istri cum Coelio  
Tribuno commiserunt, ex eodem Macro-  
bio liquet; qui asserit, hunc locum ex  
Homero Iliad. π. esse translatum, ubi A-  
jaciis pugnam describit,

Αἴας δ' οὐκέτ' ἔμιμνε, βία ζετο γὰρ βελέεσσι  
Δάρμα μιν ζηνός τε νόος, καὶ τρώες ἀγαυοὶ  
Βάλλοντες, δεινὴν δὲ περὶ κροτάφοισι φά-  
ειν  
Πήληξ βαλλομένη καναχὴν ἔχε, βάλλετο δ'  
αἰεὶ

183

Καὶ φάλαξ εὐποίηθ' ὄδ' ἀριστερὸν ἄμον ἔ-  
καμνε,  
Ἐμπεδον αἰεὶ ἔχων σάκος αἰόλον. οὐδὲ δύ-  
νατο  
Ἄμφ' αὐτῶν πελεμίζαι, ἐρεῖδοντες βελέεσσι  
Αἰεὶ δ' ἀργαλέω ἔχετ' ἀσθματι. καδδὲ οἱ  
ιδεῶς  
Πάντοθεν ἐκ μελέων πολλὸς ἔρρεεν, οὐδὲ πη  
εἶχεν  
Ἄμπνεύσαι πάντη δὲ κκανὸν κικῶ ἔσθρηκτο.  
Virgilius ex Homero, & Ennio haec de  
Turno accepit lib. 9.

Ergo nec clypeo juvenis subsistere tantum,  
Nec dextra valet; obiectis sic undique telis  
Obruitur: strepit assiduo caeva tempora cir-  
cum

Tinnitu galea, & saxis solida aera fatiscunt,  
Discussaeque jubae capiti, nec sufficit umber  
Ictibus, ingeminant hastis, & Troes, & ipse  
Fulmineus Mnesticus: tum toto corpore sudor  
Liquitur, & piceam (nec respirare potestas)  
O 2 Flu-

<sup>a</sup> Configunt parmam, tinnit hastilibus umbo,  
<sup>b</sup> Aeratae fonitant galeae: sed nec pote quisquam,  
 Undique nitendo corpus discerpere ferro.  
 Semper abundanteis hastas frangitque, quatitque,  
 Totum sudor habet corpus, multumque laborat:  
 Nec respirandi fit copia praepete ferro.  
 Istri tela manu jacienteis sollicitabant.  
 Occumbunt multi leto, ferroque lapique  
 Aut intra moeros, aut extra praecipe casu.

<sup>a</sup> Configunt <sup>b</sup> Aerato sonitu

*Flumen agit, fessos quatit aeger anhelitus artus.*  
 Stautius verò aliquantò remissiùs ita Tydeum  
 pugná defatigatum describit lib. 2. Theb.

at tamen illi

*Membra negant, lassusque ferit praecordia sanguis.*

*Fam sublata manus cassos desertur in ictus;*  
*Tardatque gradus, clypeum non sustinet umbo*

*Mutatum spoliis, gelidus cadit imber anhele*  
*Pectore, tum crines ardentiaque ora cruentis*  
*Roribus, & tetra morientium aspergine manant.*

CONFIGUNT PARMAM, TINNIT HASTILIBUS UMBO] Ennius alibi,  
*Tum clupei resonant, & ferrei stridet acumen.*  
 AERATAE SONITANT GALEAE] Virgilius lib. 2. Aen.

tum scuta, cavaeque

*Dant sonitum fluctu galeae*

SEMPER ABUNDANTEIS HASTAS] Velut imber defluentes.

TOTUM SUDOR HABET CORPUS] Sudoris copia immensum laborem, pertinacemque conatum designat. Praeclarius Maro hanc sententiam explicavit l. 5.

sudor fluit undique rivis.

NEC RESPIRANDI FIT COPIA] Pugna adeò absque ulla temporis intermissione incaluit, ut ne respirandi quidem Tribuno spatium daretur. Virgilius diversis sanè verbis idem paenè extulit lib. 5.

184 *Nec mora nec requies*  
 Cicero Philip. 8. *Ne punctum quidem temporis oppugnatio respiravit.*

PRÆPETE FERRO] Inguentibus in eum telis. Translatio à veloci avium volatu. Suetivus lib. V.

volucrumque volatile telum.

Unde Virgilius l. 4. Aen.

volatile ferrum.

ISTRI TELA MANU JACIENTEIS] Amplificat Istrorum saevientium rabiem. Virgilius X.

Tela manu jaciunt

Lucretius lib. I.

jaciatque volatile telum.

Cajus libro I. ad legem XII. Tabularum ait, *Telum vulgò quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur; sed nunc omne significatur quod mittitur manu.*

SOLLICITABANT] Propriam hujus verbì significationem Festus indicat. Virg. l. 12.

nequicquam spicula dextra

Sollicitat

OCCUMBUNT MULTI LETO FERROQUE] Materia pro re ex ea confecta.

LAPIQ.] Priscianus libro 6. citat ex XV. Annali hunc versum, ubi ostendit Veturustissimos *lapi* pro *lapide* dixisse à genitivo lapis: apud quem rursus libro eodem idem versus & alter ex XVII. afferuntur; quo loco observat, *praecipe* pro *praecipite* esse usurpatum. Sed illos ob sensus concinnitatem hic locare maluimus. Quod verò Ennius dixit, *Occumbunt leto*; Cicero lib. I. Tusc. Livius lib. I. ab Urb. con. & Virgilius lib. 2. Aen. *morte, & morti occumbere* dixerunt.

AUT INTRA MOEROS AUT EXTRA] Horatius

Malos defendunt, fiunt tabulata, falaeque

Non. Falae.

Arqus ubi <sup>a</sup> adspicitur, mortalibu' quae perhibetur. Prisc. lib. 6.

<sup>a</sup> adspiciunt

ratiùs lib. I. Epist.

*Iliacos intra muros peccatur, & extra.*  
 Refert etiam Macrobius l. 6. c. 2. Ennium in hoc Annali de duobus Istris loqui, qui in obsidione è porta erumpentes, hostibus maximam plagam intulerunt; atque illum Virgilius locum de Pandaro & Bitia portas aperientibus hinc esse depromptum. Ego verò existimo, Virgilium in eo loco non Ennium modò, verum etiam Homerum esse imitatum; qui hoc ipsum his verbis explicavit Iliad. μ.

ἐν δὲ πόλει δὲ ἀνέρας εὖρον ἀρίστους  
 Ἰλιάς ὑπερβύτους λαπιθάων αἰχμητάων  
 τὸν μὲν περικύβου δία κρατερὸν πολυποίτην,  
 τὸν δὲ λεοντήα βροτολογία ἴσον Ἀργεί.  
 τὸ μὲν ἄρα προπάροιθε πυλάων ὑψηλάων  
 ἔστρωσαν, ὡς ὅτε τὸ δρῦες οὐρεσιν ὑψηλάων  
 γοί.

Αἶψ' ἀνεμὸν μίμνονσι, καὶ ὑετὸν ἡμαστὶ πάν-  
 τα,

Ἰλιζήσιν μεγάλησι διηνεκέεσσ' ἀραιύσαι.

185 Addam & Virgilius locum l. 9. ut ex utriusque Poëtae versibus, quales Enniani fuerint, aliqua ex parte jncipi possit,  
*Pandarus, & Bitias Idaeo Alcanore creti,*  
*Quos Jovis eduxit luco silvestris Hiera,*  
*Abietibus juvenes patriis, & montibus aequos;*

*Portam, quae Ducis imperio commissa, recludunt;*

*Freti armis: utroque invitant moenibus hostem.*

MALOS DEFINDUNT] Hoc est, arbores in malorum usum decidunt. Quin & ipsi mali, ut apud Papinianum libro XIX. Responsorum, Hermogenianum libro II. Juris Epitom. & Julianum libro LXXXVI. Digest. arbores appellantur. A Graecis verò παρὰ τὸ σῆμαι hoc est ab erigendo ἰσὺς appellatur; cujus sex partes memorat Eratosthenes in Architectonico, hoc est, πτέρνη, θωράκιοι, ἡλακίατη, καρχῆσιοι, καιραία, ἰκρίον.

FIUNT TABULATA, FALAEQ.] Falae sunt turres lignae, ut ait Nonius; indeque falarica (quod telum erat maximum) à falis, unde torqueretur, appellata. Sed apud Pompejum Falae ab altitudine à falando dictae sunt, quod apud Etruscos caelum significat.

ARQVUS UBI ADSPICITUR] Iridem intelligit, quae plerumque post tempestatem apparere solet. *Arquum*, non *Arcum* Nonii auctoritate scripsimus; qui ait, *Arqus suspensus fornix appellatur, Arqus non nisi qui in caelo apparet, quem Irim poëtae dixerunt.*

## EX XVI. ANNALI.

**T**UM <sup>a</sup> cava sub montem <sup>b</sup> latè specus intu' <sup>c</sup> patebat. Prisc. l. 5.  
<sup>a</sup> caussa, casu <sup>b</sup> altè, altae <sup>c</sup> patebant.

186 TUM CAVA SUB MONTEM LATE SPECUS INTU' PATEBAT] Hoc versu videtur Maro suum illum obtexisse lib. 8.

*At specus, & Caci detecta apparuit ingens Regia*

Servius exponens illud Virgilius lib. 6. *Hic specus*



a Postremae longinqua dies b confecerit aetas.

Aestatem autumnus sequitur, post acer hiemps.

Navorum imperium fervare est insuperantum.

a Postremò b cum fecerit

Agell. l. 9; c. 14.

Prisc. l. 5. Ser. lib. 6. Aen.

Fest. Navorum

specus horrendum, ait, hoc nomen apud majores trium generum fuisse; & Horatium masculino genere posuisse, Ennium verò feminino, hunc fortasse locum inuenens. Sed & specia praeterea alii dixerunt. Cato, specia opposita, quò aqua devia abiret. In Festo habetur hic versus in specus Tum casu sub monte altae specus intus patebant.

187 Virgilius idem Epitheton speluncae tribuit lib. 6.

Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatus. Nonius eundem versum ita refert ex XVII. Annali,

Concava sub montis late specus intus patebat. Utcunque tamen sive cava, sive alta, legatur, Poeta per Metalepsin ingentem specus magnitudinem intellexit.

POSTREMAE LONGINQA DIES CONFECERIT AETAS] Antiquo more dies, pro diei. Cicero pro P. Sextio, Equites Romanos daturos illius dies poenas. Sic enim à Cicerone scriptum fuisse Cefellius observavit. Virgilius l. i. Geor.

Libra dies, somnique, paves ubi fecerit horas. Idemque hunc Ennii versum videtur quodammodo imitatus, cum ait l. 3. Aen.

Tantum aevi longinqua valet mutare vetustas.

AESTATEM AUTUMNUS SEQUITUR] Rerum vicissitudinem ostendit. Menander, Χειμῶν μεταλλάξει ραδίως εἰς εὐδίαν. Sed elaboratori verborum lepore Flaccus hunc locum condidit l. 4. Car. Od. 3.

Erigora mitescunt Zephyri, ver proterit aestas

Interitura, simul

Pomifer Autumnus fruges effuderit; et mox Bruma recurrit iners.

Non praetermittam pulcherrimos Q. Smyrnaci versus, quibus continuam rerum varietatem,

atque mutationem eleganter depingit. Ait enim ex labore mortalibus felicitatem, atque opulentiam nasci; Jovemque post saevas ventorum tempestates, ac ingentem hiemis saevitiam, aeri serenitatem inducere; & ex pernicioso, & pestifero morbo salutem, ex bello pacem, temporis quadam vicissitudine prodire,

Ἡ' οὐ πῶ τὸδε οἶδατ' ἀνὰ φρένας, ὡς ἀλεγεινοῖς

Ἀνδράσιν ἐκ καμῶτοιο πέλει θαλίητε, καὶ ἄλβος,

Ἐκ δ' ἀρα λευγαλέων ἀνέμων καὶ χειμῶτος αἰγῶ

Ζεὺς ἐπάγει μερόπεςσι δι' ἡέρας εὐδίου ἡμῶν, Ἐκτ' ὀλοῆς νοῦσοιο πέλει σθένος, ἐκ τε μῶθοιο Εἰρήνην, τὰ δὲ πάντα χρόνῳ μεταμείβεται ἕρ- γω.

Qua de re plura in nostris proverbii. Versus autem hic choerilus est, sive diphilus, cum ei una in fine deficiat syllaba. Sin autem, ut in veteri codice scriptum est, hiems hunc legamus, vel, ut apud Serivium hiems sit, versus integris numeris constat. Sed fortasse melius, ut opinor, Aestatem autumnus sequitur, post acrem hiemem ver.

ut uno versu totius anni contineatur ambitus; & simul alludat Poeta ad Proverbium Ver hiemem sequitur; quo utimur cum significare volumus, lacta tristibus succedere.

ACER HIEMPS] Horatius l. i. Car. Od. 4. Solvitur acris hiems

Quae vox, si ab ἦω originem ducit, per y scribenda est, refragantibus vetustissimis libris, in quibus hiems, & hiemps, per i, legitur; cujus etymon Varro l. 5. de lin. Lat. ab hiatu deducit.

INSUPERANTUM] Insuperantum, vel Endoperantum legendum est, ut rectè monet Sca-

a Quod ubi Rex paullo spexit de b contibu' celsis.

Quò resapsa loco sese ostentatque, jubetque

Primu' fenex Bradyn, regimen bellique peritus.

Ingenio fortei dextra latus pertudit hasta.

Non in sperando c cupide rem prodere summam Spero, si speres quicquam prodesse d potis sunt.

a Quos b cortibus vel pontibus, vel montibus c cupidi d vetus cod. unica dict. potissunt

Idem Spicit.

Idem Sar.

Idem Regiment.

Prisc. l. 10.

Fest. Prodit. Idem Spero.

Scaliger: quorum verborum sensus est, fortium, & navorum, Imperantium esse, partum imperium conservare. Unde vulgatum illud, Non minor est virtus, quam quaerere, parta tueri.

QUOD UBI REX PAULO SPEXIT] Hic locus apud Festum planè corruptus est. Scaliger putat, verba illa, quae Varro in V. de lingua Latina adducit ex Ennio, Vos epulo postquam spexit, huc pertinere, & hoc modo legenda esse,

Quos ubi Rex pullos spexit de contibu' celsis. Cujus quidem sententiae libenter adhaereo. Nam addit Varro, Et quod in auspiciis distributum est; qui habeant speculationem, qui non habeant, et quod in auguriis augures dicunt, avem specere. Loquebatur fortè de tripudio solistimo, quod fiebat ex offis, quae pullis dabantur. De quo in libris de Divinatione Cicero quaedam attingit. Itaque ex vos quos, & ex epulo pullos fecit Scaliger. Pomponius Laetus legebat hunc versum,

Quos ubi Rex ultro spexit de montibu' celsis. In antiquo Festi exemplari ita mutilus habetur,

Quos ubi Rex . . . ulo spexit de contibu' celsis.

Quae rima aliquibus visa est voce sedulo, vel paulo, expleri posse.

QUO RESAPSA LOCO] Prisca latinitas pro res ipsa. Respexit ad hunc locum Maro, cum dixit l. 2. Aen.

Quò res summa loco Pantheus — Sed hic res pro occasione accipitur, ut apud eundem l. 9.

— nunc ipsa vocat res. PRIMU' SENEX BRADYN] A dignitate personae, vel aetate.

BELLIQUE PERITUS] Thucydides, ἔμπειρος πολέμου. Sallust. lib. I. Histor. Militiae peritus. Rectè quidem belli peritiam, quae longà experientia comparatur, seni tribuit.

NON IN SPERANDO CUPIDE] Admonet, nullo pacto, quae certa sunt, incertae alicujus rei cupiditate in discrimine esse ponenda.

REM PRODERE SUMMAM] Prodere pro perdere, ut ait Pompejus.

SPERO, SI SPERES] Spero scilicet, si tamen aliqua ex parte proficere spes possint. Diximus alibi, speres in plurali pro spes Veteres usurpasse.

POTIS SUNT] Unica dictione potissunt legendum est, ab antiquo verbo potissum. Lucilius,

Munus tamen fungi, et muros servare potissunt.

Catullus, Cur non divitiis Croesum superare potissit? 189

In cujus locum imperitorum audacia, quos antiqui verbi venustas laruit, irrepsit potis sit. Aliqui pro potissum dicunt potessum, & potesse, ut non semel apud Terentium. Passivè verò potestur à Marone dictum est in VIII. & passitur à Sisenna in historiis.

VAGO

Qui a clamor b oppugnantis c vagore volantei. Idem *Vagorem.*  
 Quippe vetusta virum, non est d fat bella e movere. Idem *quippe.*  
 Tunc timido manat ex omni corpore sudor. *Macr. l. 6. c. 1.*  
 Tamen inde volans secum abstulit hasta Idem *ibid.*  
 Insigne ---  
 Concidit, & sonitum simul insuper arma dederunt. Idem *ibid.*

a clamas, vel clamos b op pugnantis c vigore d fatis e moveri

VAGORE VOLANTEI] Festus & Nonius, *vagorem* vagitum interpretantur; & uterque hunc Lucretii versum l. 2. affert,

*Et superantur item, miscetur sumere vagor.*

QUIPPE VETUSTA VIRUM] Carminis huius sensus non est integer; cui haec fortasse, vel similia, defunt verba,

--- *sententia magnam*  
*Quippe vetusta virum: Non est fat bella movere.*

Quam, ut gravissimam, ita expressit Salustius de bello Jugur. *Omne bellum sumi facile, caeterum aegerrime desinere: non in ejusdem potestate initium ejus, & finem esse; incipere cuiusvis etiam ignavo licere, deponi, cum victores velint.*

TUNC TIMIDO MANAT EX OMNI CORPORE SUDOR] Ab accidentibus. Horatius lib. 2. Satyr.

--- *sudor ad imos*

*Manarit talos ---*

Valerius Aedituus,  
*Per pectus miserum manat subito mihi sudor.*  
Observat Macrobius, Ennianum hoc carmen Virgilium esse aemulatum l. 3. Aen.

*Tum gelidus toto manabat corpore sudor.*

Sunt qui Ennii versum legant,  
*Tum timido ex omni manat mihi corpore sudor.*

Sed quam scripsimus, ut veriolem, lectionem retinemus; quamvis ultima in *manat* brevis sit; quod est Ennio perfamiliare.

TAMEN INDE VOLANS SECUM ABSTULIT HASTA] Metaphora ab avibus. Primus Ho-

merus sagittae sensum tribuit, de illa tanquam de ave, loquens,

*Πριμιδης μὲν ἐπειτα κατὰ σῆδος βάλεν ἰῶ  
Ἐάρηκος γύβαλον ἀπὸ δ' ἔπαυτο πιερός δι-  
σός.*

Locus est in N. Iliados, ubi Poëta Helenum facit Menelai pectus sagittâ percipientem, quae tamen inde rejecta avolavit. Andronicus in Odyssæa,

*At celer hasta volans perennavit pectora ferro.*

Lucretius lib. 4.

*Andè fuit multò, quàm lucida tela volarent.*

Virgilius l. 9.

--- *volat Itala cornu,*

Et, --- *volat atri turbinis instar*

*Exiitium atriurum hasta ferens ---*

Silius lib. X.

--- *bis terna spicula dextra*

*Torta volant ---*

SECUM ABSTULIT HASTA INSIGNE] *Insigne* hoc loco intelligitur crista, vel aliquid ejusmodi, quod in cono galeae gestatur. Maro l. 12.

--- *apicem tamen incita summum*

*Hasta tulit, summamque excussit vertice cristam.*

Quod ex Homero Iliad. λ. uterque Poëta 190 accepit,

--- *καὶ ἀμπεκαλὸν προίει δολιχόσκιον ἔγχος,*

*Καὶ βάλεν, οὐδ' ἀφάρμαρτε τιτυσομένοιο κερφαλήσιν.*

*Ἄκρον κακρόρυθα ---*

CONCIDIT, ET SONITUM SIMUL INSUPER ARMA DEDERUNT] Versus ex Homero Iliad δ. translatus.

Reges

Reges per regum statuasque sepulchraque quaerunt: *Macr. l. 6. c. 1.*  
 Aedificant nomen, summa nituntur opum vei.  
 --- interea fax *Idem lib. 6. c. 4.*  
 Occidit, Oceanumque rubra tracti obruit aethra.  
 --- hebem --- *Charif. l. 1.*  
 Nox quando mediis figneis praecineta volabat. *Fest. Quando.*

*Δούπησεν δὲ πεισὼν, ἀράεσσε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ.*

Fulvius Antias in primo Annali,  
*Ille gravi subito devinctus vulnere habenas*  
*Misit equi, lapsusque in humum defluxit, &*  
*armis*

*Reddidit aeratis sonitum ---*

Incertus Poëta apud Varronem,  
*Arma sonant, fremor oritur, nil me increpitan-*  
*tando commoves.*

Virgilius apertiori imitatione l. 10.  
*Corruit in vulnus, sonitum super arma dedere.*

Et lib. 3. Geor.  
--- *si qua sonum procul arma dedere.*

Et lib. 2. Aen.  
--- *sonitum quater arma dedere.*

AEDIFICANT NOMEN] Hoc est propagant ad posterorum memoriam titulis, & inscriptionibus in statuis, & in sepulchris.

SUMMA NITUNTUR OPUM VEI] Virgilius extremo libro,

*Pro se quisque viri summâ nituntur opum vi.*

Ubi observat Servius id Ennianum hemistichium esse.

INTEREA FAX OCCIDIT] Solem intelligit, quod suo lumine mundi tenebras discutiat. Hinc Lucretius l. 5. *rosam Solis fatem;* & vetus quidam Poëta,

*Flammineam per aethram aliè fervidam ferri facem.*

Videtur autem hic igneam naturam Soli tribuere respiciens ad Anaxagorae, Democriti, & Metrodori opinionem, qui eum candens ferrum, aut saxum ignitum esse, existimarent. Virgilius simili translatione lib. 3. Aen. *Phoebaeam lampadem* dixit. Ve-

rùm Ennium non simpliciter facem dixisse arbitror, sed vel, *Solis interea fax,* vel, *caeli interea fax.*

OCEANUMQUE RUBRA TRACTI] Locus corruptus, qui unâ litterâ restitui possit, si *tractim* pro *tracti* reponeretur.

AETHRA] Syncope. Virgilius l. 3. Aen. *Nam neque erant astrorum ignes, nec lucidus aethra*

*Syderea polus ---*  
Sumpta est haec noctis descriptio ex Homeri Iliad. 9.

*Ἐνδ' ἔπειτ' ἀκεανῶν λαμπρὸν φάος ἡελίοιο  
Ἐλκον νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.*

HEBEM] Hebetem. Caper exponens hunc locum ait, Ennium non adjunctivè, sed appellativè, esse loquutum. Caecilius ὑποδοκίματω,

*Subitò rellēs reddent hebem.*

NOX QUANDO MEDIIS SIGNEIS PRAECINCTA VOLABAT] Mediae noctis descriptio per speciem profopoeiae; quam ideo praecinctam dixit, quia, postquam mediâ exactâ viâ ad summum circuli evecta est, inde quasi praecincta velocius in praecipitum fertur. Praecingeta enim eorum proprium est, qui se itineri accingunt, ut expeditius pergant. Hinc praecinctus dicitur qui expeditè iter facit. Horatius l. 1. Saty.

*Hoc iter ignavi divisiſsimus, altius, ac nos, Praecinctis unum: minus est gravis Appia tardè.*

A Graecis praecinctus eadem significatione *εὐζωνος* dicitur. Xenophon libro IV. Paediac; *ὡς δὲ* (inquit) *εὐζωνοί τε καὶ ταχὺ ἐπορεύοντο εὐκότως πολλὰν ὁδὸν διήυσαν.*

VOLABAT] Poëtico figmento Nocti alas p tri-

Insidiantes heic vigilant, partim requiescunt,
Protectei gladiis sub scuteis, ore faventis.

Seri.4. Geor.

tribuit. Virgilius lib. 8.

Nox ruit, & suscit tellurem amplectitur alis.
Aristophanes Grammaticus dissentens de
Chai genealogia in aruici ait, Noctem aris
pennis alatam omnium primùm in vasto
Erebi gremio ovum subventaneum pepe-

cam periphrasticè πτερά νύκτος appellans.

INSIDIANTES HEIC ] Servius Longobar-
dicus explicans cum Virgillii locum in ul-
timo Georgicor. Ore fave, ait, Cum reli-
gione, ac silentio accede: in XVI. Ennius;
Hic insidiantes vigilant, partim requiescunt,
tebri gladiis sub scuteis, ore faventes. Ut au-
tem hi versus numeris constarent, in pri-
mo primam dictionem transposuimus, &
in alterius principio syllabam addidimus.
Sic etiam Virgilius l. 8.

— sentis protecti corpora longis.

EX XVII. ANNALI.

Concurrunt velutei ventei, quom spiritus Austri
Macr. l. 6. c. 2.

CONCURRENT, VELUTEI VENTEI ] Saepè
à ventorum ex adverso erumpentium im-
petu Poetae similitudinem in describenda
pugna desumunt: ut Virgilius l. 2. Aen.
de Trojanorum, Dolopumque exercitu;
qui, ut observat Macrobius l. 6. c. 2. ex
hoc Ennii loco substulit,

Adversis rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt, Zephyrusque Noiusque & laetius
Eois
Eurus equis: strident silvae, saevitque tri-
denti
Spruems, atque imo Nereus ciet aequora
frando.

Sed hoc opinor utrunque Poetam ex pe-
renni Homericò fonte hausisse. Sic enim
ille Iliad. XVI.

Ὡς δ' εὐρύς τε, νότος τ' ἐριθαίνετον ἀλλή-
λοιῖν
Οὐρέος ἐν βήσσης βαδῆνι πελεμιζέμεν ὕλην
Φυγόν τε, μελίην τε, πανύφλοϊόν τε κράνειον,
Αἴτε πρὸς ἀλλήλας ἐβαλοῖν ταναήκεας ὕζεις
Ἥχῃ θεοπεσιή, πῆνταγός δέ τε ἀγγυμεγάν'

Ὡς τρώες, καὶ ἀχαιοὶ ἐπ' ἀλλήλοισι θορόν-
τες

Δηῖον —
Sed quod Homerus pluribus exornavit de
alterno ramorum fragore, fraxini, fagi, &
corni, Virgilius duobus perfrinxit verbis,
— strident silvae

Rurfus Homerus in IX. ejusdem operis,
Ὡς δ' ἀνεμοὶ δύο πόντον ὄρεινον ἰχθυόεντα
Βορέης καὶ ζέφυρος, τῷ τε θρήκηθεν ἄητον
Ἐλθόντ' ἐξ ἀπίνης, ἀμυδῖς δέ τε κύμα κελαι-
νόν
Κορθεύεται, πολλὸν δὲ παρῆξ ἄλλα φύκος ἔ-
χευεν.

Sed Virgillii comparatio ex X. libro vide-
tur Ennianae similior,

— magno discordes aethere venti
Praelia ceu tollunt, animis, & viribus aequis
Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit.
Anceps pugna diu: stant obnixi omnia con-
tra.
Haud aliter Trojanæ acies, aciesque Latinae
Concurrunt —

Sta:

Imbricitor, Aquiloque suo cum flamine contrà,
Endo marei magno fluctus extollere certant.

a vulg. cod. Inde

Stadius lib. 11. Theb.

Ut notus, & Boreas gemino de cardine mundi,
Hic nive Rhiphaea, Libycis hic pastus arenis,
Bella ciet; clamant amnes, fracta, nubila,
silvae.

Idem elaboratius lib. 8.

Ut ventis, nimbisque, minax, cum solvit ha-
bernas
Juppiter, alternoq; affligit turbine mundum,
Stat caeli diversa acies: nunc fortior Austri,
Nunc Aquilonis hiems, donec pugnant pro-
cella

Aut nimis hic vicit aquis, aut ille sereno.

CUM SPIRITUS AUSTRI ] Hellenismus,
ἢ ἀνοϊὸς ἀνέμου, & δόελλα ἀνέμου, pro
ἀνεμος: quâ figurâ dixit Virgilius Eclog. 3.
sibilus Austri, pro Austro, Propertius, Ze-
phyri aura, pro Zephyro, Lucretius l. 5,
& 6. venti vis, pro ipso vento, & lib. 6.
flamina Cauri, pro Cauro. Itâ quoque
Furius Antias,

Spiritus Euroorum virides cum purpurat un-
das.

Et Attius Philoctete,

Aquilonis stridor gelidas molitur nives.
M. Cato in Oratione dierum dictarum de
Consulatu suo; Postquam Massiliam prae-
terimus, inde omnem classem ventus Ausfer
lenis fert: mare velis florere videres ultra an-
gulum Gallicum.

IMBRICITOR ] A ciendis imbris. Au-
ster enim semper ferè pluvias secum affert;
quem multi itâ ab hauriendo appellatum
volunt, quod ob maximam imbrum effu-
sionem aquas è mari haurire videatur. Ad
quod respiciens Naso lib. 1. de Trist. Eleg.
ult. ait,

Euscabatque diem custos Erymantidos ursae,
Aut Hyades saevus hauserat Ausfer aquis.

Quare in plerisque manuscriptis codicibus
apparet Veteres cum aspiratione Haufstrum
scripsisse; quem Orpheus in hym. imbris
generatorem appellavit;

Ἐλθοῖς σὺν νεφέλαις νοτιάς ὁμοεοιο γενέσθ-
χα.

Hinc Ovidius lib. 13. imbriferum Ausfrum
dixit, Horatius & Stadius udum, Virgi-
lius humidum. Ab humore enim, sive hu-
miditate, quae Graecis νοτῖς est, νότος hic
ventus appellatur; quae vox etiam à La-
tinis, tanquam propria, recepta est. Pla-
tus in Mercatore Imbricum appellavit,

Hic Favonius serenus est; istic Ausfer imbri-
cus:

Hic facit tranquillitatem; iste omnes fluctus
conciat.

Unde ab eodem austrati dicti sunt, pluvio
Austro madefacti. Inquit enim,

Austrati ad ignem sedent —
AQUILOQ. SUO CUM FLAMINE CONTRA ]
Nam è regione Austro est oppositus: quod
quidem Homerum rerum omnium peri-
tissimum non laurit; qui naturalem ven-
torum contentionem itâ descripsit Ὀδυσ. 6.
Ἄλλοτε μὲν τε νότος βορέη προδάλισκε θέ-
ρεσθαι,
Ἄλλοτε δ' αὐτ' εὐρος ζεφύρω εἴξασκε διώ-
κειν.

Aquilonem verò propter flatus velocita-
tem à similitudine vehementissimi aquilæ
volatus appellari proditum est: quem
Graeci à tremitu βορέαν dicunt; eumque
Pindarus Pyth. Od. 4. ventorum regem,
& patrem appellavit.

ENDO MAREI MAGNO ] Mare magnum
proprie ab Auctoribus Oceanum appella-
tur, quod terram omnem, caeteraque ma-
ria suo ambitu contineat. De quo ait Isi-
dorus lib. 13. c. 16. Mare magnum est, quod
ab Occasu ex Oceano fuit, & in Meridiem ver-
git, deinde ad Septentrionem tendit. Quod
inde magnum appellatur, quia caetera maria
in comparatione ejus minora sunt. Illud est
& Mediterraneum, quia per mediam terram
usque ad Orientem perfunditur, Europam,
& Africam, Asiamque determinans. Sal-
lust. in Jugurthino, Sed Persae inira Ocea-
num magis: hique alveos navium inverfos
pro tuguriis habuere; quia neque materia in
agris, neque ab Hispanis emendi, aut mu-
tandi

Tollitur in caelum clamor exortus utrifque.

Idem lib. 6.  
c. 1.

Si lucei, si nox, si mox, si jam data sit frux.

Prisc. lib. 6.

--- magna ossa, lacertique,

Macrobius.  
6. c. 1.

Apparent hominei ---

tandi copia erat: mare magnum, & ignara  
lingua commercia prohibebat. Cic. de Som.  
Scipion. Omnis enim terra, quae colitur à  
vobis, angusta verticibus, lateribus latior,  
parva quaedam insula est, circumfusa illo  
mari, quod Atlanticum, quod Magnum,  
quem Oceanum appellatis in Terris: qui ta-  
men tanto nomine quam sit parvus vides. A-  
liquando verò videtur Ennius mare ma-  
gnum pro Mediterraneo intellexisse; apud  
quem Cassandra furore percita vaticinatur,  
Fumque mari magno classis cita  
Texitur ---

Sed hoc loco mare magnum procellosum  
intelligo; sicut Servius in explicatione il-  
lius Maronis lib. 5.

--- dum per mare magnum

Italiam sequimur fugientem ---

In qua etiam significatione Lucretius l. 2.  
Suave mari magno turbantibus aequora ven-  
tis

E terra magnum alterius spectare laborem.

Et rursus ibidem,

Sed quasi naufragiis magnis, multisq; coortis,  
Dissectare solet magnum mare transstra, gu-  
berna.

Idem etiam lib. 3. Hellepontis fauces ita  
appellavit, cum de Xerxe loquens ait,

Ille quoque ipse viam qui quondam per mare  
magnum

Stravit ---

Saepe etiam ornatus causâ eo adjuncto  
Poetae usi sunt. Ennius in Afoto, sive So-  
radico,

Alius in marci vult magno tenere tonsam.

195

Livius Andronicus,

Celsoque ocreis, arvaque patria, mare ma-  
gnum.

Lucilius in Satyr.

Vir mare mittitur magnum, se fluctibus tradit.

Lucretius lib. 6.

Quo minus est mirum, mare non auferere  
magnum.

Prudentius in Diphthocho,

Inius agit vir justus iter, vel per mare ma-  
gnum.

FLUCTUS EXTOLLERE CERTANT] Cùm  
suprà Concurrunt militari verbo usus sit,  
modo nihil à metaphora recedens, subdit  
certant, quo violentum ventorum impe-  
tum, conatumque exprimit.

TOLLITUR IN CAELUM CLAMOR] Hy-  
perbole. Virgilius eadem verba libro XI.  
transcripsit. Idem alibi,

It clamor caelo.

Homerus Iliad. XV.

--- φωνὴ δὲ οἱ αἰθέρ' ἴκωνεν.

Est hoc quidem militare praeceptum: nam,  
ut refert Caesar libro III. de Bello Civili;  
Neque frustra antiquitus institutum est, ut  
signa undique concinerent, clamoremque uni-  
versi tollerent: quibus rebus & hostes terreri,  
& suos incitari existimaverunt.

SI LUCEI SI NOX] Credo, hoc carmi-  
ne nimium sibi Ennium esse blanditum:  
nam summo studio videtur affectasse, ut  
versum XI. dictionibus conficeret. *Lucaei*  
autem adverbialiter hoc loco positum est,  
ut apud Plautum Amphit. Hoc lucei. Ubi  
Sisenna; Quaecumque nomina e littera ab-  
lativo singulari terminantur, i littera finita  
adverbia sunt, ut mani. Nex pro nocte ἀπ-  
χαινός: sicut in lege XII. Tabularum;  
si nox furtum factum eicit, si in alis occi-  
dit, jure caesus esto. Quicunque autem fue-  
rit hujus carminis sensus, placet in eo  
mira temporis gradatio, atque acceleratio.

MAGNA OSSA, LACERTIQ.] Ἀκροτελεύ-  
της hypermetri, quo de industria usus est;  
ut vel ipso numero lacertorum magnitu-  
dinem,

It eques, & plausu cava concutit ungula terram.

Idem Ibid.

--- neque corpora firma

Non. Lon-  
giscere.

Longiscunt quicquam ---

--- potestate pigne sufferré laborem.

Idem Pigne.

Degrumari ferrum ---

Idem Gru-  
mae.

dinem, athleticumque corporis habitum,  
referret. Unde Maro non modò eodem  
numero, sed iisdem etiam Ennianis verbis  
proceram Entelli staturam descripsit l. 5.  
Et magnos membrorum artus, magna ossa,  
lacertosque

Exiit, atque ingens media consistit arena.  
Sed fortasse non injucundum erit pauca  
referre, quae de mira ossium magnitudine  
comperimus. Plegon Trallianus in libro  
περί Σαυμαρίας ait, in Dalmatia spelun-  
cam esse Dianae sacram, in qua multa cor-  
pora conspiciantur, quorum coetae XVI.  
ulnas excedebant. Eumachus ἐν περιηγή-  
σει prodidit, Carthaginenses, cùm fossam  
circum suam provinciam agerent, dum  
terram exhauriant, duo ossa cadavera, ar-  
cis condita reperisse, quorum alterius  
compages longa fuerit XXIV cubitos, al-  
terius XIII. Theopompus Sinopenensis ἐν

196 τῶν περὶ σείσμων refert, in Bosphoro Cim-  
merio repentinâ terrae concussione colli-  
culum quendam dissiluisse; indeque inge-  
ntia ossa tuisse ejecta: quorum compa-  
ges, in morem humani corporis dispositae,  
XXIV cubitorum longitudine erant.  
De qua etiam re multa, quae brevitati  
consulentes praetermittimus, ab Apollo-  
nio Grammatico monstrata prodita sunt:  
qui ob id ea minimè a vero aliena esse  
affirmat: quod natura, initio viribus inge-  
ns, omnia Deorum naturae aemula e-  
ducaverit; deinde progressu temporis  
cùm emarcesceret, naturarum quoque  
quantitates decreverunt: ad quod respe-  
xit Virgilius in extremo primi de Agri-  
cultura,

Scilicet & tempus venit, cùm finibus illis

Agricola incurvo terram molitus aratro,  
Exesa inveniet scabra rubigine pila;  
Aut gravibus rastris galeas pulsabit ina-  
nes;

Grandiaque effossis mirabitur ossa sepulchris.  
Et in XII. idem innuit,

Saxum antiquum, ingens campo qui fortè ja-  
cebat  
Lirnes agro positus, litem ut discerneret ar-  
vis.

Vix illud lecti bis sex cervoice subirent,  
Qualia nunc hominum producit corpora tel-  
lus.

IT EQVES, ET PLAUSU] Observat Ma-  
crobius l. 6. c. 1. hinc illud Virgilius lib. 8.  
emanasse,

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula  
campum.

LONGISCUNT QUICQUAM] Nonius lon-  
giscere longum fieri, vel frangere, inter-  
pretatur.

POTESTATE PIGNE] Locus corruptus;  
quem aliqui emendant pro aetate piget, vel  
pigret: quod minimè approbo, cùm in eo  
tractatu Nonius de nominibus tantum agat,  
quae indiscreta habent genera, non autem  
de verbis.

SUFFERE LABOREM] Lucretius l. 5.  
--- durum suffere laborem.

DEGRUMARI FERRUM] Hoc est gru-  
mam dirigere. Eji autem gruma, ut ex-  
ponit Nonius, mensura quaedam, quâ ste-  
xae viae ad lineam diriguntur. Et hinc de-  
grumari pro in rectum dirigere. Lucilius  
lib. 3. Saty.

--- viamque  
Vis degrumari, ut castris mensor facit o-  
lim.

Non possunt mustare boni, qui a facta labore Militiae enixi peperere ---

Ser.4.Geor.

a tanta

NON POSSUNT MUSSARE BONI] Refer- tur à Servio manuscripto hic Ennii ver- sus cum alterius dimidio, in explicatio- ne loci illius in IV. Georg. Mussant- que oras, hoc modo; Mussant hic mur- murant: quae vox ponitur & in tacendi si-

gnificatione, ut apud Ennium in XVII. Non possunt mussare boni, &c. Addit Idem insuper Mussare interdum poni pro dubitare, ut, --- mustat Rex ipse Latinus Quos generos vocet ---

EX XVIII. ANNALI.

Montibus obstiteis obstantibus, unde oritur nox.

Fest. Obsti- tum.

--- aëre folva

Agell. I. 13. cap. 20.

197 MONTIBUS OBSTITEIS] Neque hic ver- sus, qui ex tanto naufragio superfuit, cer- tum est, an sit ex hoc Annali, an ex XVI. Nam in Festi codicibus inconstanter uter- que numerus habetur. Fortè ad hunc ver- sum in Bucol. respexit Maro, cum dixit Eclog. I.

Majoresque cadunt aliis de montibus um- brae.

Eandem sententiam sic expressit Apollo- nius lib. I.

Αἰδὲ νέον σκοπέλοισιν ὑποσκιάωνται ἄριστοι. AERE FOLVA] Agellius de fulvo colore loquens ait libro II. cap. XXVI. Sicque En- nius in Annalibus fulvo aëre dixit. Idem li- bro XIII. cap. XX. Contra verò idem En- nius in Annali duodevigesimo, aëre folva di- cit, non folvo: non ob ist folum, quod Ho- merus ἀἴρα βαθεῖαν dicit; sed quod hic so- nus (opinor) vocabilius est visus, & amoe- nior. Ex hoc Annali usque ad XL. nihil haecenus reliquum esse comperimus.

EX XL. ANNALI.

Quippe solent Reges omneis in rebu' secundeis.

Fest. Quip- pe.

QUIPPE SOLENT] Variant hoc etiam loco Festi exemplaria. Nam cum facilè I littera in L permutari possit, ambigitur, an hic versus sit ex XL Annali, an ex XI. Quod verò ad sensum attinet, fortalè ad

illud respexit, quod dici solet, prosperos fortuna successus homines insolentes red- dere. Unde Plutarchus de Romulo ait, cum rebus gestis elatum, animoque insolescen- tem, comitatem illam popularem odiofo- domi-

dominatu commutasse: 'Αλλ' ἐπιθεωρήσας τοῖς πράγμασι, καὶ βαρυτέρῳ φρονήματι χρώμενος, ἐξέτατο τοῦ δημοτικοῦ, καὶ πα- ρήλλατ' ἐν εἰς μοναρχίαν ἐπωχέσθ'. Non mi- nus quidem difficilè est in rebus secundis

animo non efferri, quam in adversis non consternari: ideoque inter summas, ac praecipuas animi dotes habetur, utroque tempore, infraeto constantique animo esse.

Q. Ennii Versus aliquot ex incertis Annalium libris.

Interea fugit albu' jubar Hyperioni' cursu.

Pisic. lib. 5.

--- a virosque valenteis

Idem l. 10.

Contudit crudelis hiemps ---

a viresque calenteis

199 INTEREA FUGIT] Chronographia; quam dactylorum celeritate explicavit, ut velo- cissimum Solis cursum numeris imitaretur.

ALBU' JUBAR] Hic observandum, à Ve- teribus jubar masculino genere prolatum; ab aliis verò neutro. Ovidius l. 7. Met.

--- jubar aureus extulerat Sol.

HYPERIONI'] Poetae sacpè Solem, Hyperionem & Hyperionidem vocarunt. Quo nomine, ut Plutarchus in libro de Ho- mero ait, dictus est, ὅτι αἰεὶ ὑπὲρ ἡμᾶς ἰών. Pythagoras autem, ut refert Claudius Tuscus, unitatem hyperionida vocabat, διὰ τὸ πάντων ὑπερῆναι τῆ οὐσίᾳ, ὡς περ καὶ ὁ νοητὸς ἥλιος ὑπὲρ τὰ ὄντα ἐσχε τὸ εἶ- ναι ὑπεριονίδης κέκληται. Hunc autem Hy- perionem Caeli, & Terrae filium fuisse, à plerisque proditum est: ex quo Sol, & Luna nati sunt, & ab eo Sol Hyperionides est denominatus. Quod quidem ἀλληγορι- κῶς perpendens Diodorus lib. 5. ait, ideo Hyperionem Solis, ac Lunae parentem vulgò fuisse habitum, quòd ipse primus Solis, Lunae, caeterorumque astrorum motus, ordinem, conversionemque sum- màm diligentiam observaverit. Ab hoc etiam, quoniam unus ex Titanibus fuit, fertur Sol Titan, & Luna Titanis appellata; de qua Ennius,

Ut tibi Titanis Trivia dederit stirpem libe- rum.

VIROSQUE VALENTEIS] Pierius legit, vi- resque calenteis: sed nescio utrum conje- cturà, an antiquorum codicum auctoritate.

CONTUDIT CRUDELS HIEMPS] Ideò crudelis, nam militum corpora perfringit, & labefactat, praefertim ea, quae duros militiae labores, & incommoda minus perferre consueverint. Quare Aristoteles admonet pueros ineunte aetate frigoribus perferendis assuefaciendos; hoc enim & valetudini, & bellicis obeundis rebus prae- stare: ideoque apud plerasque exteras gen- tes morem increbuisse, ut vel eos in flumen immergerent, vel, ut apud Gallos, brevì ac tenui veste induerent. Ejus verba haec sunt in VII. de Repub. Συμφέρει δὲ εὐθύς καὶ πρὸς τὰ ψύχη συνείξειν ἐκ μικρῶν παι- δων, τοῦτο γὰρ καὶ πρὸς ὑγίειαν, καὶ πρὸς πολε- μικὰς πράξεις εὐχρηστότατον. διὸ παρὰ πολ- λοῖς ἐστὶ τῶν βαρβάρων ἔθος, τοῖς μὲν εἰς πο- τᾶν ἀποβάπτειν τὰ γυγνόμενα ψυχρὸν, τοῖς δὲ σπέπασμα μικρὸν ἀμπιτχέειν οἷον Κελ- τοῖς. Idem de Germanorum ritu confir- mat Caesar in libro VI de bello Gallico; quem Galenus libro I τῶν ὑγιεινῶν, ut planè Scythicum, ac inhumanum detesta- tur, cum tenui cuti frigus inimicissimum sit, ut

a Brundisium polcro praecinctum praepete portu.

Agel. l. 6. c. 6.

Exin per b terras postquam celerissimu' rumor.

Prisc. lib. 7.

c Hispanè, non Romanè memoretis loqui me.

Charif. l. 2.

Sicuti si quis ferat vas vinei dimidiatum.

Agel. lib. 3. c. 14. Varro l. 6. Prob. Silens.

Corpore Tartarino prognata d Paluda virago.

a πιντακίριος b terram c Nostro mane, & Nostro more; Scaliger legit Hispani d palude

ut hoc senariolo testatur etiam Euripid.

Ἰόςχος δὲ λεπτοῦ χρωτὶ πολεμιάτατον.

200 Maro lib. 8. sic Aristotelis locum expressit, cum Numanum Trojanorum mollitiem improbrantem, & Rutulorum egregiam in bello virtutem amplificantem, inducit;

Durum à stirpe genus: natos ad flumina primivm

Desurimus, saevoque gelu duramus, & undis.

De quo etiam more à Catone mentio facta est in Originum libris, & à Varrone in II de gente populi Romani. Hinc Flaccus lib. 3. Car. Od. 2. praecipit, ut robustus puer sub dio vitam condiscat. Poëta igitur noster, ut hiemis inclementiam auget, valentis addidit, quo epitheto ostendit milites non imbecillos, sed ad belli incommoda perferenda asuetos, à frigoris vi, atque magnitudine esse superatos. Homerus,

Ἄλλὰ με χεῖμα δάμναται

Observat hoc loco Priscianus l. 10. in Contulit penultimam esse productam, quam XIV. Annali idem Poëta corripuit,

Contulit, indigno & bello consecit acervos.

BRUNDISIUM POLCRO] Aliqui legunt Brundisium, vel Bryndisium per y, ut in quibusdam numismatis videre est. Ptolemaeus eam urbem Βρυνδέσιον appellat: alii Βρυντίσιον, nam, ut ex Strabone Stephanus, & Etymologici Auctor tradunt, ita nominata est, quod portum ad cervorum cornuum similitudinem habeat. Βρύνδον enim Messapii cervum vocant, & βρυντέσιον, sive βρύντιον, ut in II. linguarum Seleucus docet, cervi caput. Aliis placet ita appellatam à Brendo Hercules filio,

Festus tradit, quosdam Poëtas brevitate causa Brendam appellasse. Civitas est ad Adriam posita, portu celeberrima, in quo, ut ait Strabo l. 6. multi portus uno ore includuntur, qui nullâ fluctuum agitatione turbantur.

PREPETE PORTU] Id est quod nimis facili, ac celeri cursu naves illabuntur, Graecorum exemplo, ut rectè admonuit Scaliger, qui προαλὲς πῶδιον dixerunt. Eadem translatione Poëta quidam,

-- magnus cui prepete mento Perfruit Oceanus. Agellius de Brundisii portu haec ait l. 9. c. 4. Cum à Graecia in Italiam rediremus, & Brundisium iremus, egressique è navi in terram in portu illo insulyto spatia remus, quem Q. Ennius remotiore paullum, sed admodum scito vocabulo praepetem appellavit &c. Portus autem, ut ait Ulpianus libro LXVIII ad Edictum, appellatus est conclusus locus, quod importantur merces, & inde exportantur.

POSTQUAM CELERISSIMU' RUMOR] Famae celeritatem explicat, quam poetice ornamentis illustravit Maro lib. 4. Aen. Mattius in Iliade,

celerissimus advolat Hector.

Charisius l. 1. vocem illam celerissimus barbarissimum esse ait; quâ licentiâ Varro, & Lucretius lib. 1, & 3. parvissimus, dixerunt.

HISPANÈ, NON ROMANÈ] Consulenda sunt quae in XI Annali adnotavimus.

CORPORE TARTARINO] Horribilis προσωπογραφία. Varro ubi hunc auctoris nomine adducit hunc versum, inquit, Tartarino à Tartaro dictum: cui Verrius his verbis ad stipulatur; Tartarino cum dixit

Quoi

Quoi par imber, & ignis, spiritus, & gravi' terra, Quaeque freto cava caeruleo cortina receptat.

Fest. Tartarino. Varro l. 6. Parrhas. de reb. per epist. quacustis. Acron. in li. 2. Epist. Horat.

Quos omneis Erebo perhibent, & nocte creatos.

--- bellum

a Annominatio.

Ennius, pro horrendo, & terribili accipitur, à Tartaro, qui locus est apud inferos. Ferunt Grammatici, Tartarum appellari ἀπὸ τοῦ παράτην, quod apud inferos omnia susque deque ferantur, & conturbentur; vel παρὰ τὸ ταρταρίζω frigore tremo. Ejus loci in Phaedone meminit Plato.

PROGNATA PALUDA VIRAGO] Probus in Eclog. 6. Palude legit. Varro Paluda à paludamentis, pro paludata. Scaliger rectè quidem arbitratur, hanc illam esse, quam apud Maronem l. 7. Juno alloquitur,

Hunc mihi da proprium virgo fata nocte labore.

Nam paullò superius idem Poëta dixerat, Odit & ipse pater Pluton, odere sorores Tartareae monstrum

QUOI PAR IMBER, ET IGNIS, SPIRITUS, ET GRAVI' TERRA] Hoc est, cui personae simile monstrum nulla elementa progignerent. Apertè enim in hoc versu quatuor elementa recensentur.

QUAEQ; FRETO] In Varrone lib. 6. de lin. Lat. hic locus habetur; Apud Ennium, Quaeque caeruleo freto orta nave coepta. Cava cortina dicta, quod est inter caelum, & terram ad similitudinem cortinae Apollinis. Hunc versum Scaliger ex ejusdem scripturae vestigiis, uti scripsimus, emendavit, & prudenter cum superioribus conjunxit: Turnebus verò legit,

Corpore caeruleo cava quae cortina receptat.

CAVA CORTINA] Hujus imitatione dixit Varro, caeli velum, & Lucretius l. 2. & 6. caeli tegmen, & amictum. Porphyrius in Homericis quaestionibus ait, Caelum à Veteribus peplum appellari, tanquam Deorum caelestium amictum: quod, ut videtur, ex antiqua Orphici Theologia sumptum est; qui puellam quandam somniat, rerum omnium, quae gignuntur,

tur, praesidem, telam texentem.

QUOS OMNEIS] Non explicat Parrhasius, unde hunc versum transcripserit; sed ei, utpotè antiquorum Auctorum maxime studioso, fides adhibenda est. Ità igitur ille in epistola quadam ad Antonium Tilesum; Aether, & Dies, eorumque fratres, & sorores ex Erebo, & Noctè creati. Cicero in III. de Natura Deorum. Quos omnes Erebo, & nocte natos ferunt. Ennius,

Quos omnes Erebo, perhibent, & nocte creatos. Solvit enim Cicero Ennii carmen, ejusque numerum ad solutae orationis numeros transfert. Potest etiam hic versus ad Furias referri.

Quare cum antecedentibus quodammodo congruere visus est. Nec refert quòd masculino genere dixerit; Quos omnes Erebo, &c. Nam Virgilius de Alecto inquit l. 7.

Nec dextrae erranti Deus absuit

EREBO] Hesiodus in libro de Deorum Generatione ex Chao prodidit Erebum, & Noctem esse natos,

Ἐκ χάος δ' Ἐρεβός τε, μέλαινά τε νύξ ἐγένοντο.

Ex quibus, ut Idem refert, & Cicero in loco supra memorato repetit, nati sunt Aether, Dies, Amor, Dolus, Metus, Labor, Invidentia, Fatum, Senectus, Mors, Tenebrae, Miseria, Querela, Gratia, Fraus, Pertinacia, Parcae, Hesperides, Somnia; de quibus arbitror nostrum Poëtam intellexisse: nam postquam hos Cicero nominavit, perturbatum illum Ennii versum addidit, Quos omnes Erebo, & nocte natos ferunt. At Varro cum Hesiodo non consentit, sed aliorum Graecorum Poëtarum opinionem sequutus Noctem asserit ex Erebo natam, apud quos frequenter νύξ, Ἐρεβὸν legitur. Inde Latinus quidam Poëta, Erebo creata, fuscis crimibus, Nox, te invoco.

BELLUM AEQUIS DE MANIBUS] Livius quam-

Q

Aequis de manibus nox intempesta diremit.

Frugiferai ---

Aquast

Char. I. 1.

Idem I. 2.

quamvis solutâ oratione, magis tamen poetice idem aequo Marte dixit. Acron Horatii interpres eo versu lib. 2. Epist.

Lento Sarmites ad lumina prima duello, ait, Romani quondam pugnaverunt cum hostibus Sarmitibus usque ad noctem, unde Ennius: bellum (inquit) Aequis de manibus, &c.

NOX INTEMPESTA DIREMIT] Ueberius Maro lib. 11.

Continuoque ineant pugnas, & praelia tentent,

Ni roscus fessos jam gurgite Phoebus Hiberno Tingat equos, noctemque die labente reducat. Silius Italicus ad hanc Maronis normam hos suos effinxit lib. 13.

Acritus hoc instans Itali, clausosque satigant: Et ni caeca sinus terras nox conderet airo, Perfractas rabido patuissent milite portas.

Lucanus lib. 4.

Pugna fuit non longa quidem, nam condidit atra

Nox lucem dubiam, pacemque habuere tenebrae.

Cornelius Nepos in Dareis Phrygii versione; Nox, inquit, praelium dirimit. Plautus Amphit.

Sed praelium id tandem diremit nox interuentu suo.

Sallustius de bello Jugur. Denique utrinque nox praelium diremit. Livius l. 7. Nec superfuissent multi, ni nox victoriam magis, quam praelium diremisset. Idem rursus l. 27. Sed nox, incerta victoria, praelium diremit.

FRUGIFERAI] Puto Ennii Hemistichium fuisse terrai frugiferai. Id enim proprium terrae epitheton. Lucanus l. 9.

Pallas frugiferas iussit non laedere terras.

203 Et Lucretius lib. 1. terras frugiferentis, dixit. Atque eò magis ita Ennium scripsisse crediderim, quod Martialis carpens suo-

rum temporum Poetas, nimium antiquum illum dicendi modum affectantes, inquit,

Attonitusque leges terrai frugiferai,

Attius, & quicquid Pacuviusque vomunt.

Repetuntur huiusmodi voces terrai frugiferai in Marcii Vatis carminibus à Livio lib. XXV. relatis, in quibus Livius, ne praeter Latinae historiae consuetudinem profae orationi carmina admisceret, quaedam nullâ habitâ metri ratione, immutavit: eaque denique ita Andreas Alcicius in suos numeros redegit,

Annem Trojugaena Cammam Romane feuge, Ne te alienigenae in campo cogant Diomedis Conseruisse manus pugnando: sed neque credes.

Tu mihi nunc, donec complexis sanguine campum;

Multaque millia caesa tuorum deferat annis In pontum magnum terrai frugiferai, Piscibus, atque avibusque ferisque colentibus terras,

Ut suae esca caro tua: nam mi ita Juppiter orsu'st.

Marcus Claudius Sacerdos in arte Grammatica assertit ex Annalibus Ennii,

& intus aquai frugiferai.

Ubi Amanuensis oscitanter aquai pro terrai posuit, cum, ut diximus, id epitheton propriè terrae conveniat.

AQUAST] apud Charisium lib. 2. ubi haec referuntur, ita est inquinata scriptura, ut nulla apta sententia inde haberi possit. Nam agens de voce Euax, postquam illud Plauti adduxit ex Bacchid.

Euax adpersisti aquam feli nuncio, ait, Ennius quoque Annalium libro Aquast. Puto autem euax legendum, cum de ea interiectione agat.

Q. En-

Q. Ennii alii quidam Hexametri versus non adscripto operis indice, quos majori ex parte ex Annalibus esse putamus.

EXCITA CUM TREMULEIS ANUS ATTULIT ARTIBUS LUMEN, Cic. l. 1. de Divin.

Talia commemorat lacrumans, exterrita somno;

Eurydica prognata, pater quam noster amavit,

Vivens vita meum corpus nunc deserit omne.

Nam me visus homo polcer per amoena salicta

Et ripas raptare, locosque novos. ita sola

α ἀφαρισμός b' artubus c' vires vitaeque corpus meum

211 EXCITA CUM TREMULIS] Vestalis somnium, ut ex Cicerone lib. 1. de Divin. liquet, Poeta narrat. Et quamvis, quae nam haec ex Vestalibus fuerit, non conficit; tamen ex ejusdem Ciceronis verbis Iliam fuisse opinor, apud quem haec habentur. Narrat enim apud Ennium Vestalis illa, ubi fortasse Vestalis Iliam reponendum est: idque eò libentius affirmo, quod omnia ferè huiusmodi verba ad illius historiam quodammodo pertinere videantur; ut, Homo polcer, id est, Mars; Tardaue vestigare, nempe Iliam; utpotè Marte gravis; tibi sunt antegerendae Erummae, ob Patruum in ipsam; & pronepotes saevitiam; post ex fluvio fortuna resistet, nam à fluvio servati pueri terrarum orbis imperium constituerunt. Sed haec omnia conjecturâ tantum nituntur: quae, si absque dubio de Iliam intelligi cognovissem, in I. Annalis initio collocassem. Is enim proprius est huius historiae locus, ut & ibidem ostendi, ac etiam Ovidii auctoritate comprobatur; qui in II. Tristium de Annalium principio intelligens ait,

Sumpserit Annales, nihil est hirsutius illis,

Facta sit unde parens Iliam, nempe leget.

TREMULEIS ANUS ARTIBUS] Ab acciditibus: nam dum calor per aetatem deficit, minuitur sanguis, indeque membra debiliora evadunt, tremoreque occupan-

tur. Scripsimus autem artibus, non artubus, Terentii Scauri auctoritate. Velii Longi autem de hac re haec verba sunt, Nonnulli etiam variè modò per u, modò per i, scripserunt artibus, ut, cum significaret artus, ut arcus, & partus, u littera in dativo servaretur. Cum verò artes, ut arces, & partes, tunc eodem illo casu per i litteram scriberentur. Mihi videtur nimis rusticana futura enunciatio, si per u extulerimus: ita tamen existimo enunciandum, ut nec minus i littera exilis sit, nec u litteram scripseris, enunciationis sono, cum minus plena. At meminimus artis ἑρδοεικίας esse, ut siue hâc, siue illa littera scripseris, enunciationis sonum temperet. Lucretius eodem adjuncto lib. 3.

-- aut quidnam tremulis facere artibus haedi? TALIA COMMÉMORAT LACRUMANS] Virgilius lib. 3. Aen.

Talia fundebat lacrumans EXTERRITA SOMNO] Per objecta in formis visa. Virgilius l. 4. Aen.

--- suspenfam insomnia terrent? NAM ME VISUS HOMO POLCER] Somnii narratio.

PER AMOENA SALICTA] Loca salicibus confita.

LOCOSQUE NOVOS] Virgilius l. 1. Aen.

--- locosque Explorare novos ITA SOLA] Virgilius de Didone l. 4.

Q 2

Sol.

Post illa, germana soror, errare videbar;  
 Tardaue vestigare, & quaerere te, neque posse  
 Corde capeffere: semita nulla pedem stabiliat.  
 Exin compellare pater me voce videtur  
 Heis verbis, ò gnata, tibi sunt antegerendae  
 Erumnae; pòst ex fluvio fortuna resistet.  
 Haec pater ecfatus, germana repentè recessit:  
 a Nec sese dedit in conspectum corde cupitus.  
 Quamquam multa manus ad caeli caerula templa  
 Tendebam lacrumans, & blanda voce vocabam.

a κατπαμισμός

Sola sibi semper longam incomitata videtur  
 Ire viam —

POST ILLA] Veteres elegantissimè post  
 illa pro postea dixerunt. M. Cato in Ori-  
 gin. loquens de insigni Q. Ceditii Tribu-  
 ni militum animi magnitudine ait; *Eum-  
 que inter mortuos defatigatum vulneribus, at-  
 que spirantem, quòd sanguen defluserat, co-  
 gnovère; eumque substulère: isque convalescit,  
 saepe post illa operam Reip. fortem, atque  
 strenuam perhibuit.* Plautinus Epigonus in  
 Sticho

Post illa jam iste est tranquillus tibi.

GERMANA SOROR] Affectus à generis  
 propinquitate. Virgilius l. 4. Aen. *Anna  
 soror.*

ERRARE] In silvae solitudine vagari.

SEMITA NULLA PEDEM STABILIBAT]   
 Nam huc illuc incerta, palansque vaga-  
 batur.

COMPPELLARE VOCE] Pleonasmus. Maro  
 lib. 5.

Rectorem navis compellat voce Meroetem.

HAEC PATER ECFATUS, GERMANA RE-  
 PENTÈ RECESSIT] Virgilius de Creusa Ae-  
 neae apparente l. 2. Aen.

Haec ubi dicta dedit, lacrimantem & multa  
 volentem

Dicere, deseruit; tenuesque recessit in auras.

CORDE CUPITUS] Catullus;

Ut si quidquam animo tuo cupisti.

QUAMQUAM MULTA MANUS] Enallage,  
 213 sive heterosis nominis pro adverbio. Tale

est illud Virgillii lib. 4. Aen.

*Multa Jovem manibus supplex orasse supinis*  
 Item lib. 3. Aen.

*Multa Deos, aurasque pater testatur inanes,*  
 pro multum. Eodem etiam modo dixit Lu-  
 cretius lib. 2. *crebra revisit*, pro crebro. Nec  
 dubium est, quin Latini Poëtae id lo-  
 quendi genus è Graecis imitati sint, qui  
 saepe πολλά pro πολὺν, & πολλάνισ usur-  
 parunt. Homerus Ὀδύσ. δ.

πολλὰ θεῶν γονούμενος.

AD CAELI CAERULA TEMPLA] Plura ad  
 hunc locum spectantia in primo libro ex-  
 plicavimus.

TENDEBAM] A corporis gestu, hoc est  
 manuum elevatione, quae precantium pro-  
 pria est, & affectus magnitudinem ostendit.  
 Homerus Ὀδύσ. α.

*Εὐχετο χεῖρ' ὀρέγων εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα.*  
 Apollonius Rhodius l. 1. Arg. ex quo En-  
 nium non modò sententiam, sed & dictio-  
 nem illam multa videtur extulisse.

αἱ δὲ γυναῖκες

Πολλὰ μάλ' ἀθανάτοισιν εἰς αἰθέρα χεῖρας  
 ἔειπεν.

Quod tam saepe à Virgilio, caeterisque  
 Latinis poëtis repetitur, ut supervacaneum  
 sit referre.

LACRUMANS] Pathos à dolore.

BLANDA VOCE] Virgilius l. 1. Aen.

— blandisque moratur

Vocibus —

Apollonius l. 1. Arg. *Μειλχιόις ἐπέεσσι.*

MR

Vix aegro<sup>a</sup> tum corde meo me somnu' reliquit.

Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo.

Inde patefecit radiis rota candida caelum.

Septingentei sunt paullo plus aut minus anni,

Augusto augurio postquam incluta condita Roma' st

a cum

ME SOMNU' RELIQUIT] Homerus Iliad. ε.

— ὡς ὁ μὲν εἶπ' ἄν

Ἔχ' ἔτ' ἀτοπτάμενος ἐμὲ δὲ γλυκὺς ὕπνος ἀ-  
 νῆχεν.

Virgilius lib. 5.

— nox Aeneam somnu'que reliquit.

Cicero Scipionis somnum claudit, *Ego som-  
 num statim solutus sum.*

HEI MIHI] Docet Servius hunc Ennii  
 esse versum, quem Maro in II. Aeneid.  
 mutuatus est.

INDE PATEFECIT RADIIS ROTA CANDI-  
 DA] Solem περιφραστικῶς intelligit; vide-  
 turque respexisse ad Anaximandri opinio-  
 nem, qui Solem circulum esse dicebat  
 terræ vicies & octies majorem, rotæ cu-  
 ruli similem. Varro Atacinus in Choro-  
 graphia,

*Qua Solis calido nunquam rota serveat igne.*  
 Lucretius lib. 5.

*Hic neque tum Solis rota cerni lumine largo.*  
 Et ibid.

*Nec nimio solis major rota, nec minor ar-  
 dor.*

Seneca Hercule Oetheo Act. 3. Sc. ult.

*Testor nitentis flammæam Phoebi rotam.*

Prudentius Peristephanon,

— *Videtque Solis quod rota circuit.*

Maro de ortu Solis,

*Emicat Oceano Phoebi rota clara relicto.*

Eadem ferè translatione Pythagoras apud  
 Ovidium lib. 15. Solem Dei clypeum ap-  
 pellavit.

SEPTINGENTI SUNT] Varro lib. III. de  
 re rust. haec habet; *Etenim vetustissimum  
 oppidum cum sit traditum Graecum Boeotiae  
 Thebae, quod Rex Ogyges aedificavit: in agro  
 Romano Roma, quam Romulus Rex. Nam*

*in hoc nunc denique est, ut dici possit, non  
 cum Ennius scripsit,*

*Septingentei sunt paullo plus, aut minus annei,  
 Augusto augurio postquam incluta condita  
 Roma' st.*

Quibus verbis Varro vult, Ennium hoc  
 loco hallucinatum ob temporum ignoratio-  
 nem: in qua sententia est etiam Scaliger  
 in sua temporum emendatione. Sed cum  
 tam insigniter lapsus in hujusmodi suppu-  
 tatione videatur Ennius, putandum est,  
 satis negligenter à Veteribus temporum  
 rationem esse habitam: nam primum apud  
 Romanos Varro aetatem patriae, ac tem-  
 porum descriptiones aperuit; quem Flo-  
 rus sequutus in Epitomes initio tradit, à  
 Romulo ad Augustum septingentos annos  
 effluxisse; à quo annorum numero IX. tan-  
 tum annis discrepat Eutropius, unoque  
 amplius Orofius, & Solinus.

AUGUSTO AUGURIO] Romuli augurium  
 intelligit, quod in condenda Urbe habuit.  
 Suetonius autem ubi de Octavio loquens  
 cap. 7. hunc Poëtae versum adducit, ait;  
*Postea C. Caesaris, & deinde Augusti cogno-  
 men assumpsit; alterum testamento majoris  
 avunculi, alterum Murnatii Planci sententia,  
 cum quibusdam censentibus, Romulum ap-  
 pellari oportere, quasi & ipsum conditorem  
 Urbis, praevaluisse, ut Augustus potius, quam  
 Romulus vocaretur; non tantum novo, sed  
 etiam ampliare cognomine: quod loca quoque  
 religiosa, & in quibus auguratio quid conse-  
 cratur, augusta dicantur ab auctu, vel a-  
 vium gestu, gusturae, sicut etiam Ennius do-  
 cet scribens; Augusto augurio &c.* Eadem  
 ferè recenset Dion Cassius libro LIII Ro-  
 manarum historiarum. Festus ait; *Augustus*  
 Q 3 locus.

Serv. lib. 2.  
 Aen.

Isidor. l. 18.  
 c. 36.

Var. 3. de  
 re rust.  
 Suet. in Au-  
 gust. c. 7.



--- forum, Putealque Libonis  
Mandabo ficcis; adimam cantare feveris.

Horat. l. 1. Epist.

Sicut fortis equus, spacio qui a saepe b supremo  
a forte b remenso

Cic. de Senect.

locus sanctus ab avium gustu, id est, quia ab avibus significatus est, sic dicitur: sive ab avium gustatu, quia aves pastae id ratum fecere. Quamobrem ait Ovidius lib. 1. Fast.

Sancta vocant Augusta patres; Augusta vocantur

Templa Sacerdotum rite dicata manu.

Pausanias in Laconicis loquens de templo quodam Augusto dicato ait, Augusti cognomen idem sane pollere, quod Graecorum lingua θεσπίας, id est, Sanctus, & ipsa quasi numinis cujusdam majestate colendus.

CONDITA ROMA'EST] Virg. I. Aen. Romanam condere gentem.

FORUM, PUTEALQUE LIBONIS] Ex ipsis Horatii verbis in Epistola ad Maecenatem lib. 1. videtur is locus ex Ennio esse desumptus; ait enim,

Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma

Profilium dicenda: Forum, Putealque Libonis Mandabo ficcis, adimam cantare feveris,

Hoc simul edixit: &c.

Lambinus existimat verbum illud edixit referri Cratino, Cruquius vero Ennio: negat enim Cratinum Graecum Poëtam de Puteali, atque Libone ullam unquam habuisse notitiam. Quid autem sit Libonis Puteal, plura ab Horatii interpretibus, & Constantino Lando in Numismatum explicatione referuntur. Pomponius autem lib. 13. §. ult. de act. Emp. Puteal putei operculum, quod Graecis est περιόμιον, interpretatur.

SICCIS] Vinolentos ficcis opposuit Cicero lib. 2, & 4 Acad.

SICUT FORTIS EQUUS] Comparatio ab equo sumpta ex Sophoclis Electra; apud quem Orestes ita ad Paedagogum;

Ωσπερ γάρ ἵππος εὐγενής, καὶ ἡ γέρον Ἐν τοῖσι δεινοῖσι θυμὸν οὐκ ἀπάλλεσσι,

Ἄλλ' ἔρδῃν οὐδ' ἴσησιν. ὠπάρτως δὲ σὺ Ημᾶς τ' ὀτρύνεις, καὶ ντὸς ἐν πρώτοις ἔπη.

Confert Sophocles Paedagogum senem, qui consilio simul, rebusque gerendis sit idoneus, equo generoso, qui, quamvis senio confectus sit, animo tamen in rebus difficillimis, ac periculosis non consternatur, sed aures erigit. Hinc illud extat Adagium, Equus Sophocleus: quod de iis dicitur, qui licet effoeto jam corpore, senioque imbecilli languent; animo tamen, juvenili quodam robore vigent. Philostratus Damianum Sophistam Sophocleo equo comparavit: nam cum propter ingravescentem acetatem segnis videretur, in studiis tamen se virum in dies praebebat. Ejus verba sunt; Εἶδον δὲ ἄνδρα, παραπλήσιον τῷ Σοφοκλείῳ ἵππῳ. γαστρός γάρ ὑφ' ἡλικίας δοκῶν, νεώτερον ὄρου ἐν ταῖς σπουδαῖς ἀνεκτάτο. Salust. in Catil. Deletis, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat. Idem in IV Histor.

Omnis, quibus aetas senectō corpore, animus militaris erat. Huic equo potest etiam Bucephali senectus comparari, quem Alexander ne nimis laboribus oneraret, ingravescente jam aetate, ante praelium, cum aciem lustraret, atque instrueret, aliis vehabatur equis: indeque signo dato in Bucephalum statim transfurans, Martis alcem subibat. Parmenides apud Platonem in libro, qui ipsius Parmenidis nomine est inscriptus, hoc modo se ipsum Ibyceō equo laboribus jam defatigato, atque aetate provecō, comparat; Τὸν μὲν οὖν Παρμενίδην, ἀνάγκη, φάσαι, πείθεσθαι. καί τοι δοκῶμαι τὸ τοῦ Ἰβυκίου ἵππου πεπονθέναι, ὃ ἐκείνος ἀθλητῆ ὄντι, καὶ προσβυτέρῳ, ὑφ' ἡλικίας μέλλοντι ἀγωνιεῖσθαι, καὶ δι' ἐμπειρίαν τρέμοντι τὸ μέλλον, ἑαυτὸν ἀπειμάζων, ἄκων ἔφη καὶ αὐτὸς οὕτω προσβύτης ἀν εἰς τὸν ἔργα ἀναγκάζεσθαι ἵναί. Lambinus

exi-

Vicit Olympia, nunc senio confectu' quiescit.

Moribus antiquis res stat Romana, vireisque.

Idem lib. 6. de Repub.

existimat huc pertinere illos Horatii versus lib. 1. Epist.

Solve senescentem maturè sanus equum, ne Peccet ad extremum ridendus, & illa ducat. Homerus ab equo victore hoc modo similitudinem sumplit Iliad. χ.

ὡς θ' ἵππος ἀεθλοφόρος σὺν ἄρξεσθιν. Ὅς ῥά τε ῥεῖα δέησι νικαινόμενος πεδίοιο. Fortis vero, ut exponit Nonius, celer significat. Lucretius l. 3.

Consimile in cur su possint, ac fortis equi vis? Virgilius l. 9.

quid tam egregium, si femina forti Fedit equo?

VICIT OLYMPIA] Laudat Pindarus Ceterum Hieronis equum, quo Olympicam victoriam adeptus est. Nec ulla major laus equo tribui poterat, quam victorem in Olympicis celebrari. Quapropter Virgilius eandem, ut summam, equo laudem adscripsit, cum ait l. 3. Geor.

Hic vel ad Elei meias, & maxima campi Sudabit spatia, & spumas ager ore cruentas.

NUNC SENIO CONFECTU' QUIESCIT] Catullus de Phasello commutatis vocibus simile quiddam expressit,

nunc recondita Senet quiete

Plutarchus in libello, An seni sit administranda Respub. ἵππου γῆρας, ut vulgatum proverbium refert de iis, qui in juventute praeclaris functi muneribus, ac rebus gloriosè gestis, confecti jam senio, ac extinctâ illâ animi alacritate, quae ad gloriam fomes est, ad humiles abjectasque exercitationes se convertunt.

MORIBUS ANTIQUEIS] Humanas res peioribus in dies moribus labefactatas concidere, id nobis argumento est, quod Scriptores suorum temporum mores semper ferè improbant antiqua tempora, antiquasque virtutes laudant. Plautus Trinumo,

meo modo, & moribus vivito antiquis. Idem Captiveis Parasitum inducit Philopolemm adolescentem laudantem,

Ille demum antiquis adolescens est moribus. Terent. Adelph.

homo antiquâ virtute, ac fide. Concinit his illud Periandri Corinthii, qui admonet antiquis moribus esse utendum, cibus autem recentioribus. Sic autem ait; Τοῖς μὲν νόμοις παλαιοῖς χρᾶ τοῖς δ' ἐράνοις προσφάτοις. Huc videtur respicere illa Phavorini admonitio apud Agellium l. I. cap. X. Vive moribus praeteritis, loquere verbis praesentibus. Idemque admonuit Plautus in Cassignae prologo,

Antiqua opera, & verba cum vobis placent.

Explicat hunc Ennii locum Cicero in V de Rep. his verbis; Quem quidem ille versum vel brevitate, vel veritate, tanquam ex Oraculo mihi quodam effatus esse videtur. Nam neque viri, nisi ita morata civitas fuisset, neque mores, nisi hi viri praesuisent, aut fundare, aut tandem tenere potuissent tantam, & iam juste lateque imperantem Remp. Itaque ante nostram memoriam, ut mos ipse patrius praesantians viros adhibebat, & veterum morem, ac majorum instituta retinebant excellentes viri. Nostra vero aetas, cum Remp. sicut pistoriam accepisset egregiam, sed jam evanescentem vetustate, non modo eam coloribus iisdem, quibus fuerat, renovare neglexit, sed ne id quidem curavit, ut formam saltem ejus, & extrema tanquam lineamenta servaret. Quid enim manet ex antiquis moribus, quibus ille dixit rem stare Romanam? quos ita oblivione obsoletos videmus, ut non modo non colantur, sed etiam ignorentur. Nam de viris quid dicam? Mores enim ipsi interierunt virorum penuria. Cujus tanti mali non modo reddenda ratio nobis, sed etiam, tanquam rei capitis, quodammodo dicenda causa est. Nostris enim vitiis, non casu aliquo Remp. verbo retinemus, reapse vero jam pridem amisimus. M. Antoninus in quadam Epistola ad Praefectum suum, quam Vulcatius Gallicanus in Avidii Cassii vita retulit; Neque enim, inquit, milites regi possunt, nisi in veteri disciplina.

Scio

Egregiè cordatus homo Catus Aeliu' Sextus.

--- postquam discordia tetra

Bellei ferratos posteis, portasque refregit.

Scio enim versum à bono Poëta dictum, & omnibus frequenter, Moribus antiquis res stat, &c. Qui versus refertur etiam à D. August. l. II. de Civitate Dei cap. XXI.

EGREGIÈ CORDATUS HOMO ] Cordatus, prudens. Cicero l. I. Tusc. *Aliis cor ipsum animus videtur: ex quo excordes, vecordes, concordesque dicuntur: & Nascia ille prudens bis Cos. Corculum appellatus, & Egregiè cordatus homo, &c.* Hinc Lucretius lib. 5. de his, qui maximè consilio, ac mente pollebant, dixit,

*Ingenio qui praestabant, & corde vigebant.* Hinc Hispani hodie prudentem *Cuerdo* appellant. Empedocles cordi suffusum sanguinem prudentiae instrumentum esse extimavit, cum cecinit,

*Αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περιμάχδιον ἐστὶ νόημα.* Quem versum in libro de Anima sic transulit Tertullianus,

*Nanque hominis sanguis circumcordialis est sensus.*

Et Chalcidius in Platonis Timaeo ait, sanguine cordis nostrum vigere intellectum. Hinc videtur fluxisse illud quod passim dici solet, Homines corde sapere, splane ridere, felle irasci, & jecore amare.

CATUS AELIU' SEXTUS ] Catus Sabina vox est, quae acutum significat, ut ex Varro l. 6. de lin. Lat. accepimus: qui, ut eam significationem auctoritate confirmaret, extremam hanc carminis partem profert, & deinde addit; *Catus, non, ut ajunt, sapiens, sed acutus, & quod est, tunc capis memorari. Simul catus dicta accipienda acuta dicta.* Plautus Poenulo, *Docte, cordate, & caute*; id est callidè, & prudenter. Idem Epidico, *Dederim vobis consilium catum.* Cicero etiam eandem vocem eadem significatione in lib. I. de Legibus videtur accepisse. Horatius l. 2. Epist.

*Post haec ille catus, quantum vis rusticus, ibit.* Septimius Serenus,

Idem de Orat. lib. 1.  
Horat. l. 1. Satyr.  
Ser. lib. 7. Aen.

*Jane Pater, Jane tuens dive, biceps, bisformis, O Cate rerum Sator, ô principium Deorum.* 218

Plinius lib. 7. c. 31. Catos, & Corculos apud Romanos vult à sapientia cognominatos. Servius Catum ingeniosum exponit, Donatus in Andr. callidum, doctum, ardentem. Uterque à Graecis eam vocem derivant, ille ἀπὸ τοῦ καίσατος, hic κατὰ τὸ καίσιον. Cujus quidem etymionem affert, quoniam ingeniorum igneus vigor esse videtur. Hinc aliqui apud Maronem lib. 1. Aen. *ardentes Tyrios* ingeniosos interpretantur: quibus segnes opponunt, quasi sine igne. Fuit autem hic Sex. Aelius, qui in Capitolinis Tabulis Paetus Catus vocatur, anno ab Urbe condita DLV. cum T. Quinctio Flamminio Consul. Maximus inter omnes illius saeculi jurisperitos habitus est, legesque XII Tabularum est interpretatus, ac propter hanc juris civilis scientiam, ut ait Cicero l. 1. de Orat. sic appellatus à summo Poëta est, *Egregiè cordatus homo &c.* Meminit ejusdem Pomponius libro singulari Enchiridii his verbis; *Sextum Aelium etiam Ennius laudavit, & exstat illius liber, qui inscribitur Tripertita: qui liber veluti cinabula juris continet.*

POSTQUAM DISCORDIA TETRA BELLI FERRATOS POSTEIS ] Jani templi portas intelligit, quae belli tempore patebant, pacis verò clauderentur. Unde ipse Patulcius, & Clusius vocabatur; de quo in Fastis l. 1. Naso,

*Nomina ridebis; modo nanque Patulcius, ilem*

*Et modò sacrificio Clusius ore vocor.*

Haec portas ter clausas fuisse, historiarum proditum est. Primum Numae temporibus, deinde peracto secundo bello Punico, postremò post Attiacas pugnas ab Augusto confectas. Horum autem versuum sublimitatem demonstravit Horatius lib. 2.

Africa

Africa terribili a tremis horrida terra tumultu.

\* Pontibus instratis b conjunxit littora Xerxes;

a tremis b conduxit

Ser. Satyr. 4. afferens, quòd, etsi dissolvantur, tollanturque numeri orationis, tamen majestas conspicietur; ait enim,

*Inveniasque etiam disjecti membra Poëtae.*

Quod non sine magna nostri Poëtae laude dictum videtur. Nam vulgarium Poëtarum metra cum soluta, ac dissipata sunt, non amplius eadem cognoscuntur; haud secus, quam ii, qui, cum in ipso adolescentiae flore formosi videantur, eo deinde dilapso, ita faciem mutant, ut nullo modo dignosci possint. Servius illud Maronis l. 7. explicans,

*Belli ferratos rupis Saturnia postes, Acyrogiam,* inquit, *fecit commutando Ennii versum. Nam ille ait,*

*Belli ferratos postes, portasque refregit.*

Lucretius lib. 6. ferratos rotarum orbes dixit.

AFRICA TERRIBILI TREMIT ] Versus mirà arte editus; in quo rei magnitudinem verbis acquavit: quandoquidem nihil eo rotundius, elegantius, numerosiusve dici poterat. Nam t littera saepe inculcata tremorem exprimit. De qua re ait Varro libro V ad Ciceronem; *Tremuisti, id est, rimuisti. Tremo dictum est à similitudine vocis, quae tunc, cum valde rimetur, apparet.* Littera quoque r, quae crebrò, aut geminata, aut cum aliis consonantibus conjuncta, interstrepit, quam horridam habeat pronunciationem, horroremque & strepitum imitetur, quis non percipit? Quare neque Franciscum Floridum non mirari virum non mediocriter doctum, qui Ennium ob artis inopiam casu versus struxisse asserit in Apolog. de lin. Lat. Cicero lib. III de Oratore ait, hoc loco pro ipsi Aftis sumptam Africam. Et in Oratore, ubi de translatis loquitur; *Quod quamquam transferendo fit, tamen alio modo transulit, cum dixit Ennius, arce, & urbe orba sum: alio modo, si pro patria ar-*

*cem, & urbem discisset; & horridam Africam terribili tremere tumultu cum dicit, pro Aftis immutat Africam.* Hanc figuram, ut idem ait Cicero, Rhetores Hypallagen vocant; quia quasi submutantur verba pro verbis. Grammatici verò Metonymiam, quòd nomina transferantur. Quare Festus inter Metonymiac tropos hunc Ennii locum exempli gratià protulit: in quo notavit, Poëtam id, quod continet, posuisse pro eo, quod continetur. Ennius rursus in III. Satyr. Africam terram dixit,

*testes sunt*

*Latei campej, quos gerit Africa terra politos.* Cujus imitatione Virgilius l. 4. Aen.

*quos Africa terra triumphis*

*Dives alit*

Sed Cicero in Epistola quadam ad Varro nem lib. 9. Epist. proverbii loco videtur hunc versum usurpassè. Sic enim cum eo jocatur; *Itaque non desino apud istos, qui nunc dominantur, coenitare. Quid faciam? Tempori servendum est. Sed ridicula missa; praesertim cum sit nihil, quod rideamus.* *Africa terribili tremis, &c.* Indecorum enim esse innuit, magnis ingruentibus periculis joculari.

HORRIDA ] Vel quòd olim Africa suis viribus metuenda, nunc terribili metu exanimetur; vel quòd ob diuturna bella inculta, & devastata jaceat. In qua significatione de Italia Lucanus dixit libro I,

*Horrida, quòd dumis multosque inarata per annos*

*Hisperia est, desuntque manus poscentibus arvis.*

PONTIBUS INSTRATIS ] Hunc versum, quem praeter Sergium in Aelii Donati commentariis, Terentianus, & Beda absque auctoris nomine referunt, fortasse non malè Ennii esse subolimus; & ob sententiae cognationem cum sequenti conjunximus.

R

Isque

Cic. lib. 3. de Orat.

Serg. in com. Donat.

Isque Hellesponto pontem contendit in alto.

Cum sola est, eadem faciunt longiscere longè.

Varr. lib. 6.

Non. longiscere.

ISQUE HELLESPONTO PONTEM] Proponomasia. De Xerxe Poëtam loqui ex Varro patet: ait enim l. 6. de lin. Lat. Quasi Hellespontum, & clausura: quod Xerxes quondam cum locum clausit. Nam, ut ait Ennius; Isque Hellesponto pontem &c. Mox addit; Nisi ab eo, quod Asiam, & Europam ibi concludit mare, & inter angustias facit Propontidis fauces. Hac de re ab Herodoto in Polymnia haec scripta sunt; "Εστὶ δὲ ἐπὶ τὰ ἄδια ἐξ Ἄβυδου ἐς τὴν ἀπαντίον. καὶ δὴ ἐξευγμένον τοῦ πόρου, ἐπιγεγόμενος χεῖρῶν μὲν μέγας συνέκοψέ τε ἐκείνα πάντα, καὶ διέλυσε. ὡς δ' ἐπύθετο Ζεῦξος, δεινὰ ποιεύμενος, τὸν Ἑλλησποντον ἐκέλευσε τριμοσίας ἐπιπέσθαι μάλιστα πληγῆς, καὶ κατεῖναι ἐς τὸ πέλαγος πεδίων Ζεύγος. Quae Valla sic est interpretatus; Est autem ex Abydo ad ulteriorem continentiem septem stadiorum trajectus, quem pontibus junctum ingens adorta tempestas, & omnia diripuit, atque dissolvit. Quod cum audisset Xerxes indignus ferens, jussit trecenta Hellesponto verbera insiligi, & in ejus pelagus par compedium dimitti. Iocrates in Panegyrico; ὡς τε τῷ στρατοπέδῳ πλεύσται μὲν διὰ τῆς ὑπεύρου πέφυσαι. δὲ διὰ τῆς θαλάττης, τὸν μὲν Ἑλλησποντον Ζεύξας, τὸν δὲ Ἄδια διορύξας. Idem etiam confirmat Maximus Tyrius in sermone, quo de philosophia sine differit; Themistius in Oratione Ἐπὶ τῇ φιλοφροσύνῃ τοῦ αὐτοκράτορος Θεοδοσίου; Dion Chrysostomus in III. de Regno; Aeschines κατὰ Κτησιφ. Cicero in II. de Finib. Lucretius l. 3.

Ille quoque ipse, viam qui quondam per mare magnam

Stravit, iterque dedit legionibus ire per altum,

Ac pedibus falsus docuit superare lacunas, Et contempsit aquis insulians murmur ponti.

Lucanus l. 2.

Tales fama canit tumidum super aequora Xerxem

Construxisse vias, multum cum pontibus ausus, Europamque Asiae, Sesonque admovit Abydo, Incessitque fretum rapidi super Hellesponti, Non Eurum, Zephyrumque timens, cum vela ratesque

In medium deferret Athon

Diodorus libro XI ait, Xerxem, ubi junctum Hellespontum accepit, & montem Athon effossum, illic ex Sardibus profectum per Hellespontum iter fecisse; ut verò Abydum pervenit, copias per pontem in Europam traduxisse. Cujus haec verba sunt; Ζεῦξος δὲ ὡς ἐπύθετο τὸν Ἑλλησποντον ἐξεύχεται, καὶ τὸν Ἄδια διασκάφθαι, προηγὲν ἐν τῶν Σάργεων ἐφ' Ἑλλησποντον τὴν πορείαν ποιούμενος. ὡς δὲ ἦεν εἰς Ἄβυδον, διὰ τοῦ Ζεύγματος τὴν δύναμιν διήγαγεν εἰς τὴν Εὐρώπην. Angustiae autem illae freti fauces, quae sunt inter Sigaeum, & Cherfonefium ab Helle Phryxi sorore, quae ibi submersa est, nomen accepere, ut libro I. Bibliothecae testatur Apollodorus. Ovidius in Epistola Leandri,

Hoc mare cum primum de Virgine nomina mersa

Quae tenet, est nactum, tale fuisse puto.

Est satis amissa locus hic infamis ab Helle,

Utque mihi parcat, nomine crimen habet.

Lucianus more suo fingit Neptunum cum Nerèidibus loquentem angusto illi freto id nominis ob Hellem, quae ibi perierat, indidisse; Τὸ μὲν σεῖον τοῦτο ἐς δ' ἡ πάϊς κατηέχθη, Ἑλλησποντος ἂν αὐτῆς καλεῖσθῶ. Sed Diogenes Laërtius inquit, eos, qui Magorum historiam persecuuti sunt, mendacii Herodotum arguere. Xerxem enim neque in Solem jacula torfisse, ut ille ait, neque mari compedes injecisse: quoniam hi à Magis pro Diis habiti sunt.

CONTENDIT] Fortasse suspendit Virgil.

l. 4. Geor. — suspendit aranea casset.

Et ibid. — nidum suspendat birundo.

PARS

--- pars

Ludicrè jactant, saxa inter se licitantur.

Idem licitari.

--- a quod scis

In volgum volgas, artemque expromis inertem.

Idem vulgavit.

--- fortunas b ecquas coepere latrones

c Inter se memorent

Idem Latrocinari.

Sagas caeruleas therua

--- purpureis gemmavit pampinus uveis.

Charif. l. r.

Quae validè d venit contorta falarica missu.

Non. Falarica.

a quae b quas c interferare d veniunt falarica missa

PARS LUDICRE JACTANT] A distributione. Virgilius l. 1. Aen.

PARS IN FRUSTA SECANT, VERBUSQUE TREMENTIA FIGUNT.

Idem l. 6.

Pars calidos latices, & abena undantia flammis

Expediunt.

SAXA INTER SE LICITANTUR] Hoc est, ut exponit Nonius, congregiuntur, pugnant. Festus, Licitari in mercando, sive pugnando contententes.

IN VOLGUM VOLGAS ARTEMQUE EXPROMIS INERTEM] Versus paronomasiis referius. Varro òνος πρὸς λύγαν; Quare facis, atque in volgum volgas.

FORTUNAS ECQUAS COEPERE LATRONES] Latrones, ut in I. Annali diximus, à Veteribus milites appellati sunt: & hinc latrocinari, ut ait Nonius, pro mercede militare.

INTER SE MEMORENT] Vulgati codices habent interferare, aliqui meliores, inter se memorare. Scaliger autem pro memorare memorent reposuit.

SAGAS COERULEAS THERUA] Locus apud Sospitrum omninò deploratus.

GEMMAVIT PAMPINUS UVEIS] Gemmare vites eleganter Veteres dixerunt, cum verno tempore vitis oculi ad fermentorum nodos gemmarum instar erumpunt. De

hac translatione ait Cicero l. 3. de Orat. Nam gemmare vites, luxuriam esse in herbis, laetas segetes, etiam rustici dicunt. Quod enim declarari vix verbo proprio potest, id translato cum dictum est, illustrat id, quod intelligi volumus, ejus rei, quam alieno verbo posuimus, similitudo. Quintilianus; Necessestare, ait l. 8. c. 6. rustici dicunt gemmam in vitibus. Eandem etiam oculum vocant, de qua voce ait Demetrius, Consuetudinem aded aptè quaedam tanstulisse, ut ne propriis quidem amplius eguerimus: quare mansit translatio occupans proprii sedem, ut vitis oculus. Philo in libro Quòd Deus sit immutabilis, ait, Et in palmitibus oculi, sicut rustici vocant, connivent tanquam animalium; cujus Graeca haec sunt; Οἷτε ἐν τοῖς κληματαῖσι λεγόμενοι πρὸς τῶν γεωπόνων ὀφθαλμοὶ, καθάπερ ἐν τοῖς ζωοῖς καταμύουσι. Virgilius hunc Poëtae nostri locum quodammodo adumbravit l. 2. Geor.

--- nec motuit surgentes pampinus Aulbos, Sed tradit gemmas

QUAE VALIDE VENIT CONTORTA FALARICA MISSU] Virgilius l. 9.

Sed magnum stridens contorta falarica venit Fulminis acta modo

Est autem Falarica, ut ait Festus, genus teli missile, quo utuntur ex falis, id est, ex locis extructis dimicantes; vel, ut ait Nonius, è turribus lignis. Livius l. 21.

R 2

Fr.

Ut clavum rectum teneam, navinque gubernem.	Ifid. lib. 19. cap. 2.
Multa foro a ponit, & b agea longa repletur.	Idem ibid.
Hortatore bono, priu' quàm jam finibu' termo'ft.	Fest. Termonem.
Labitur uncta carina per acquora cana c celocis.	Ifid. lib. 19. cap. 1.

a ponunt b agiavia agea c celonis

Falarica erat Saguntinis missile telum hastili oblongo, & caetera tereti, praeterquam ad extremum, unde ferrum extabat, id, sicut in pilo, quadratum, stappa circumligabant, linebantque pice: ferrum autem tres in longum habebat pedes, ut cum armis transfigere corpus posset. Sed id maxime, etiam si haesisset in scuto, nec penetrasset in corpus, pavorem faciebat: quod cum medium accensum mitteretur, conceptumque ipso motu multo majorem ignem ferret, arma omitti cogebat, nudumque militem ad insequentes ictus praebat. Falaricae quoque descriptio extat apud Vegetium lib. IV. De re milit. cap. XIX, & Isidorum l. XIII, c. VII. Graecè autem Falarica, ut in veteri Glossario habetur, χειροβαλίστρα dicebatur.

UT CLAVUM RECTUM TENEAM] Clavus est, in quo, ut ait Isidorus l. 9. c. 2. regitur gubernaculum. Sed hic fortasse translatae pro Reipub. administratione positus est. Aeschylus in Septem ad Thebas, Ὅς τις φυλάσσει πρῶτος ἐν πύρρῃ πόλει ὄϊα καὶ ναυῶν, βλέφαρα μὴ κοιμῶν ὄπῳ. Quem locum Plato expressit in Euthydemo. Cicero in Catone majore; Ille autem clavum tenens quietus sequebat in puppi. Item pro Sestio; Qui enim clavum tanti imperii tenere, & gubernacula Reip. tractare in maximo cursu, ac fluctibus posse arbitretur? Et ad Paetum l. 9. Epist. Sedebamus in puppi, clavumque tenebamus; nunc autem vix est in sentina locus. Quintilianus autem pro Ut clavum rectum teneam, Dum clavum legit l. 2. c. 17. & hunc locum, tanquam vulgò jactatum, adducit hoc modo; Nam & gubernator vult salvā navi in portum pervenire. Si tamen tempestate fuerit abreptus, non aded minus erit gubernator, dicetque no-

tum illud; Dum clavum rectum teneam.

MULTA FORO PONIT] Cicero de Senectute; Cum alii malos scandant, alii per foros rursent. Sunt autem fori in navibus, ut ait Sospater l. 1. ubi nautae sedentes navigant. Nec tamen verum est, quod dicit hujusmodi nomen semper plurali numero proferri, cum ex hoc Ennii loco secus appareat: Gn. Gellius autem praeter communem consuetudinem fora navium neutro genere dixit.

ET AGEA LONGA REPLETUR] In Isidoro l. 19. c. 2. agiana legitur, quae, ut ille ait, loca sunt in navi, per quae ad remiges Hortator accedit. Festus viam in navi ageam appellari existimat, quòd in ea maxima quaeque res agi solet; quae explicatio mihi satis longè petita videtur. Vetus Glossarium secundum Scaligeri emendationem habet Agea παγά Ἐνίω ἢ παροδος πλοίου. Impressa autem in hoc loco videtur depravata. Idem Scaliger legit hunc versum,

Multa forom, pontes & ageaque longa repletur.

PER AEQUORA CANA] Pindarus πολιός 223 ἀλλοε.

CELOCIS] Ἐλληνικῶς carinam celocis dixit pro celoce ipsa. In Isidoro malè pro celocis celonis habetur: quae lectio ab omnibus hactenus recepta videtur, qui syllabae quantitate decepti, ut in heroico penultima brevem vitarent, novum navigii nomen excogitarunt. Nec video, cur tam asseveranter Quintianus Stoa, Despaute-rius, Panthaleo, & alii id generis homines affirmet celocis esse tribrachium, cum velocis, & alia hujusmodi penultima producta dicamus. Confirmant autem mediam hujus

Tonfillas rapiunt, configunt littus, aduncas.	Id. l. 19. c. 2. Ser. 6. Aen. ex Capro.
Navibus explebant sese, terrasque replebant.	
--- pilam vix	Scalig. in Fest.
Sol mediam: complere cohum terroribu' caelei.	
Qui vicit non est victor, nisi victu' fatetur.	Ser. in frag. P. Daniel.

hujus dictionis syllabam esse producendam praeter hunc Ennii versum Plautini illi loci in Afinaria, Poenulo, & Captiveis à Nonio relati in capite De genere navigiorum, ac tandem hic M. Varronis Phaedrius ex Satyra, quae Bimarcus est inscripta,

Nautae remiavagam movent celocem.

Meminit celocum, sive κελύτων, ut Graeci dicunt, Agellius l. 10. c. 25. inter navi appellaciones, quas Rhodios invenisse Plinius auctor est l. 7. c. 26. Caelius l. I. historiarum; Sempronius Lilybaeo celocem in Africam mitti visere locum, ubi exercitum exponat. Appulejus in libro de Rep. Qui celocem regere nequit, onerariam petit. Quod iis quidem convenit, qui supra captum aliquid moliantur. Phocas celocem scapham exponit, eamque Grammatici ita à celeritate appellatam fuisse, tradunt.

TONFILLAS RAPIUNT] Tonfilla, ut inquit Isidorus l. 19. c. 2. est uncinus ferreus, vel ligneus, ad quem in littore defixum funes navium illigantur. Verrius autem lib. 19. cap. 2. palum in acumen dolatum esse ait, & cuspidè praeferratum, qui navis religandae causa in littore figitur.

NAVIBUS EXPLEBANT SESE] Hoc est, navibus exinanitis, militibus replebatur littus. Explere enim aliquando minuere est, ut ait Servius illud Maronis l. 6. explicans,

Disce tam, explebo numerum, reddarque tenebris.

TERRASQUE REPLEBANT] Paucis verbis ingentem militum multitudinem designat. Virgilius, ut magnum Cyclopum nume-

rum ostenderet, ait l. 3. Aen.

Et littora complent.

PILAM VIX SOL MEDIAM] Pilam terram appellavit; quae ad similitudinem rotundae illius sphaerulae, quae ludi solet, sphaerica, & globosa est. Varro ἐν τῷ 3ῳ Μενίπῳ; Ille nobilis quondam canis hinc liquit homines omnes in terrae pila. Ovid. VI. Fast.

Terra pilae similis nullo fulmine mixta, Aère subiecto tam grave pendet onus.

COMPLERE COHUM TERRORIBUS CAELEI] Hunc locum Scaligero acceptum referimus, qui eum ex veteri membrana transcripsit. Turnebus autem l. 20. advers. c. 29. eundem, aliquantum sanè diversum, ita ait in antiquissimo Henrici Memmii libro scriptum reperisse, Causa est, quo caelum continetur; unde Ennius,

Vix solum complere cohū terroribus caelei.

Sunt qui cohū cum adspiratione scribendum censent ἀπὸ τοῦ χάους, quod, ut notat Suidas, Aristophanes pro aere in Avibus usurpavit.

QUI VICIT NON EST VICTOR, NISI VICTU' FATETUR] Hoc versu veram animi fortitudinem expressit. Nam ab omni prorsus servitute est immunis, qui quamvis victus sit, nolit vinci, etiam si carnifex urgeat tormenta minitans. Ad hujus loci aemulationem, Vicisti, inquit Turnus apud Maronem, & victum tendere palmas,

Ausonii videre

Eadem non modò sententiā, sed ipsis propemodum Ennianis verbis, Gregorius Nazianzenus in suorum operum initio usus est; Ἡτῆρμαι καὶ τὴν ἡτῆαν ὁμολογῶ. Hic referri potest adagium Herbam dare proeo, quod est, se victum fateri.

Vel tu Dictator, vel equorum, equitumve Magister  
Esto, vel Consol ---

Sed sola terrarum postquam permensa parumper. Idem solum,

Omneis corde patrem praebent, animoque benigno  
<sup>a</sup> Circumfunduntur --- Donat. Pho.  
Scena ult.

Heis pernas succidit iniqua <sup>b</sup> superbia Poeni. Fest. Sup-  
pernati.

Cum magno strepitu Vulcanum ventu' <sup>c</sup> vegetat. Fest. Metro-  
nymia.

Succincti gladiis media regione cracenteis. Idem Cra-  
centes.

Cum <sup>d</sup> faevo obsidio magnus <sup>e</sup> Titana premebat. Non. Obsi-  
dio.

<sup>a</sup> circumfusum <sup>b</sup> supernis <sup>c</sup> vegetat <sup>d</sup> suo <sup>e</sup> Titanum

VEL TU DICTATOR, VEL EQUOR.] 'A-  
ποία.

SED SOLA TERRARUM] Varro libro IV.  
ad Ciceronem ad hunc fortè locum res-  
pexit, cum ait; *igitur terra terra, & ab eo  
poëtae appellarunt summa terrae, quae sola  
teri possunt, sola terrae.* Catullus de Bere-  
cynthia,

*Etiams recente terrae sola sanguine maculans.*  
Lucretius l. 2.

*Nam multis succensa locis ardent sola terrae.*  
Idem l. 5. *Aere solum terrae tractabant --*  
Et ibid.

*Et ferro coepere solum profcindere terrae.*

POSTQUAM PERMENS A PARUMPER] Sta-  
tius libro I. Silvarum,

*Quid durum permensus iter ---*  
De navigatione autem Livius in Helena,

*Tu qui permensus ponti maria alta velivola.*  
Maro l. 3. Aen.

*Nos humidum sub te permensus classibus aequor.*  
Lucretius l. 6.

*Aëra permensus multum camposq; natanteis.*

ANIMOQUE BENIGNO] Virgil. l. 1. Aen.

*--- in primis Regina quietum*

*Accipit in Teucros animum, mentemque be-  
nignam.*

HEIS PERNAS SUCCIDIT] Loquitur for-  
tasse de Cannensi clade, de qua simile

quid protulit Livius lib. 22. *Quosdam &  
jacentes vivos succis feminibus, poplitibus-  
que invenerunt.* A pernis Suppernati dicun-  
tur, ut ait Festus, quibus femina sunt suc-  
cisa in modum stillarum pernarum.

INIQUA SUPERBIA POENI] Annibalem  
*κατ' ἐξοχήν*, vel per ἀντομομασίον intel-  
ligit.

VULCANUM VENTU' VEGETAT] Ventus  
ignem excitarat. Vulcanum enim pro igne  
*μετρονυμιάς* posuit. Plautus Amphitr.

*Quid ambulat tu, qui Vulcanum in cornu con-  
clusum geris?*

Horatius l. 1. Satyr. 5. 225

*Nam vaga per veterem dilapso flamma cu-  
lina*

*Vulcano, summum properabat lambere te-  
ctum.*

Virgilius l. 7.

*--- tum fumida lumine f. b. v. o*  
*Involvi, ac totis Vulcanum spargere testis.*

Turnebus l. 28. Advers. c. 10. legit Ennii  
versum,

*Cum magno strepitu Vulcani ventu' gerit  
rem.*

Et hinc tradit frequentem illam Lucretia-  
nam loquutionem manasse,

*--- natura gerit res.*  
CRACENTEIS] Graciles exponit Festus.  
TAN-

<sup>a</sup> Tantidem quasi foeta canes sine dentibu' latrat. Varro l. 6.

Capitibu' nutanteis pinos, rectosque <sup>b</sup> cupressos. Non. Cu-  
pressus, &  
Agell. l. 13.  
c. 20.

Optuma cum polcreis animeis Romana juvenus. Donat. Pho.

Jam cata signa <sup>c</sup> ferae sonitum dare voce parabant. Var. lib. 6.

<sup>a</sup> Tantundem <sup>b</sup> cupressus <sup>c</sup> ferè

TANTIDEM QUASI FOETA CANES] Com-  
paratio à canibus sumpta, quae partu ex-  
acerbatae ferociores sunt: quemadmodum  
caetera ferè foeta animalia. Unde Ovidius  
l. 13. Met. *foeta truculentior urfa.* Sed pot-  
ius pro *Tantidem quasi, Tantundem quasi*  
legerem. Plaut. Merc. *Nam meo quidem  
animo vetulus decrepitus senex Tantundem est,  
quasi sit signum in pariete pictum.*

CANES] Adnotat Varro l. 6. de lin. Lat.  
Veteres canes pro canis dixisse. Lucilius l.  
1. Satyr. *Irritata canes.*

SINE DENTIBU' LATRAT] Accommoda-  
bat fortasse Poëta hanc comparisonem a-  
licui, qui plus minis, ac jurgiis, quam  
viribus valeret, alludens ad Paroemiam  
*γλώτῃ πολεμίζειν.* Scaliger hanc lectio-  
nem immutavit,

*Tantidem quasi foeta canes sit, dentibu' latrat.*  
Quae si immutanda esset, mallet legi,

*Tantundem quasi foeta cane' accedentibu' la-  
trant.*

CAPITIBU'] Proceleusmaticus. Virgi-  
lius eodem pede aliquando pro dactylo  
usus est, ut in *abietibus, tenuia, parietibus,  
ariste.* Sunt qui arbitrantur his di-  
ctionibus fieri *σύνληψιν*, & sive *u*, sive *i*,  
pro consonante pronunciarum, ità ut per  
comprehensionem quadrissyllabae dictiones  
trissyllabae reddantur.

NUTANTEIS PINOS] Pulcherrimè nuta-  
re, quod hominis proprium est, ad arbo-  
res transtulit. Nec quidem remotà trans-  
latione arborum summitates capita dixit;  
eisque nutandi actum tribuit, cum hac  
animalium structuram, atque opificium  
mirificè referant. Habent enim & radices  
quasi pedes, è quibus caudex, qui & trun-

cus, & stipes dicitur, sursum assurgit:  
unde tanquam brachia rami diffunduntur,  
& inde surculi, quasi digiti. Eas etiam  
oculos habere quis neget? quibus frondes  
pro coma sunt; fibrae pro pilis; humor  
pro sanguine; cortex pro cuti; cui subest  
caro, adeps, ossa, venae, cor, medulla,  
nodi: quos Aristoteles in l. de Plant. ner-  
vis persimiles putavit. Catullus Ennii ae-  
mulatione,

*--- conigeram nutanti vertice pinum.*

Ità duo codices calamo exarati habent;  
vulgati autem *sudanti cortice.* Idem rursus,

*Non sine nutanti platano.*  
Virgilius de quercibus l. 9.

*--- Intonsaque caelo* 226  
*Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.*

Idem l. 2. Aen.  
*Et tremefacta comam concusso vertice nutat.*

Ovidius l. 2. Amor.  
*Dum bene dives ager, dum rami pondere nu-  
tant.*

Enniano huic carmini Maronis illud non  
est dissimile Eclog. 6.

*--- tum rigidas motare cacumina quercus.*

Septimius Serenus pulcherrimè pino bra-  
chia, & trepidationem tribuit,

*Pinea brachia cum trepidant stridentia fla-  
bris.*

OPTUMA CUM POLCREIS ANIMIS] Cum  
praepositionem saepe ornatus causa Anti-  
qui posuere. Catullus,

*--- bona cum bona Nubit alite virgo.*

Et, *Transfer omnia cum bono*  
*Limen aureolos pedes.*

Lucretius l. 1.  
*Molibus incurrens validis cum viribus amnis.*

JAM CATA SIGNA] Acuta.

Ni metus ulla a tenet ritè in virtute quiescunt.

Non. Metus Felt. Recte frante.

--- unus

Surus furum b ferret, tamen defendere c possët.

Idem Surum & Rigido.

\* Quis pater, aut cognatu' volet nos contrà tueri? Adversabontur semper d nos, e nostraque volta.

Var. lib. 6. Non. Voltur.

Quaerunt in scirpo (soliti quod dicere) nodum.

Felt. scirpus Il. l. 17. c. 19.

a tenet tenaci virtute b ferre c possent d vivos, vel vos e voftraque

UNUS SURUS SURUM] Festus in Rigido ait, Item unum surum surus ferre, tamen defendere possunt. Suri autem sunt rustes, & ὀποροισιῶς furculi. Qui sanè locus valdè depravatus est, integriorque habetur apud Eundem in dictione Surum: quibus verbis Poëtam, opinor, locum aded tutum, ac munium describere, ut vel ab uno palo tantùm, aut surculo armato defendi possit.

Clytemnestra apud eundem cum Achille indignata, quòd Iphigeniae filiae nuptias respueret, ait, cum posthac rectis oculis intueri non posse,

οὐ γὰρ ὀρθοῖς ὀμμασιν ὄ' ἔτ' εἶσορᾶ.

Plautinus Juppiter sub Amphitruonis persona cum Alcumena irata colloquens inquit,

te volo uxor colloqui:

Quò te evertisti nunc? ALCUM. ità ingentium meis est,

Inimicos semper oia sum obtuerier.

QUEIS PATER] Quamvis Varro l. 6. de ling. Lat. hujus Carminis Auctorem non referat, tamen ob sequentis Ennii versus sententiam, quae cum hoc mirificè congruit, illius esse conjici potest. Favet huic conjecturae locus ille Sophoclis, qui Ajacem, jam mente compotem inducit, secum querentem, quales oculos Telamoni patri apprensus ostendet? Quomodo ille unquam se nudum intueri sustinebit absque victoriae praemiis apparentem?

AUT COGNATUS] Hoc nomen à Graeca voce συγγενής, originem habere, Paullus asserit in libro sing. de gradibus. Ulpianus autem libro XLVI. ad edictum vult ità appellari, aut quasi esse uno nati, aut secundùm Labeonis sententiam quasi commune nascendi initium habuerint.

Καὶ ποῖον ὄμμα πατρὶ θελάσω φωνεῖς Τελαμωνίη; πῶς με τλήσεται ποτ' εἰσιδεῖν Γυμνὸν φανεῖντα τῶν ἀριστιῶν ἄστερ.

Est praeterea apud Nonium in Porcet. locus Attii in Erigona huic non dissimilis,

Quibus oculis quisque nostram poterit illorum obtui

Voltus, quos jam ab armeis amei porcent? Ità enim naturà comparatum est, ut, aut nullo modo, aut non nisi torvè in illos, quos odio prosequimur, oculorum acies intendatur: unde quos odimus, invisi dicuntur. Nutrix apud Euripidem de Meæac in liberos odio ait,

ADVERSABONTUR SEMPER NOS] Haec non sine indignatione prolata videntur.

QUAERUNT IN SCIRPO] Scirpus, qui à Graecis σχοῖνος λεία dicitur, frutex est à palustri junco non dissimilis, laevore maxime perpolitus, stilo rotundo, nullisque ut arundo, internodiis distincto. Quare enodes scirpos Sidonius dixit in epistola quadam l. i. ad Heronem. Hoc quidem proverbio usi sunt Plautus, Terentius, alique Veteres, cum offendere volebant, aut frustrà aliquid curiosius inquiri; vel cum in re facili, minimeque dubia scrupulus aliquis injiceretur; vel cum in re levi, & nullius ferè momenti, inanis referetur labor: ut apud Lucilium l. i. Sat.

nodum in scirpo insanè facere vulgus. Convenit etiam in eos, qui carpenti, caquod

--- quod minimum est, neque, ut ajunt,

Var. lib. 6.

Mu facere audet ---

Ad genua se prosternunt statim lacrumanteis.

Idid. lib. 2. cap. 1.

Moerenteis, flenteis, lacrumanteis, a ac miserenteis.

Diomed. I. 2. Donat. de Barb. Char. lib. 4. Felt. Sibinam.

b Illuricei restant ficeis, sibineisque fodenteis

Serv. P. Danielis.

Contra c carinam verba atque obfoena profatus.

--- neque me decet hanc carinantibus edere charteis. Idem ibid.

Incedit d veles vulgò e ficilicibu' lateis.

Felt. Sicilicor.

--- decem coclites, ques montibu' summeis

Var. l. 6. de ling. Lat.

a commiseranteis b Illyrici, & Illyrii. c carinanteis d miles e ficilibus

Iumniandique ansam arripiunt, ut apud D. Hieronymum ad Pammachium; Qui inimicus est, etiam in scirpo nodum quaerit: amicus quoque prava recta judicat. Huic adagio simillimum illud est, quod apud nos vulgò circumfertur, In ovo pilum quaerere.

illa mutire verbum, sicut ab hac grunnire, quod Graeci γρῦξιν dicunt, effluxisse: qui cum exprimere volunt, ne minimam quidem voculam ad respondendum esse prolata, communi proverbio dicunt Οὐδὲ γρῦ.

NEQUE, UT AJUNT, MU FACERE AUDET] Lucilium,

AD GENUA SE PROSTERNUNT] Parhos à corporis gestu, quo sibi hostium gratiam in calamitosa fortuna concilient, & ad misericordiam alliciant. Plutarchus in Marcello; προσπίπτουσι αὐτῶ οἱ Σαρακῶσι μετὰ δακρύων δέουνοι τὴν ἔργῃν τὴν εἰς αὐτὸν τοὺς ἀφίεναι τοὺς παρόντας.

Nec laudare hominem, neque mu facere unquam,

MERENTEIS, FLENTEIS] Ὁμοίωπτωτον. Idem, aut similis versus libro IV ad Heren. sic habetur,

Sed fortasse pro mu mut reponendum est. Nam Appulejus lib. II de Proverbiis haec eadem paenè Ennii verba referens ait, Mut non facere audet. Caelius Rhodiginus l. 24. c. 30. mu facere haesitare, aut subvereri, & vix loqui audere interpretatur. Plautus eadem interjectione est usus in Caeco, aut Praedonibus, sed diversà significatione,

Flen teis, ploranteis, lacrumanteis, obestanteis.

Quis tu es, qui ducis me? mu, perii hercle? Afer est.

ILLURICEI RESTANT SICEIS, SIBINEISQ.] Pompejus, Sibinam appellant Illyrici telum venabuli simile. In cuius aliquibus exemplaribus per v Sybinis scriptum est. Apud Graecos utroque modo pro venabulo συξιν, & σιξίνη notatum legimus.

A mu autem videtur τὸ mussare originem habuisse: nam, ut ait Varro, Mussare dicitur est, quod muti non amplius, quam μῦ dicunt, à quo Idem dicit, Ennium nimirum intelligens, Quod minimum est, neque, ut ajunt, μῦ facere audet. Aliqui autem hanc interjectionem Mu canum propriam esse volunt, sicut γρῦ porcorum, & ab

FODENTEIS] Vulnerantes. SICILICIBU' LATEIS] Sicilices, ut idem ait Pompejus, sunt hastarum spicula lata.

DECEM COCLITES] Varronis locus l. 6. de ling. Lat. ità vulgò habetur, Apud Ennium decem Coclites, quos montibus summeis ripes

Ripaeis fodere. ---

Oscitat in campeis caput à cervice revulsum;  
Semanimesque micant oculi, lucemque requirunt.

Ser. lib. 10.  
Aen.

*ripeis sedere. Ab oculo Cocles quasi oculus dicitur, qui unum habet oculum. Quocirca in Curculione est, De Coelitim prospia te esse arbitror: nam hi sunt unoculi.* Hinc *μονόφθαλμος* Charisius Coelitem interpretatur. Turnebus l. i. ex antiqui codicis vestigiis putat in Varrone esse legendum, *scimus Riphacis fodere*. Deinde addit; *Nam ad Riphacis montes incolunt Arimassii unoculi, quos (ut reor) Coelites appellat.* In his quidem montibus huiusmodi hominum genus aurea metalla fodiebant, quae à Gryphis custodiri proditum est. Admonet idem Turnebus, locum illum Plautinae Curculionis, à Varrone relatum, non ad Romanam Coelitim familiam, sed ad Arimassos alludendum. Tzetzes autem de celebri illo Coelite loquens, qui solus Porfennae impetum in Sublicio ponte sustinuit, ait; *Κόκλιος ἐκαλείτο δὲ τῆ πάν Ῥωμαίων γλώσση Ὅτι τὸν ἕνα ὀφθαλμὸν ἀπέθαλε πρὸς μάχην.* Servius in eo Virgilio versu l. 8.

--- *ponem auderet quod vellere Cocles, ait; Et modo Cocles in hoc homine, de quo dicit, proprium est nomen; in aliis appellativum. Nam Iuscos Coelites dixerunt Antiqui. Unde & Cyclopus Coelitas legitur dicitur, quod unum oculum habuisse perhiberentur. Sed magis fortasse verisimile est Cocles potius à κύκλωφ derivari, quam, ut ait Varro, ab oculo cocles, quasi oculus dicitur. Volunt enim Grammatici à dictionibus κύκλος, & ὀφθαλμῶφ, Cyclopus appellari ob orbicularem oculum, quem in fronte habebant: & hinc paucis mutatis à Cyclopus Cocles. Solent enim Latini loco duplicium Graecarum litterarum, quae dictionem terminant, s. subrogare. Eadem ratione Scythae Arimassos eos vocant, qui in Riphacis montibus habitant, unumque oculum in fronte media habent; ab *arimassos*, quod, ut in Thalia refert Herodotus, illorum lingua unum significat, & *scu*, hoc est, oculum. De his mentionem fecit Damastes*

Sigaeus in libro de Gentibus, Ifigonus Nicaeensis, Ctesias, Onesicritus, Polystephanus, Hegesias, & Aristaeus Proconnesius ἐν τοῖς Ἀριμασπειῶν ἐπέειν. Scripsit enim hic heroico carmine tribus libris Arimassorum Hyperboreorum historiam, cujus sex versus referuntur à Longino in libello περὶ ὕψους.

QUÆS MONTIBUS] Quæ pro qui prisca vox, quam, ut ait Charisius l. i. novitas abdicavit. Cato z. Orig. Quæscumque Romæ regnavissent.

RIPAEIS] Scribendum est Servii auctoritate in l. 9. Aen. Riphacis cum adspiratione. Ita enim ille inquit; *Nam ecce, Riphacis montes Arcadiae non scribuntur cum adspiratione, quam addimus, cum Riphacis montes Scythiae significamus.* Sed id non videtur frictè observatum. Nam in perveustio Glossario manu scripto Riphacis in hac significatione offendimus.

OSCITAT IN CAMPEIS CAPUT A CERVICE REVULSUM.] Caput cum à cervice absconditur, non modo videtur oscitare, sed verbum id, quod antè proferebat, articulatim saepe repetere. Aristoteles autem l. 3. de part. animal. quoniam id sibi non verisimile visum est, quodam modo eos arguit, qui illud Homeri carmen in hunc sensum afferunt,

Ὀσθεγγομένη δ' ἄρα τοῦγε κάρη κοίτησιν ἐμίζηθι.

Lucretius l. 3.

*Et caput abscessum calido, viventeque trunco  
Servat humi vultum vitalem, oculosque patentes;*

*Donec reliquias animæ reddidit omnes.*

Postremam Ennii carminis partem surripuit Maro extremo Georgicorum,

*Tum quoque marmorea caput à cervice revulsum.*

Et l. 3. Aen. *Avulsumque humeris caput --*

SEMANIMESQ. MICANT OCULI, LUCEMQUE REQUIRUNT] Pathos ab habitu morti proximo.

--- caput caderet sola tuba peregit,  
Et praeunte viro raucus fonus aere cucurrit.

O domus<sup>a</sup> Ancei, heu quam dispari domino dominaris.

O Tite, tute Tati, tibi tanta, Tyranne, tulisti.

a antiqua

ximo. Integrum hunc versum Varro Atacinus in suum poema transtulit. Virgilius autem l. 10. *παρωδήσας* ait,

*Semanimesque micant digiti, ferrumque retrahant.*

Lucretius l. 6.

*Semanimum corpus dixit.*

CAPUT CADERET SOLA TUBA PEREGIT] Refert hunc locum Lactantius explicans illud Statii l. 11. Theb.

--- *fugit in vacuas jam spiritus auras;  
Jam gelida ora tacent: carmen tuba sola peregit.*

Tubas verò, & tibias in funeribus adhiberi solitas, ex Pœtis liquet. Virgilius de Pollantis funere l. 11.

*It caelo clamorque virum, clangorque tubarum.*

Statius l. 6. Theb.

*Cum signum luctus cornu grave mugit adunco*

*Tibia, cui teneros suetum deducere manes  
Lege Phrygum moestas* ---

Ovidius,

*Tibia funeribus convenit ista meis.*

O DOMUS ANCEI HEU QUAM DISPARI] Cicero huius carminis auctorem non memorat, sed à multis existimatur Ennii esse. In omnibus autem, quos hactenus vidi, 230 Ciceronis codicibus, *O domus antiqua*, habetur. Gabriel Faernus affirmat se in perveustio exemplari scriptum invenisse, *O domus Anti quam dispari*. Ex quo loco conjicio in voce *Anti*, t littera in e mutata legendum esse, *O domus Ancei*, cum ejus nomen ob singularem virtutem, & res gloriose gestas, celeberrimum in posteros extiterit. Hoc carmen videtur quasi pro-

verbii loco jactatum, cum res in pejus ruunt, temporaque, & dominationes, cum

morum corruptione, non servatâ justitiâ, commutantur: utpotè cum post prudentiam alicujus viri obitum, qui nullum unquam in administranda Repub. praetermisit officium, jura refraxerint, & omnia successoris arbitrio, non ratione, aut consilio fiant. Ciceronis verba l. 1. Off. sunt; *Aliter ampla domus dedecori domino saepe fit, si est in ea solitudo, & maxime si aliquando alio domino solita est frequentari.* Odiosum est enim, cum à praeterentibus dicitur; *O domus antiqua, heu quam dispari dominare domino.* Quod quidem his temporibus in multis dicere licet. Idem in 2. adversus M. Antonium; *O tecta ipsa misera! quam dispari domino (quamquam quomodo iste dominus?) sed tamen quam à dispari tenebantur! Stultiorum enim suorum M. Varro voluit esse illud, non libidinum diversorium.* Ad hoc etiam videtur respexisse Auctor illius Orationis, quae Sallustrii nomine in M. Tullium circumfertur; *Domum ipsam tuam vi, ac rapinis sumptam tibi, ac tuis comparasti: videlicet, ut nos commonescias, quam conversa sit Resp. cum in ea domo habitares homo flagitiosissime, quae P. Crassi viri Consularis fuit.* Anci autem domus, ut Paullus ex Festo, & Festus ex Verrio tradit, portae Sanquali proxima fuit. In hoc autem versu necesse est, ut palimbacchius in medio pro dactylo admittatur.

O TITE, TUTE TATI] Auctor ad Herennium, ubi admonet vitandam esse ejusdem litterae repetitionem, hunc versum refert absque Auctoris indice. Sed ex Isidoro, & Prisciano Ennii esse cognovimus. Donatus eisdem, [l. 1. c. 37. l. 10, & super 12. vers. Virg. l. 2.] ubi de Schematibus loquens definit Paromocon esse, quando ab iisdem litteris diversa nomina

O Tite, siquid ego a adjuro, curamve levasso;  
Quae nunc te coquit, & versat sub pectore fixa,  
Et qua deprimeris frustra, noctesque diesque  
Ecquid erit praemii? ---

Cic. de Se.  
nect.

--- ille vir haud magna b in re  
Sed fidei plenus ---

Idem Ibiq.

O patria, o Divum domus Ilium, & incluta bello  
Simia quam turpis simillima bestia nobis.

Serv. lib. 2.  
Aen.

Cic. I. r. de  
Nat. Deor.

a adjuto b cum re

sumuntur, hunc etiam versum adducit.  
Cui similis ille est, quem ex nescio quo  
profert Diomedes,

*Machina multa minax minuitur maxima  
muris.*

O TITE SI QUID EGO] Cicero haec  
Ennii verba, quibus ille Titum Flaminium  
amicum suum alloquebatur, ad T. Pom-  
ponium Atticum convertit: quorum sensus  
est, Quam ego mercedem consequar,  
si animi tui molestias, atque sollicitudines,  
quae te vehementer angunt, levavero?

ADJURO] Pro adjuvero. Sic etiam Te-  
rentius, *adjurit pro adjuravit.*

CURAMVE LEVASSO] Prisca locutio pro  
levavero. Eodem modo Festus *amasso* pro  
*amavero*, & *caelassis* pro *caelaveris*, explicat.

QUAE NUNC TE COQUIT] Cura, ut ait  
Varro l. 5. de ling. Lat. dicta est, quod cor  
urat. Ad quam etymologiam videtur En-  
niius his verbis respexisse. Unde Virgilius  
lib. 7.

*Femineae ardentem curasque iraeque coque-  
bant.*

Qua translatione passim utimur, cum ali-  
quid nos vehementer sollicitat. Cicero ad  
Atticum l. 5. *Tua profectio spem meam debi-  
luit, ac me illud quidem modo coquit.*

ET QUA DEPRIMERIS FRUSTRA NO-  
CTESQUE DIESQUE] Fulvius Ursinus asserit in  
M. Tullii libro, qui apud se est, Pom-  
ponii Lacti manu exarato, ita integrum

hunc versum haberi, qui in multis exem-  
plaribus omnino deficit: sed ejus tantum  
prior pars in aliquibus impressis, & in ve-  
tustissimis manuscriptis legitur.

ILLE VIR] Aliqui hunc versum teliam-  
bum esse volunt, & hoc modo legunt,  
*Ille vir haud magna in re sed plenus fidei.*

Beda tamen asserit *fidei* penultimam pro-  
priè produci, cum verò corripitur, poë-  
tica licentiâ fieri.

HAUD MAGNA IN RE] Hâc elocutione  
suorum bonorum tenuitatem, atque ang-  
ustiam exprimit Ennius, quâ etiam suam  
Horatius l. i. Epist.

*Me libertino natum patre, & in tenui re  
Majores pennas nullo extendisse loqueris.*

SED FIDEI PLENUS] Cicero in Oratio-  
ne pro Rege Ptolemaeo, *Difficilis ratio belli  
gerendi, ac plena fidei, plena pietatis.*

O PATRIA, O DIVUM DOMUS] Plauti-  
nus Servius in Bacchid. ad hunc versum  
festiviter alludit.

O Troja, o patria, o Pergamum, o Priamè  
peristi senex.

Maro autem ita transtulit l. 2. Aen.

O patria, o Divum domus Ilium

SIMIA QUAM TURPIS SIMILL. BESTIA NO-  
BEIS] Q. Serenus de Simiis loquens se  
Ennii simiam hoc versu praebuit,

*Sive homo, seu similis turpissima bestia nobis  
Vulnera dente dedit*

Maximè quidem simiae forma ad hominum  
simi-

Vulturis in silveis miserum mandebat hominem,  
Heu quam crudelei condebat membra sepulchro.

Prisc. lib. 6.

similitudinem accedit, non solum digitis,  
unguibusque quorum alia animalia sunt  
expertia, verum etiam praeter genitale,  
caeteris omnibus humani corporis parti-  
bus. Quapropter prisca illi anatomes pe-  
riti, priusquam humana cadavera discer-  
pere ausi essent, simias incidebant. In has  
bestias Cercopes mutatos fuisse, Poetae  
commenti sunt: de quibus Ovid. lib. pe-  
nultimo majoris operis;

*Inarimen, Prochytenque legit, sterilique lo-  
catas*

*Colle Pithecusas, habitantum nomine dictas.  
Quippe Deum genitor fraudem, ac perjuriam  
quondam*

*Cercopum exosus, gentisque admissa dolosae  
In deformem viros animal mutavit, ut iidem  
Dissimiles homini possent, similesque videri.*

232 Confirmat Xenagoras apud Suidam, &  
Harpoctionem, Cercopas ἐς πιθήκους  
mutatos fuisse, & ab eis Pithecusam esse  
appellatam. Est autem haec Tyrrheni  
maris insula in sinu Puteolano, quam Pl-  
nius l. 3. c. 6. vult, non ita à simiarum  
multitudine distam fuisse, sed à sibilis  
doliariorum. Notum est Graecè πιδος do-  
lium appellari. Eadem alio nomine, sed  
non diversâ ratione Inarime quoque dicitur,  
ab Arimis, quo nomine Eerufci si-  
mias vocant. Aeschiron verò in Ephessi-  
dis ait, eas insulas quondam Gigantes in-  
coluisse, qui cum à Jove, in quem impie  
irruerant, superari essent, is immania eo-  
rum dorfa insularum pondere compressit,  
simiisque incolendas permisit. In eam  
quoque bestiam, ut Plato in extremo de  
Repub. ait, Thersites mutatus fuit, in  
quem, quoniam Homerus non modo im-  
purissimos moribus, sed omnium, qui ad  
Trojam profecti erant, turpissimum de-  
pinxit, merito Plato tam deformem μετα-  
μόρφωσιν commentus est: unde Lycophron  
πιθήκωραπον appellavit. Et quoniam si-  
miae mirum in modum hominum gestus,  
actionesque student imitari, Myrsicus

Callipidem histrionem, & Demosthenes  
Aeschinem, nimia corporis motione ge-  
stientes, Simias appellarunt.

VULTURIS IN SILVEIS] Vultur avis no-  
tissima est, quae humana cadavera avidis-  
sime appetit. Unde pulcherrimâ transla-  
tione in eos, qui haereditatem inhiant,  
dictum est, *Vultur es, cadaver expecta.* Ad  
quod respiciens Martialis ait,

*Cujus vulturis hoc erit cadaver?*

Hinc etiam qui seditiones excitant, ut ci-  
vium cruore se expleant, Vulturis dican-  
tur. M. Aemilius Scaurus in actione 2.  
contra Q. Caepionem; *Nesarius*, inquit,  
*Vulturis, patriae parricida.* Cicero in Pi-  
sonem, *provinciae Vulturis.* Plautus in  
Trinumo pro turpis lucri avido, ac rapaci  
admodum accepit,

*Tum autem sunt alii, qui te vulturium vo-  
cant:*

*Hosies ne, an civis comedis, parvipendere.*

Observat Charisius l. i. Virgilium vultur,  
ut turtur dixisse, Ennium verò vulturis,  
cujus versum ita legit,

*Vulturis in spincto supinum mandebat homo-  
nem.*

Servius autem sic l. 6. Aen.

*Vulturis in campo miserum mandebat homo-  
nem.*

MISERUM MANDEBAT] Vulturis natu-  
ram explicat, qui nihil è terra editum edit.  
Sed cur ex hominibus, aliisque animanti-  
bus oculos praecipue appetat, Antonius  
Liberalis in sua μεταμορφώσεων συναγωγή  
historiam refert.

HOMONEM] Priscianus tradit l. i. Vetu-  
tissimos homo homonis, & huminem pro  
hominem dixisse. Aliqui verò, *Homonem*  
proprium viri nomen esse censent. Aliis  
placet *hominem*, aliis *hemonem* scribendum  
esse: nam, ut ait Festus, *Hemona huma-* 233  
*na*, & *hemonem* hominem dicebant.

CRUDELI CONDEBAT MEMBRA SEPUL-  
CHRO] Eleganti sanè translatione pro cru-  
deli sepulchro Vulturis corpus intelligit,



Buteo, Sanqualis, Immusculus, Aquila, Vultur. Parrhasius.

Cum fomno sese a exsiccat Romana juventus. Lact. lib. 5. Theb.

Hos pestis necuit, pars occidit illa duellis. Prisc. l. 9.

Cum veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo. Idem lib. 3.

a excibat

in quo miseri illius membra condebantur. Quae quidem translatio Dionysio Longino, ut nimis poetica, in soluta oratione minimè congruere videtur. Irridet enim in libello de sublimi Orationis genere Leontinum Gorgiam quia Xerxem Persarum Jovem, & Vultures viva sepulchra dixerit. Graeca illius verba hujusmodi se habent; Ταύτην καὶ τὸ τοῦ Λεοντίου Γοργίου γελάτοι γραφοντος, Ἐέρξης ὁ τῶν Περσῶν Ζεὺς, καὶ γύπες ἐμψυχοὶ τάφοι. Quae verba Dominicus Pizimentius, fortasse mali exemplaris fide deceptus, perperam intellexit. Ex hoc autem Longini loco comprehendì potest, Hermogenem in 1. libro περὶ ἰδεῶν Gorgiam intellexisse, cum ait; παρὰ δὲ τοῖς ὑποζύλοις τουτοῖσι σοφισταῖς πάμπαν εὐροῖς ἂν, τάφους τε γὰρ ἐμψυχούς τοὺς γύπας λέγουσιν, ἂν πέρ εἰσι μάλιστα ἄξιοι. Huc videtur respexisse Lucretius, cum de feris homines dilaniantibus loquitur l. 5.

Viva videns vivo sepeliri corpora busto.

Tradit Antigonus in congerie παραδόξων ἰσογιῶν, Nunquam neque vulturis pullum, neque nidum cuiquam visum esse: qua propter Herodorus Brysonis Sophistae pater existimavit, eos ab editiori aeris regione delabi; & in eminentissimis rupibus, atque inaccessis incubare.

BUTEO, SANQUALIS, IMMUSCULUS, AQUILA, VULTUR] Admonet Parrhasius ita hunc versum apud Festum legendum esse in dictione Alites; in quo ille observat, Ennium primam in *Aquila* produxisse geminatione litterae q. Buteonem Aristoteles Hist. Anim. l. 9. c. 36. inter accipitrum genera numerat: quem Graeci à trium restium numero τριόρχην appellant; eique in

auguriis primas partes Phoemonoë Apollinis filia dedit.

SANQUALIS] Hanc avem Massurius Officium esse existimavit: alii verò Ossifragae pullum.

IMMUSCULUS] Immusculum, sive Immusculum, ut in Plinio l. 10. c. 7. & Arnobio l. 7. legitur, quidam Vulturis pullum esse volunt, alii verò Aquilae, priusquam cauda albicet.

CUM SOMNO SESE EXSICCAT] Lactantius Papinii interpres explicans illud carmen l. 5. Thebaid.

Et nos, cornu fugiebat somnus inani, ait; Inani cornu idcirco dicit, quia illud noctis tempore totum diffuderat, quod idem Poeta superius manifestius asseruit dicens,

cornu perfuderat omni.

quare arbitror hoc loco Ennium aliqua de augurali disciplina attigisse, nam sic à pictoribus simulatur, ut liquidum somnium è cornu super dormientes videatur effundere. Sic Ennius, Cum somno sese exsiccat &c. Hunc verò liquorem ex Lethaeo flumine hauriri existimo. Virgilius l. 5.

Ecce Deus arum Lethaeo rore madentem, 234

Vique soporatum Stygia super uraque quassat Tempora

Sed Silius aliter sentire videtur, cum ait lib. 10.

Per tenebras portas medicata papavera cornu.

HOS PESTIS NECUIT, PARS OCCIDIT ILLA DUMILIS] Hoc est, exercitus pars pestilentia absumpta est, pars pugnando interiiit. Duellum pro bello dixerunt Veteres, quòd, ut ait Pompejus, duabus partibus de victoria contendentibus dimicetur.

CUM VETER OCCUBUIT PRIAMUS] Veter prisca vox, unde veterior apud Plautum in

Pandite a sulti genas, & corde relinquite fomnum. Fest. Genas & sultis.

Contempsit fontes, quibus exerugit aquae vis. Vetus Gram.

Unde habeas quaerit nemo, sed oportet habere. Juven. Satyr. 14.

Perque fabam repunt, & mollia crura reponunt. Serv. lib. 3. Georg.

Civeis Romanei tunc facti sunt Campanei. Cenfor. de Die natal.

a sultis

in Bacchid. & vererrimus, ut Caper affirmat, derivatur.

SUB MARTE PELASGO] Metonymia. Hoc est, cum Graeci extincto Priamo victoriâ potiti sunt.

PANDITE SULTIS] Pro si vultis antiquo more. Plautus Stichus,

Facite sultis, nitidae ut aedes meae sint.

Idem Poenulo,

Domos abeamus nostras sultis nunc iam.

GENAS] Genas pro palpebris posuit, ut infra,

Imprimique genae genam

Aliquando genae malas significant: quas à feminis radi, lege XII Tabularum prohibitum est; quoniam, ut tradit Plinius l. 11. c. 37. in eis pudoris sedem esse, vetustas existimavit. Pacuvius,

Nunc primum opacat flore lanugo genas.

Virgilius similiter l. 8. pro ea parte, unde primum barbae pili erumpunt, accepit,

Tum mihi prima genas vestibat flore juventa.

CONTEMPSIT FONTEIS, QUIBUS EXERUGIT AQUAE VIS] Incertus Grammaticus, atque pervetustus ex Bibliotheca Carbonaria allicens, eructo verbum ab erugo principali derivare, hunc Ennii versum adducit.

UNDE HABEAS QUÆRIT NEMO] Juvenalis Satyr. 14.

illa tuo sententia semper in ore

Versetur Diis, atque ipso Jove digna, Poetae; Unde habeas, quaerit nemo, sed oportet habere.

Consentiunt omnes hunc versum ex Ennio esse petium: quem tamen arbitror, non id præcipere, sed eos potius, qui id

faciunt, accusare: nam, ut hoc senario Menander admonet, Victus undique est acquirendus, praeterquam ex malis, Βίον προξίζου πάντοθεν, πλὴν ἐκ κακῶν. Cui concinit illud Antiphanis, qui ait, Lucra malè quæsitae breves quidem parere voluptates, longam autem deinde tristitiam;

Τὰ πονηρὰ κέρδη τὰς μὲν ἡδονὰς ἔχει Μικρὰς, ἐπειτα δ' ὕστερον λύπαις μακρὰς.

De qua re plura retulimus in explicatione 235 proverbii, *Lucrum malum aequale dispendio.*

PERQUE FABAM REPUNT, ET MOLLIA CRURA REPONUNT] Servius explicans illud Maronis l. 3. Georg.

Continuò pecoris generosi pullus in arvis Alitius ingreditur, & mollia crura reponit, ait, Ennium de gruibus ea dixisse. Julius Caesar Scaliger l. 5. Poet. mollia crura, non rigidè protenta interpretatur; sed, quod Aristoteles dicit, ὑγρὰ.

CIVEIS ROMANEI TUNC FACTEY SUNT CAMPANEI] De quibus nunc Poeta intelligat, non facile intelligi potest. Nam Livius lib. 8. ab Urbe condita ait, Campanis equitibus, honoris causâ, quia cum Latinis rebellare noluisent; Fundanisque Firmianis, quòd per fines eorum iura, partaque semper fuisset via, civitas sine suffragio data. Cumanos, Sessulianosque ejusdem juris conditionisque cujus Capuam, esse placuit. Paterculus tradit libro 1. Sp. Posthumio, Veturio Calvino Coss. Campanis datam esse civitatem, partique Samnitium sine suffragio. Constat autem diversis temporibus, ac occasionibus Campanos ferè omnes

Nos sumu' Romanei, qui fuvimus antè Rudinaei.

Omneis mortaleis sese laudari exoptant.

Forteis Romanei, quanquam Caelus profundus.

Quòd illud, quo jam semel est imbuta veneno,

Imprimitque genae genam --

It nigrum campeis agmen --

omnes civitate donatos: ita igitur Consul post Cannensem cladem apud Livium libro 23. Campanos alloquitur; *Civitatem nostram magnae parti vestram dedimus, communicavimusque vobiscum, itaque communem vos hanc cladem, quae accepta est, credere, Campani, oportet, communem patriam tuendam arbitrari esse.* Demum idem libro 38. refert Campanos à Romanis impetrasse, ut eis Romanas uxores ducere liceret.

Nos sumu' ] Apud Ciceronem in 3. de Oratore, ubi ex pluribus unum intelligi demonstrat, ita habetur hic versus,

*Nos sumu' Romanei, qui fuimus Ruulei.* Sed Lipsius Antiqu. lect. l. 5. c. 2. ex verbis illis Ciceronis pro Archia; *Ergo illum, qui haec fecerat, Rudium hominem majores nostri in civitatem receperunt, rectè existimat, Ennium de se ipso hunc versum pronunciasse, praedicantem beneficium acceptae civitatis Romanae. Deinde addit; Quod si est, quis haerebit, quin emendandus sit, -- qui fuimus Rudii. Nam ex Ciceronis verbis clarum est de uno solo intelligi. Mox sequitur; Annotat doctissimus Lambinus in antiquis esse, -- qui fuimus antè Ruilli, ex quo suspicio est, ne forte scribendum sit, -- qui fuimus antè Rudaei, versus Heroico. Nam Strabo lib. VI disertim Ennii patriam Rodaeos nominat. Nos autem Aufonii lectionem sequuti Rudini scripsimus.*

OMNEIS MORTALEIS SESE LAUDARI EXOPT. ] Similis Ciceronis locus pro Archia; *Trahimur omnes studio laudis, & optimus quisque maxime gloria ducitur.* Hinc Simo-

nides apud Xenophontem in Hierone, sive Tyrannico dixit, Nihil laudibus esse auditu jucundius, D. Augustinus eodem loco, quo hunc versum Ennii protulit, adducit ex Mimo quopiam;

*Laudari omnes vuluis, nemo vestrum vult vituperari.*

CAELUS PROFUNDUS ] Caelum virili, & neutro genere Veteres pronunciant. Virgilius reciproca translatione modò caelum profundum, modò altum dixit.

QUOM ILLUD, QUO JAM SEMEL EST IMBUTA VENENO ] In Festi fragmentis Florentiae editis habetur hic Ennii versus; cujus nec ullum quidem in aliis, qui haec tenus prodierunt, vestigium apparebat: & ni fallor, positus erat in dictione *Venenum*, ut declararetur praeter vulgatam veneni significationem, eo nomine contineri omne, quod adhibitum, ut ait C. Julius lib. 4. ad legem 21. Tabular. naturam ejus, cui adhibitum esset, mutat. Quare Festi rimulam ita explendam censeo, *Venenum dicebant Antiqui, cujus color inficiendo mutatur, ut Ennius cum ait, Quom illud, quo jam semel est imbuta veneno.* In qua significatione Virg. 2. Georg.

*Alba nec Assyrio fucatur lana veneno.* Nec aliò arbitror Horatium respexisse, cum ait l. 1. Epist.

*Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu*

IMPRIMITQ. GENAE GENAM ] De dormiente, ut ait Serv. l. 6. Aen. ab Ennio dictum est.

IT NIGRUM CAMPEIS AGMEN ] Atque id Non

Cic. l. 3. de Orat.

D. Augu. l. 13. de Trin.

Non. Caes. Charif. l. 1. Fest.

Ser. lib. 6. Aen.

Idem lib. 4. Aen.

Non decet mussare bonos --

Quinctu' pater quartum fit Consol --

Idem campus habet --

Gnateis parce tuis --

-- stant polvere campeis,

-- a tergum igitur fagu' pinguis opertat.

-- equitum celerissimus --

-- runata recedit.

a tergius & tergus.

primùm de Indis dixit, deinde Ennius de Elephantis, postremò Virgilius de formicis l. 4. Aen.

*It nigrum campis agmen, praedamque per herbas*

*Convectant calle angusto*

NON DECET MUSSARE BONOS ] Scaliger legit, *Nanque decet mussare bonos.* Festus hoc loco mussare tacere exponit. Propriè verò, ut ait Donatus in explicatione loci illius Terentii in Adelphis,

*--- mussantia injuria adolescentium est, mussare, sive mussare, est dissimulandi causa tacere; dictum vel à muto, vel ab m, quae littera est praesae, ac servè nullius vocis: adeò ut sola omnium cum inter vocales incidere atteratur, atque subsidat. Hinc Virgilius l. 12.*

*--- musat Rex ipse Latinus.*

IDEM CAMPUS HABET ] Scaliger in C. tullianis Annotationibus enarrans locum illum,

*Pinea conjungens inflexae texta carinae, explet ex Schedis Servii nondum vulgatis hunc Ennii versum,*

*Idem campus habet textrinum navibu' longaeis.*

Ubi praclare adnotat, Veteres texere naves dixisse; & textrinum locum, in quo naves fabricabantur. Ovidius,

*Texitur & costis panda carina suis.*

Fest. *Mussare.*

Agell. l. 10. c. 1. Non. *Quartum.*

Cic. Ora. te. re.

Serv. l. 10. Aen.

Porph. l. 1. Car. Ode 9.

Non. *Sagus.*

Charif. l. 1.

Fest. *Runa.*

Silius,

*Flumineam texit, quã transvehat agmina, classem.*

Quibus addi potest locus ille apud Ciceronem l. 10. de Divin. in Oratore, & l. 8. ad Att. ejusdem, ut opinor, Ennii,

*Jamque mari magno classis cita Texitur*

GNATEIS PARCE TUIS ] Prothefis. Haec eadem verba in 10. Aeneidos Maro trans tulit; in quo loco ait Servius, *Parce secundum Antiquos serva, ut apud Lucilium, & Ennium, Gnateis parce tuis.*

STANT POLVERE CAMPEI ] Hoc est ple- ni sunt. Sic Maro l. 12.

*--- jam pulvere caelum stare vides*

Homerus in eadem significatione Iliad. 8.

*--- ποδῶν δ' ὑπέροδος κοινή*  
*Ἴσται ἀειρομένη*

Et Iliad. 4.

*Ἴσται ἀειρομένη ὡς νεφέος ἢ δ' ἄελλα.*

Sifenna libro 9. *Caelum caligine stat.* Caccilius Syracusis,

*Hic amet, familiae fame pereant, ager stet sentibus.*

Lucilius, *--- stat sentibu' fundus.*

Et Titinius Veliterna,

*--- fundi stabunt sentibus.*

RUNATA RECEDIT ] In Festi compendio,

-- pausam fecere fremendi

-- furentibu' venteis.

-- de moeris res gerit Opfcus.

-- divum domus altisonum cael.

-- coenacula maxima caelei,

-- Poeni stipendia pendunt.

-- divumque hominumque Pater rex.

-- Patrem divumque hominumque

-- endo suam do.

Varro l. 6.  
de lin. Lat.  
Ser. lib. 1.  
Aen.

Fest. *Opfcus*.

Aufon.  
Monosyll.  
Tert. adver.  
Valentin.

Var. l. 4. de  
lin. Lat.

Idem ibid.

Cic. l. 2. de  
Nat. Deor.

Aufon.  
Monosyll.

seu potius in magno illo rei litterariae dispendio Paullus ait, Runam genus teli significare; & dictionem illam *runata* pilata exponit.

PAUSAM FECERE FREMENDI] Pausam à Gracca voce *παύσις* derivari, non dubium est. Lucilius l. 1. Satyr.

*Haec ubi dicta dedit, pausam facit ore loquendi.*

Plautus in Rudente,

*Aliquando osculando melius est, uxor, pausam fieri.*

Idem in Poenulo, *Ego pausam feci*. Quadrigrarius in 1. Annalium, *Pugnae facta parsa est*. Fremere autem Leonum proprium videtur, originemque habet à Graeco *βρέμειν* β in Latinum *f* mutato. Catullus in Arti de Leone loquens,

*Valit, infremit, refringit virgulta pede vago.* Inde ad homines translatum, ut in hoc loco. Virgilius l. 1. Aen.

*omnes simul ore fremebant.*

FURENTIBU' VENTEIS] Servius in illo Maronis l. 1. Aen.

*loca foeta furentibus Austris,* Legerat, inquit, apud Ennium, *furentibus venteis*. Sed quasi asperum fugit, & posuit *Austris pro ventis*.

DE MOERIS RES GERIT OPFCUS] Synecdoche unus pro multis. Observat Verrius hujus carminis auctoritate Veteres pro Ofcos, Opfcos dixisse.

CAENACULA MAXIMA CAELI] Pindari aemulatio, qui in Isthmiis *ἀδρανόσ ἐαδρανόσ* dixit. Refert hoc acroteleution Tertulianus adversus Valentinianos, ubi omnium primum Ennium inquit id simpliciter pronuntiassè elati situs nomine, vel quia Jovem illic epulantem legerat apud Homerum. In Plauti Amphitruone Juppiter ait,

*In superiori qui habito caenaculo.*

DIVUMQ. HOMINUMQ. PATER REX] Varro l. 4. de ling. Lat. mox, ubi hunc locum refert, addit; *Pater, quod patefaciat omnia, & ipsum semen: nam tum est conceptum, & inde cum exit, quod oritur*. Valerius Soranus Jovem Regum, & Deorum progenitorem appellavit,

*Juppiter omnipotens rerum, Regumque Deumque*

*Progenitor, genitrixque Deum, Deus unus, & omneis.*

PATER DIVUMQ. HOMINUMQ.] Hemistichium ex Orpheo, & Homero sumptum,

*πᾶσι θεοῖσιν τε θεῶν τε*

ENDO SUAM DO] Pro domum Homeri imi-

-- & vertunt crateres ahenos.

-- sanctosque poetas.

-- quem non virtutis egentem.

-- vita illa dignu' locoque.

-- Saturno sancte creare.

-- nostri cessere parumper.

-- Vulsculu' perdidit Anxur.

Serv. lib. 9.  
Aen.

Cic. pro Archia.

Ser. lib. 11.  
Aen.

Cic. Orat.  
Victorin. de  
nat. Metror.  
Ser. 10. Aen.

Hirtius de  
Bello Hisp.

Fest. *Anxur*.

imitatione, qui *δῶ* pro *δῶμα* dixit. Aufonius de Ennio loquens ita refert hunc locum,

*Et cujus de more quod astringit endo suam do.* Charisius l. 4. ubi de apocope loquitur, eundem locum affert, qui ita depravatè legitur, *tendo suam, hoc est, modum pro endo suam do, hoc est, domum*. Probus de eadem figura agens adducit ex innominato Auctore, *nanque suam do*.

ET VERTUNT CRATERES AHENOS] Virgilius l. 9.

*— susque per herbam*

*Indulgent vino, & vertunt crateres ahenos.*

Ubi notat Servius ex Ennio illum hemistichium desumptum.

SANCTOSQ. POETAS] Cicero pro Arch. *Quare, inquit, suo jure noster ille Ennius sanctos appellat poetas, quod quasi Deorum aliquo dono, atque munere commendati nobis esse videntur*. Tacitus in Dialogo de Orat. Creditum esse ait, poetas Deorum responsa proferre, & eorum epulis interesse.

QUEM NON VIRTUTIS EGENTEM] Virgilius l. 11.

*— quem non virtutis egentem*

*Abstulit atra dies*

Item l. 8. *— non te rationis egentem.* Lucretius lib. 4.

*— tamen praestat rationis egentem.*

VITA ILLA DIGNU' LOCOQUE] Cicero

nec in Oratore, ubi hoc hemistichium exempli causâ posuit, Auctorem nominat, nec in 2. Tusculana, ubi ita intergrum refert versum,

*Sammis spurcus homo vita illa dignu' locoque.*

Sed in libro de Opt. gen. Orat. Lucilio manifestè tribuit: eidemque etiam Nonius duobus in locis. Victorinus verò in Commentario de metrorum ratione ex Ennio retulit, à quo verisimile est, Lucilium, ut saepe aliàs, esse imitatum.

SATURNO SANCTE CREATE] Jovem intelligit, quem Homerus *Ὀδυσ. ε. Κρονίδης*, & Pindarus Olymp. Od. 1. *Κρόνου παῖδα* appellarunt: quorum imitatione Andronicus, *Pater noster Saturni filie*. Sanctum autem dixit; nam saepe Veteres in precatationibus Deos sanctos appellarunt. Cic. 2. Philipp. *pro sancte Juppiter*.

VULSCULU' PERDIDIT ANXUR] *Anxur* vocabatur, ut ait Festus, *quae nunc Tarracina dicitur Volscæ gentis, sicut ait Ennius, Vulsculu' perdidit Anxur*. Livius l. 4. *Anxur* fuit, *quae nunc Tarracinae sunt: urbs prona in paludes*. Plinius l. 3. cap. 5. 239 *Tarracina Volscorum lingua Anxur appellatur*. Strabo verò lib. 5. ait, Tarracinam antea *τρωχίνας* vocatam fuisse, à loci scilicet asperitate. Unde Flaccus l. 1. Ser. Satyr. 5.

*— atque subimus*

*Impositum saxis latè candentibus Anxur.* Vulsculus autem pro Volsculus positus est.

-- percussi pectora Poeni.	Innoh. Statii Interp.
-- fluctusque natanteis.	Ser. lib. 6. Aen.
-- ubi mille rotam voluere per annos,	Idem ibid.
-- eia machaeras.	Idem lib. 9. Aen.
-- succincti corda machaeris.	Idem ibid.
-- spiras legionibu' nexunt.	Fest. Spiras.
-- funduntque elateis naribu' lucem.	Ser. lib. 12. Aen.
-- Reges odisse superbos.	Cic. ad Att. lib. 2, & 6.
-- Viden' ---	Ser. lib. 6. Aen.

PERCULSI PECTORA POENI] Hoc fragmentum mihi è Cosentia Fabius Aquinas misit: quod à quodam suo vetustissimo Statii interprete M. S. excerptit: cuius nomen, cum in illius libri principio, & sine multae desiderentur paginae, prorsus ignoratur. Constat tamen ex collatione non esse Lactantium.

FLUCTUSQ. NATANTEIS] Servius explicans Virgilianum illud l. 6.

*Leibaevumque domos placidas quae praenatat amnem;*

Exponit praenatat praeterfluit: moxque addit, & contrariè dictum est; nam non natant aquae, sed nos in ipsis natamus. Ennium igitur sequutus est, qui ait, *fluctusque natanteis*. Lucretius non dissimili modo l. 5.

*Augebat mare manando, camposque natanteis.*

Item,

*Aëra permensus multum, camposque natanteis.*

UBI MILLE ROTAM] Servius enarrans Virgilii verba illa l. 6.

*--- ubi mille rotam voluere per annos,* ait, esse sermonem Ennii.

EJA MACHAERAS] Eja, militum prope- rantium clamor est, ut ait Servius in eo

Virgilii versu l. 9. *Hostis adest, eja ---* SPIRAS] Spiras Graeco more hominum multitudinem appellavit.

FUNDUNTQ. ELATEIS NARIBU' LUCEM] De Solis equis loquitur, de quibus Lucilius apud Victorinum, *Efflantque elatis naribu' lucem*. Virgilius utriusque imitatione, *Solis equi, lucemque elatis naribus efflant.*

REGES ODISSE SUPERBOS] Cicero bis in Epistolis ad Atticum l. 2, & 6. hoc acro- telectione tacito Auctoris nomine, tanquam satis cognito, retulit. Parrhasius existimat esse Ennii: quod etiam in suis in Cicero- nem notis confirmat Fulvius Ursinus, asse- rens, in margine cujusdam Ciceronis li- bri à viro doctissimo cum manuscriptis collati, ita eum locum esse emendatum, *Enniamum illi gravitatem non contemnere, sed Reges odisse superbos*: pro quo vulgati codices habent, *Tibi autem valde solet in ore esse, Gravius autem, non contemnere se, & Reges odisse superbos*. Simeon Bosius pro Gravius admonet legendum esse Gavius, Manutius Gravius. Sed fortasse Poëta nos- ter hoc loco de Tarquiniis loquebatur.

VIDEN'] Den, ut Servius l. 6. ait, *naturaliter longa est. Breve tamen eam pro- tulit Virgilius sequutus Ennium.*

ANIO-

-- Anionem ---

Idem lib. 7.

*Dictator ubi currum insidit, pervenitur usque ad oppidum.* Varr. l. 4. de lin. Lat.

Servius explicans illud Virgilii l. 1. Aen. *Consilia in melius referet,* ait, *Quia bello Punico secundo Juno placata (ut Ennius ait) coepit favere Romanis.* Quae verba sic in metrum digererem,

--- *Juno placata favere Coepit Romaneis* ---

Plinius lib. 18. c. 9. *Ennius antiquissimus vates obsidionis famem exprimens, offam eripuisse plorantibus libereis patres commemorat.* Quae verba ex Annalibus desumpta videntur; & nisi in dictione liberis trochaeus pro spondeo esset, ita Ennium scripsisse arbitrarer,

--- *libereis plorantibus offam*

*Eripuere patres* ---

ANIONEM] Idem Servius super illud l. 7. *gelidumque Anionem* ait, *Anio fluvius haud longe ab Urbe est: sed hic euphoniā sequutus est: Nam Ennius Anionem dixit juxta regulam.*

DIKTATOR UBI CURRUM] Ait Varro l. 4. de ling. Lat. *Scripsit Poëta, Dictator ubi currum insidit, etc.* Turnebus pro Poëta Nae- vium intelligit, quoniam illius Poëtae Varro paullo superius mentionem fecerat. Sed in antiquorum quorundam exemplarium margine notatum est *Ennius*, quem

etsi Varro non aperte nominaverit, tamen Poëtae appellatione κατ' ἐξοχὴν eundem intellexisse non est verendum: quandoquidem Cicero, ut diximus cum summum Poëtam appellavit: Haec autem verba cum ad Romanorum historiam pertinere videantur, cum aliis Annalium fragmentis con- junximus, quae quoniam transposita sunt, metro non constant; & ita fortasse dispo- nenda sunt,

*Insidit currum Dictator ubi oppidum ad usque Pervenitur* ---

*Hos praeterea versus, quamvis suppresso Auctoris nomine adducantur, ex iisdem Q. Ennii Annalibus esse cen- semus.*

**M**Affili, portant juvenes ad littora, tanas. Contremuit templum magnum Jovis altisonantis.

Donat. de Tropis.

Var. l. 6. de lin. Lat.

CONTREMUIT TEMPLUM MAGNUM JOVIS altisonantis] ὀψιδρημέτου, quasi ab alro tonando strepens. Cicero l. 2. de suo Con- sulatu,

T 3

Nam

Expoliantur eos, & corpora nuda relinquunt.

Marsa manus, Peligna cohors, festina virum vis.

Vos etenim juvenes animum geritis muliebrem, Illaque virgo virei ---

Donat. de Barbar. Idem de Schemat. Char. l. 4. Cic. lib. 7. Off.

Nam pater altitonans stellas nixus Olympo. Pacuvius apud Minutianum id epitheton Olympo tribuit.

Panditur interea domus altitonantis Olympi. Lucretius l. 5. Vulturno. Ruitus Cicero in Mario, Seneca in Hippolyto, altisonum Jovem dixerunt; Nacvius, altisonantem: alii plerique tonantem simpliciter, quod ab augurali disciplina didicerant.

MARSA MANUS] Marforum regio est parva quaedam Italiae portio in Apennini jugis ultra Picenum non longe a Samnitibus, ita appellata, sive a Marso Ulyssis, & Circes filio, sive a Marsya tibicine, qui ab Apolline victus, ibi eam regionem incolendam concessit, ibique regnavit; sive a quodam Liberi comite, eo nomine appellato, qui illis vitium unum demonstravit, & ob id beneficii memores ei statuum fecerunt, quam, ut tradit Isidorus lib. 9. Romani debellatis Marsis, tulerunt. Loquebatur fortasse Poeta de bello Sociali, quod & Marsicum appellatum fuit, quoniam a Marsis defectionis auctoribus, & praecipue a Q. Propedio ipsorum Duce excitatum fuit.

FESTINA VIRUM VIS] Lucretius l. 6.

— fida canum vis.

Virgilius l. 4. Geor. — odora canum vis.

VOS ETENIM JUVENES] Milites mollitie socordiâque torpentes increpat. Hinc videtur Maro illud expressisse l. 11.

Quis metus? ô nunquam dolituri, ô semper inertes

Tyrrheni, quae tanta animis ignavia venit? Femina palantes agit, atque haec agmina vertit?

Quo ferrum? quidve haec geritis tela irrita dextris?

ANIMUM GERITIS MULIEBREM] Fovetis & geritis. Sic Hector apud Homerum l.

Iiad. 3. Dionedem fugientem increpat, Νῦν δὲ σ' ἀτιμήσοι: γυναικὸς ἄρ' ἀντετί- τυξο.

Idem quoque Poeta ignavum hujusmodi hominum genus exprobrandi causa muliebri nomine appellat. Facit enim Iiad. 7. Menelaum Graecos terga vertentes, tanquam se viros esse oblitos, insectantem, non amplius esse Achivos, sed Achivas, "Ὁμοί ἀπειλητῆρες Ἀχαιίδες οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί.

Quod rursus Iiad. 2. sub Therfitis persona iteravit. Ex quibus locis non dubium est Virgilium illud imitatum l. 9.

O verè Phrygiae, neque enim Phryges, ite per alia

Dindyma —

ILLAQUE VIRGO VIRI] Virilem animum muliebri opponit. Vir enim hic non sexus, neque aetatis, sed virtutis, & fortitudinis vox est: cujus quidem quid proprium sit, in oratione quadam apud Salustium his verbis M. Lepidus ostendit; *Est ne viris reliqui aliud, quam solvere injuriam, aut mori per virtutem? quoniam quidem unum omnibus finem natura, vel ferro septis statuit. Livius l. 2. Bellum vobis indictum est, magno eorum malo, qui indixere, si viri estis. Eodem modo apud Homerum ἐστὶ ἀνδρες. Virgilius l. 3. Aen.*

*Eequid in antiquam virtutem, animasque viriles,*

Ovid. in majore opere l. 13.

Arma ego femineis animum motura virilem

Mercibus inferni —

Seneca in Agamemnone,

Animos viriles corde turmesaeto geris.

Hinc proprio vocabulo mulier, quae virile animi robur praefert, a viro composito nomine virago dicitur.

AT

At Romanus homo, tamen & si res bene gesta sit, Corde suo trepidat ---

Idem lib. 3. de Orat.

Optuma Caelicolum, Saturnia magna dearum.

Frisc. lib. 1.

O genitor noster Saturne maxime divum.

Idem ibid.

--- ducuntur forte ligati

Victorin. de Carm. heroico.

Minturnienseis ---

--- & saxo cere, comminuit, brum

Donat. de tropis. Ser. lib. 1. Aen. Victorin. de Orthogr.

--- populoi Romanoi.

AT ROMANUS HOMO] Observat hoc loco Cicero Poetam ex uno plures intellexisse. Sic etiam alibi Ennius,

— de moeris res gerit Opseus.

TAMEN ET SI] Pro tamen. Catullus, Quae tamen etsi uno non est contenta Ca- tullo.

DUCCUNTUR FORTE LIGATI MINTURNIENSEIS] Apud Victorinum haec verba

perverso ordine leguntur.

ET SAXO CERE, COMMUNIT, BRUM] Πάδος à modo interficiendi, quem περι- σσει figura exornavit: cujus proprium cum sit dictiones dividere, per eam ostendere voluit in duas partes saxo caput discissum fuisse. Qui locus in Servio manuscripto Sertorii Quadrimani, ut mihi ipse significavit, aperte ex Ennio affertur.

## TOMUS SECUNDUS

in quo continentur reliquiae

PHAGETICORUM, EPIGRAMMATUM, SCIPIONIS,  
EPICHARMI, ASOTI, SATYRARUM,  
PROTREPTICI, PRAECEPTORUM.

## PHAGETICORUM FRAGMENTUM.

245 **L**ibri hujus inscriptionem, & argumentum ex uno Appulejo intelligere possumus; à quo in Apologia, quam pro se edidit, aded hujusmodi *ἰχθυοφαγικοί* Ennii versus mendosi, ac faedè corrupti adducuntur, ut nec post Turnebi l. 21. Adver. c. 21. & Scaligeri doctissimorum virorum censuram, pristinae integritati restituti videantur. Appuleji igitur locus sic se habet; *Quod Ennii edes phagetica, quae veribus scripsit, innumerabilia piscium genera enumerat, quae scilicet curiosè cognorat.* Quae sanè verba, & inscriptionem, & argumentum indicant. Sed fortasse pro *phagetica, phagesia* legendum est; quo nomine festa quaedam appellabantur, in quibus epulis potuque Veteres profusa hilaritate explebantur. Sed quoniam hi versus cum quibusdam Arcestrati eandem videntur complecti sententiam, suspicor hunc librum, vel majorem ipsius partem Latinum hunc nostrum à Graeco illo auctore, qui Sardanapali vitam vixisse fertur, transfuisse, vel ad illius exemplar lucubrassè. Quod etiam quaedam inscriptionis similitudo suadet. Ille enim suum poemata, ut Lynceo, & Callimacho placet *ἰχθυοφαγίαν*, ut vero Clearcho, *δειπνολογίαν*, ut aliis *ὑποποσίαν* sive *γαστρονομίαν*, vel *γαστρολογίαν* inscripsit: in quo quasi de ventre alendo conscriptis legibus accuratissimè omnia, quae ad palati irritationem pertinent, suo carmine est complexus. Quare meritiò Chrysippus dicere solebat, eum Arcestrati librum esse quasi quandam totius Epicuræe Philosophiae metropolim. Multa de hac re

monumentis mandarunt Cleostratus Tenedius, Heraclides Syracusanus, Simonactides Chius, Tyndaricus Sicyonius, Pantaleon, Mythaeus, Zopyrinus, Glaucus Locrensis, Sophon, Hegesippus, & Epaeetus. Scripserunt insuper Paxamus *ὑφαρτυτικά κατὰ σοιχείον*; Pancratius *ὑφαρτυτικά καὶ ἐκάστην τροπὴν*; Mnesitheus Atheniensis *περὶ τῶν ἐδέσῶν*: Melefermus Atheniensis Sophista Culinarium librum: & ne circa hanc artem aliquid remaneret intactum, Artemidorus Pseudaristophanes omnia culinaria vocabula coegit. Ex Latinis verò aut solus fortasse Caelius Apitius, aut pauci admodum eandem materiam tractaverunt: non quòd Romanos existimem in ganeis, luxuque Graecis fuisse temperatiores, sed saltem verecundiores. Nam quae modò Poëta noster scripsit, non ut proprium ipsius argumentum tractavit, sed ut suà industrià Latinis auribus ea, quae ab Arcestrato Graecè scripta fuerant, paterent. De qua re Appulejus de eodem Ennio loquens ait; *Alios etiam multis versibus decoravit, & ubi gentium quisque eorum invenitur, ostendit, qualiter assiet, aut iussulentus optime sapiat, nec tamen ab eruditissimis reprehenditur, nec ego reprehendat, qui res paucissimas cognitas Graecè, Latine propriis & elegantibus vocabulis conscribo.* Quis etenim ibi inficias hos Arcestrati versus non esse ab Ennio conversos? sed more suo, hoc est liberè,

Τοὺς κῦς Αἰνὸς ἔχει μεγάλους, ὀστρεῖα δ' Ἀβυδὸς

Τὰς ὑρκατοὺς Πάριον, τοὺς δὲ κτένας ἢ Μιτυλήνην,

Γλαύ.

Γλαύκτους δ' Ἀμειρακία παρῆχει —  
Scripserunt etiam carmine, praetermissis quae ad gulam excitandam cibi suavitatem parant, libros de piscium praestantia, natura, & moribus Caccilius Argivus, Numenius Heraclæota, Pancrates Arcas, Posidonius Corinthius, & Oppianus Cilix, qui unicus ex tanto naufragio est superstes. Pedestri verò oratione Leonides Byzantius, & Agathocles Attracius. E nostris autem solus, quod sciam, Ovidius Halieuticon scripsit; qui ἀκέφαλος, & majori ex parte decurtatus ad nos pervenit: cujus tandem initium Sertorius Quadrimanus, vir singulari doctrinâ praeditus, & diligens antiquorum Auctorum investigator, ex vetustissimo codice nobis suâ manu descriptum dedit: quod hūc transcribendum curavi-  
247 mus; rati antiquitatis studiosis non injucundum fore, haec carmina ab oblivionis faucibus erepta in medium afferre.

Tertia Phoebei referunt hiberna jugales,  
Quum magni Jovis imperiis te Roma reliqui,  
Conjugis & vultus semper cariturus amico  
Exul in extremas adigor moriturus arenas.  
Semper ubi immitti canescunt arva pruina,  
Aethereusque ruit sublimi à vertice Corus,  
Quando alibi radiis flammantibus arva per-  
urit

Phoebus, & exhaustis servescunt flumina ripis.

Hic ego Barbaricae vitans commercia gentis,  
Quum primum nobis tenebras Aurora fugavit,  
Desertos scopulos, & littora sola frequento:  
Aspiciensque serox oculis lacrymantibus aequor,

Conqueror, heu superos nequidquam voce fatigans.

Excitii gemitu pisces è fluctibus imis  
Emergunt, mecum forsitan fera fata vocantes:

Et ni vox desit, vellent lenire dolentem.  
Unquam nec latebris abducunt corpora caecis,  
Ni prius ipse abeam, Solis jam luce cadente.  
Ergo equidem experiar, possim si digna referre  
Praemia, & aeternis inscribere nomina char-  
tis,

Nomina, quae nullis pereant fugientibus an-  
nis.

Quare à magnorum pars non spernenda Deorum,

Quos regit in gremio Teibys longaeva virente,  
Glauce, fluentisonis placidum caput esser ab  
antris,

Et mecum immensi percurras littora ponti:  
Dom populos pelagi canimus, gentemque natantium.

Spero ego te mihi praesidio per cuncta futurum,

Ut qui squammigeræ gentis bene nomina noris,

Ni mendax fuerit quae de te fabula fertur:  
Te quondam herbaso projectos littore pisces  
Obstupuisse maris rursus sub stagna reverti,  
Extincti quum jam caelesti luce carerent:  
Gramine quum tacto patriae sola dulcia lin-  
quis,

Canas amphiritas magno succensus amore.  
Quare si veteris duranti vestigia † moris,

Si precibus hominum steterunt numina ponti,

Huc adsis, dirigasque pedes, humerosque natantibus.

Sicaniae primum quaeramus marmora, non  
quæ

Enceladus vastas volvit trans nubila flammas,

Et totas quat assiduis succussibus urbes. 248

Ast ubi Neptunus magno fera saxa tridente  
Trudens, Italiam Siculis discindit ab arvis.

Forsan & inde tibi veniet pergrata voluptas;  
Saxa videns ponti furis nunc obvia sacris,

In quo, pro Circes letalia gramina, vultus  
Dilectæ quondam Scyllæ mutastis amatos.

Hic tu non poteris fletum cohibere cadentem,

Sed longum veteres etiam lugebis Amores,  
Amplexuq; manu duræ dabis oscula cauti;

Quamvis caeca fremant gemitu spelæa sonantibus.

Atque obfissa gerat latitantibus inguina monstris.

Mitem luculentam Scarus in limine vidit,

Factar: temque manus rapitur diversa, nec unquam

Desinit infestare minores obviam Thimmos.

† amoris.

V

Ad.

*Adversâ caudam morsu tenet \**

*At tu, quum vastas terras super aureus it Sol,  
Plenaque vel iacito veftatur Cynthia caelo,  
Nequidquam infidias tendas sub nocte silenti,  
Nanque procul fluitantem hamum, vel reitia  
cernunt*

*Candida nocturnas pellit quum Luna tenebras.*

*Idcirco, ponti subeat dum temp'la, morare.  
Tunc vero nigris videas volitantibus Umbris.*

*At Maurena ferox dimotis \**

*Sæpiat arda fugae, necnon & Polybus haeret.*

*Fluctibus occiduis dicunt haec monstra vagari.*

*Quae miseros nautas, naveisque morantur euntes.*

*At Mugil cauda pendentem verberat hamum.*

*Auxiliumque vagas Delphin lature per undas:*

*Nanque tuas per sensit opes Diis carus Arion,  
Quum tu subaucto spumosa per aequora tergo,  
Illesum veftas, patriaque exponis in acta.*

249 *Nam gaudent pelago, quales Scombrigue Lupique*

*Atque Bovus patula captantes nare fluores.*

*Dicendum Illyricis volitat qui piscis in undis,*

*Quam vastas habeat vires in corpore, quamvis*

*Arma haud ulla homini dederit Natura nocendi.*

*Ipse Lupo assimilis parvo, setaeque comantes  
Demissae extremam lambunt confinia caudae,  
Purpureoque micant tenuissima colla colore.*

*Si forte adventante die caput extulit undis,  
Atque recens orti lumen conspexit Eoi,*

*Pallidus extincto tabescit Cynthius orbe,  
Nec lucem attonitis fundit mortalibus alnam.*

*Vidi ego, quum nulli volitarent aere venti,  
Atque obscura novo cessissent nubila Soli,  
Ardua turbinibus mundi convexa sonoris  
Impelli, & crebris nubes fulgescere flammis.  
Ac tempestatem mox advexisse severam,  
Postquam sub pelagi fluctus ferus ille refugit.*

*Parva Echenaeis adest, mirum, mora puppi-  
bus ingens.*

— *purpureo tellus qua tunditur aestu.  
Antheris est tergo prorsus florente decorus:  
Hujus in immensa refidet lapis abditus alvo  
Caeruleus, stellasque gerit, velut aurea caeli  
Tefta micant, postquam Phoebus cava Tar-  
tara adroit:*

*Nec curru nocturna volat Phoebea nitente.  
Hunc si Cecropiae suffusum caede volucris  
Quis gerat, hic poterit medios impune vagari  
Per populos, incedentem non ulla videbunt  
Lumina, nigranti veluti res aere septas.*

*At durus Xiphias ictu non mitior ensis,  
Et pavido magno fugientes agmine Thyymi.*

*Qui semper spumas sequeris Pompile nitentes,  
Cercyrosque ferox, & ovantes gutture cancri.  
Orphas, & herbosa latitans Erythrinus in  
unda,*

*Et Sparulus, Sargusque notis insignis opimis.  
Chrysothrys imitata decus, & verba volan-  
tium.*

*Nanque volat, scopulique latens in vertice a-  
cuti,*

*Concinit, ut nunquam melius sub fronde vi-  
renti*

*Attica avis verna sub tempestate queratur.*

— *tum corporis Umbræ  
Liventis, rapidique Lupi Percæque Trajiz;*

— *cauda Melanurus acuta.  
Atque Canes, Leporesque truces, Merulique  
virentes,*

*Fœcundumque genus Maenae*

*Ipse & purpureo suffusus sanguine Mullus.*

— *& molles tergo Ranae.*

Omni-

Ω  
**O**Mnibus at Clupea praestat, Mustela marina; Appul. A-  
Mures sunt Aeni, ast aspra Ostrea plurima Abydi: polog. 1.

OMNIBUS AT CLUPEA PRAESTAT] Sic in Appuleji codicibus legitur. Jovius, Massarius, & Bellonius Clupeam esse putant, quam vulgò Gallico vocabulo *Alo-* sam dicimus, Veneti *Chiepan*, Romani *Lacciam*, Massilienses *Halachiam*, Hispani *Savalos*, Graeci, ut aliqui existimant, *Θείσσαν*. Quidam verò longè *Alofam* à *Glypea* Plinii auctoritate differre autumant, cuius verba lib. 9. c. 15. sunt; *Attilus in Pado inertia pinguescens ad mille aliquando libras, catenato captus hamo, nec nisi boum jugis extractus. Atqui hunc minimumm appellatus clupea venam quandam ejus in faucibus mirâ cupiditate appetens, morsu exanimat: quod ab Alofa, cum prorsus dentium expers sit, minimè effici potest. Nec minimum quidem piscis est, nam Romae, & Capuae saepè cubitalem excedere magnitudinem vidimus; & Callisthenes Sybarita, in lib. 13. τὸν γαλατικὸν his verbis magnum piscem esse tradit; Ἄραρ ποταμὸς ἐστὶ τῆς Κελτικῆς περὰ τὸ Ῥοδάων ἡρόσθαι τὴν προσηγορίαν εἰληφώς, καταφέρεται γὰρ εἰς τοῦτον κατὰ τὴν χώραν τῶν Ἀλλοερόγων. γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ μέγας ἰχθύς Κλουπαία καλούμενος ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. οὗτος αὐξομένης τῆς σελήνης λευκός ἐστι, μειουμένης δὲ μέλας γίνεται πικροτέρας. ὑπεραυξήσας δὲ ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀκανθῶν ἀειρεῖται. εὐρίσκεται δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ λίθος χροῦνδρον παρόμοιος ἄλλοις, ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς τεταρταίως νόσους, τοῖς ἀρίστοις μέρεσι τοῦ σώματος προσδεομένου, τῆς σελήνης μειουμένης. Haec ita Latina fecimus; *Arar Celtarum fluvius ita ab ἡρόσθαι, quod scilicet Rhodano conjungatur, appellatur, in eum enim per Allobrogum fines defluit. Nasctur in eo magnus quidam piscis, qui Clupea ab accolis dicitur. Hic crescente Luna albus est, decrecente verò niger omnino fit. Suprà modum verò auctus à propriis interficitur spinis. Porro invenitur in ejus capite lapis grumo salis perferimus; qui plurimum quartanis morbis conferre traditur,**

*si deficiente Luna sinistris corporis partibus aligatus deseratur. Sed in hoc Ennii loco Clupeam potius civitatis, quam piscis nomen esse arbitror, quae non longè erat à Carthagine, cujus Strabo meminit l. 6. 251 & alii quamplurimi. Lucanus l. 4.*

*Et Clupeam tenui stationis littore notae. Idque eò magis affirmamus, cum Poërae institutum sit referre quibus in locis insigniores, celebrioresque pisces capiantur: quapropter legendum est,*

*Omnibus at Clupeae praestat Mustela marina.*

Praefert enim hoc versu omnibus Mustelis marinis eas, quae Clupeae nascuntur.

MUSTELA MARINA] Γαλή θαλασσία ad differentiam fluviatilis. Nec maritarum una est species. Nam, ut ait l. 3. de Alim. facul. c. 31. Galenus, piscis ille, qui magna est apud Romanos existimationis, quem γαλεξίαν vocant, ex genere est Mustellarum: qui in Graeco mari nusquam visus est. Γάλιος etiam apud Rhodios summo in pretio habitus fuit. Fluviatilem verò Salvianus, Rondeletius, & Bellonius eam esse volunt, quae à lambendis petris Lampetra appellatur. Veteres verò ob maculosum tegmen Mustelam vocaverunt, quòd ad terrestres Mustelae similitudinem accedit.

MURES SUNT AENI] Marinorum Murium meminit Aelianus l. 9. de Animal. c. 41. eosque ait, quamvis exiguo sint corpore, domesticis tamen esse audaciores, ac fiducia inexpugnabili munitos: nam ad pugnam prodeunt duplici fidentis armorum, praedurae scilicet pelli, & dentium robori. Pugnant enim cum valentibus piscibus, ac hominibus rei piscatoriae peritissimis. Ejus verba haec sunt; Τῶν γε μὴν οἰκετῶν θρασυτέροι οἱ θαλάττιοι. μικρὸν μὲν αὐτῶν τὸ σῶμα, τόλμα δὲ ἀμαχος, καὶ θαλάττουσι δύο ὄπλοις, δορὰ τε εὐτόνω, καὶ ὀδόντων κράτει. μάχονται δὲ καὶ τοῖς ἰχθύσι τοῖς

ταῖς ἀδρύτεροις, καὶ τῶν ἀλιέων τοῖς μάλι-  
στα θηρατικαῖς. Quod idem Oppianus libro  
1. Ἀλιευτικῶν expresse videtur;

— ἐν δὲ κούων χαλεπὸν γένος, οἱ περὶ  
πάντων

Θαρσαλῆοι νεπόδων, καὶ τ' ἀνδράσι ἀντι-  
φύρονται,

Ὅτι τό σοι περὶ ἴοντες, ἐπὶ σερῆ δὲ μάλι-  
στα.

Ῥινῶ καὶ πυκινοῖσι πεποισθόντες ἔνδον ὀ-  
δοῦσιν

Ἰχθύσι, καὶ μερόπεσσι ἀρειότεροι μάλι-  
χονται.

Hos versus Lippius Collettus sic Latinè red-  
didit;

*Audaces mures non magno corpore fidunt  
Viribus haud magnis: sed dura pelle vigo-  
rem*

*Ostentant; firmi confidunt robore tergi:  
Contra mortales pugnant, contra agmina  
pontii.*

Aenium Thraciae Urbem fuisse, testantur  
Hesychius, Eustathius, Strabo, Suidas, &  
Plinius, qui ibi Polydori tumulum fuisse  
tradit l. 4. c. 11. Stephanus eodem nomine  
flumen etiam appellari asseruit; quod, ut  
Hermolaus in Plinianis castigationibus ait,  
è Germania in Danubium defertur, Vin-  
delicos à Norico discriminans.

AST ASPRA OSTREA PLURIMA ABYDEI]  
Abydus Asiae Urbs, Leandri patria, sua-  
vissimo Musaci poemate percelebris, à Mi-  
lestis quondam in Hellepontii faucibus  
condita; cui Sestus Europae oppidum est  
oppositum, praecipiti infelicis Erus è turri  
lapsu, & Leandri naufragio nobilitatum.  
Quod non modò ex hoc loco Ostreis plu-  
rimùm abundare perspicuum est; sed &  
ex his Catulli versibus ex Ithyphallico, ut  
opinor, carmine,

*Hunc locum tibi dedico, consacroque Priape,  
Qua domus tua Lampfaci est quaque Priape,  
Nam te praecipue in suis urbibus colit ora  
Hellepontia, caeteris ostreosior oris.*

Virgilius l. 1. Geor.  
Pontum, & ostriferi fauces tentantur A-  
bydi.

Lucanus de Chalcedone, quae est in eo-  
dem maris tractu l. 9.

— Ostriferam dirimat Chalcedona cursu.

Clemens Alexandrinus l. 2. Paed. ubi eos  
accusat, qui ingluviei dediti transmarinas  
escas anxie perquirunt, ὄστρεα τὰ Ἀβυθῶν  
nominat. Varro Satyra, quam περὶ ἔδεσ-  
μάτων inscripsit, Tarentina laudavit, Ho-  
ratius Circaea, Sergius Orata, qui primum  
Ostreorum vivaria in Bajano invenit,  
Lucrina; de quibus etiam Varro,

Tunc nuptiae videbant Ostreae Lucrinas.

Martialis,

Ostrea tu sumis stagno saturata Lucrino.

Et rursus,

Ebria Bajano veni modo concha Lucrino.

Juvenalis Satyr. 8.

— caenet licet ostrea centum

Gaurana

Sed omnibus Licinius Mutianus Cyzicena  
praetulit, quo nomine Abydena intelligit:  
nam Cyzicus in Propontide est. Ovidius  
l. 1. Fast.

Hincque Propontiacis haerentem Cyzicon  
oris.

Sic enim ille de Ostreis loquens ait, Cy-  
zicena majora Lucrinis, dulciora Britannicis,  
suaviora Edulis, acriora Lepticis, pleniora  
Lucensibus, sicciora Coryphanensis, teneriora  
Istricis, candidiora Circaensibus. Unde in  
veteri Epigrammate,

*Ennaeae Cererem nurus frequentant,  
Raptam Cyzicos ostreosa divam.*

Strabo l. 4. ait lacum supra Rhodani ostia,  
quem *σομαλίμω* vocant, Ostreis admo-  
dum esse feracem. Ea Romanis summò  
precio fuerunt; quibus diu, ut inquit Plinius  
l. 32. c. 6. mensarum palma tributa est.

Varro Satyra ἐπὶ τῇ φωνῇ μῦθον,  
*Nec multi nummus piscis ex salo captus  
Elops, neque Ostrea illa magno captata  
Quivivit palatum suscitare*

Idem rursus alia Satyra, quae inscripta est,  
*ἔως ποτε, περὶ ὄστρῶν* querentem nescio  
quem inducit,

*Non posse Ostrea se Romae praebere, & Echinos.*

Lucilius l. 13.

*His itidem in coena dabis Ostrea millibus  
nummum*

*Esupta*

Quo autem modo ea condiebantur, Cae-  
lius Apitius nepotum omnium lautissimus 233  
in

Est Mitylenae Pecten, Aperq; apud Ambraciae amnem:  
Brundusii Sargus bonus est: hunc, magnus erit si,  
Sume. Apriculum piscem scito primum esse Tarentei.

in Thalamis demonstravit; qui etiam quo-  
modo ea diu asservantur, diligenter ex-  
cogitavit: nam Trajano apud Parthos lon-  
gè multorum dierum itinere à mari agentis,  
Ostrea recentia misit.

EST MITYLENAE PECTEN] Impressi Ap-  
puleji codices, & Turnebus habent, *Adus  
Mitylenae est*, sed nimis depravatè: nam  
postquam supra dixerat, *Mures sunt Aeni*,  
quid opus erat addere, *Mus Mitylenae est?*  
Scaliger vir summo ingenio, sed nimis  
interdum in Veterum scriptis emendandis  
sibi fidens legit,

*Mitylus, & Pecten, Charadrusque apud  
Ambraciae amnes.*

Quae mihi non arridet lectio, quando-  
quidem Graeca Arcestrati verba, quae  
superius retulimus, apertè Pectines Mity-  
lenae esse declarant. Eoque magis quam  
scriptum lectioem probamus, quò Plinius  
Mitylenis lautissimos Pectines esse,  
ait l. 32. c. 11. & Clemens Alexandrinus  
l. 2. Paedag. c. 1. & Pollux l. 6. c. 10. in-  
ter praestantissima gulae irritamenta κτέ-  
νας Μηθυμναίους recensent. Sunt autem  
κτένας ex genere τῶν ὀστρακοδέμων: quos  
Gaza Latinè Pectines, & Pectunculos ver-  
tit, sed non omninò rectè: nam Plinius  
manifestè Pectines à Pectunculis discernit  
l. 32. c. 11.

APERQ; APUD AMER. AMNEIS] In Ap-  
puleji hic locus ità foedissimè coinquina-  
tus legitur, *Caradrum, quae apud Umbraciae  
finis*. Scaliger, ut diximus, emendat,  
*Charadrusque apud Ambraciae amnes*;  
quo nomine nullum haecenus memini pi-  
scem, sed avem, quam nos Rupicem, sive  
Hiaticolam dicimus, χαράδριον appellari,  
παρὰ τὸ ἐν ταῖς χαράδραις διατρίβειν. Quod  
Aristophanes in Avibus videtur innuisse,

*Ἴθαρ ἐφόρου κάτωθεν ἐς τὴν αἴρα  
Οἱ χαράδιοι, καὶ τάλλα ποτάμι ὄρεα.*

Est autem haec avis inexplabilis voracita-  
tis, nam simulac nimio cibo, pouque se  
ingurgitaverit, ventrem dejicit, ut se rur-

sus expleat. Quo vitio Hipponax more  
suo quandam carpens, quòd inter coenan-  
dum surgebat ad alvum exonerandam, ut  
novo infercire possit onere, *μεσσηγυδορ-  
ποχέστην* appellavit. Itaque non Charadrus,  
sed Aper legendum existimo; qui ab A-  
thenaeo, ni fallor, ποτάμιος χοῖρος, &  
κάρπος dicitur; quemadmodum & Ari-  
stotele l. 4. de Animal. c. 9. qui ait in Acheloo  
amne vocalem habitum esse: cujus  
verba Plinius l. 11. c. 55. ità Latinè est in-  
terpretatus; *Et is, qui Caper vocatur, in  
Acheloo amne grunnitum habet*. Sed vetusti  
Plinii codices non *Caper*, sed *Aper* habent,  
quamvis apud Aristotelem, ut diximus,  
Graecè κάρπος legatur: quà vocis simili-  
tudine multi magni nominis interpretes  
decepti saepe pro κάρπος *Caper* malè trans-  
tulerunt, ut rectè admonet Paullus Leo-  
pardus in 2. suarum emendationum cap.  
10. Arcestratus autem, à quo id fortasse  
Ennius acceperat, Aprum Ambracium mi-  
rum in modum extollit, admonetque pari  
auri pondere esse emendum;

*Ἄυτῶρ ἐς Ἀμβρακίαν ἐλθὼν εὐδαίμονα χάρ-  
ρον*

*τὸν κάπρον γ' ἂν εἰσίδης ἀνὸς, καὶ μὴ κατὰ-  
λεϊπε*

*Κ' ἂν ἰσόχυρος ἐῖη*

Quamvis Hieronymus Mercurialis lib. 1.  
Var. Lect. c. ult. observet, hoc loco κάρ-  
πον non de pisce intelligi, sed de haedo  
ex Ambracia, qui rectè Varrone in Satyra  
περὶ ἔδεσμάτων inter summas delicias ha-  
bebatur. Apros quoque pisces apud Argi-  
vos optimos nasci, ex hoc Philomonis, ut  
opinor, senariolo liquet,

*Ἐξ Ἀργικῆς γλαυκίπικον, ἐξ Ἀργους κά-  
προν.*

BRUNDUSII SARGUS] Σάργος eodem no-  
mine à Graecis, Latinisque appellatur.  
Lucilius Aegyptium probat,

*Quem praeclarus Elops, quem Aegyptio Sar-  
gi movebit.*

APRICULUM PISCEM] Otiosa est dictio  
piscem,



Surrentei fac emas Glaucum, & Cumas apud: at quid Scarum praeterii cerebrum Jovi' paenè supremei?

piscem, quae ex alicujus indocti glossmate in Appuleji contextum irrepfit; legendumque hunc locum censeo,

Sume, aſt Apriculum ſcito primum eſſe Tarentii.

Hunc καρπίσιον Graeci appellant. Salvianus in Aquatiliū historia καρπίσιον, & κόπρον eundem esse affirmat: cujus opinionioni non omnino assentimur, cum Ennius diversam sane Aprī, & Apriculi mentionem fecerit; alterumque Ambraciae, alterum verò Tarenti nasci dicat.

SURRENTI FAC EMAS GLAUCUM, ET CUMAS APUD ] Vulgata Appuleji exemplaria habent, Surrenti Aelopen fac emas, Glaucum apud Cumas quid; Scaliger verò fecit,

Surrentei Lopadas, Glaucum Cumas apud: at quid?

Praetermissa ea verba fac emas, quae & in Appulejo perspicue leguntur, & Archeſtrato sunt valdè familiaria. Sic enim de Apro, ut supra retulimus, dixit,

Τὸν Κάπρον γ' ἂν ἐπίδησ' ἀνοῦ

De Mugile, ut ex Aegina ematur, Κεσρία δ' Αἰγίνης ἐξ Ἀμφιρύτης ἀγόραζε. Idem de Muraenarum praestantia loquens, quae in Siculo freti angustias capiuntur, Ἰταλίας δὲ μεταξὺ κατὰ στενωπόμενα πορθέων,

Ἡ πλάτῃ μύραται καλουμένη ἀνπασε ληφθῆ, Ὄνοῦ. τοῦτο γάρ ἐστιν ἐκεῖ θουμασὸν ἔδεσμα.

Item de Sue, quem in Ponto, & Aeni piscantur,

Ἐν δ' Αἴνω καὶ τῷ Πόντῳ τὴν ἐν ἀγόραζε.

Sed in Appulejo corruptè omnino legitur, Surrenti Elopem. Plinius enim l. 32. c. 11. Ovidii auctoritate asserit Elopem nostris undis esse incognitum, Unde Quintilianus lib. 5. c. 10. Et piscium quoque genera, inquit, alia planis gaudens, alia saxosis; regionibus quoque, littoribusque discreta sunt: nec Elopem nostro mari, aut Scarum dacas. Columella lib. 8. c. 16. Atque ut littoribus, sic & fretorum differentias nosse oportet, ne nos alienigeni pisces decipiant: non enim omni

255

mari potest omnis esse, ut Elops, qui Pamphilio profundo, nec alio pascitur. Confirmat Aelianus libro 8. περὶ ζῴων ἰδιότητος, Elopem in profundo Pamphilio esse, indeque tamen vix, & admodum rarò capi. Ex quo apparet falli Appionem Grammaticum, qui Elopem eundem cum Accipifere esse existimavit. Ovidii locus ex Halieutica fragmento notus est,

Et pretiosus l'lops, nostris incognitus † oris.

Videtur Ovidius adjunctum illud pretiosum expressisse ex Epicharmo, qui in Musis Elopem πολυτίμων dixit; qui si nostris oris incognitus est, quomodo, ut Surrenti ematur, suadet? Elopi autem Rhodio à Scriptoribus palmarum tribuitur, ab Archeſtrato verò Syracusano: sic enim ait;

Τὸν δ' ἔλοπ' ἔσθ'ε μάλιστα Συρακούσας ἐνὶ κλειναῖς

Τὸν γε κρατισταῖονδ'. οὗτος γὰρ αὖ ἐστὶν ἐρεῖθεν

Τὴν ἀρχὴν γεγονώς, καὶ ἂν περὶ νήσους,

Ἡ περὶ τὴν ἄλλην που ἀλλ' ἄλλ' ἢ περὶ Κρήτην

Λεπτός καὶ περὶός, καὶ κυματοπλήξ' ἀφ' ἐνέτωι.

Quare doctè Scaliger pro Elopem reposuit Lopadas; quae marinae conchae sunt gustu suavissimae: de quibus Plautus Parasito Medico,

Adducite Lopades, Echinos, Ostreas.

De Glauco pisce, ita à colore, ut tradit Eustathius, appellato, plura ab Aristotele, Oppiano, Plinio, Athenaeo, Bellonio, aliisque dicta sunt. Sed qui Athenis nascuntur, videntur ex senario, quem supra retulimus, in pretio fuisse.

CUMAS APUD ] Lucretius l. 6.

Is lacus est Cumas apud

At quid SCARUM PRAETERII CEREBRUM JOVIS ] Scarum, quoniam omnium piscium suavissimus habetur, ut tradit Plinius l. 9. c. 17. & l. 32. c. 9. Athenaeus, Galenus, Eustathius, & alii, meritò Poëta Jovis cerebrum appellavit. Veteres enim Jovi

† undis.

Nestoris ad patriam heic capitur, magnusque bonusque Melanurum, Turdum, Merulamque Umbramque marinam?

Jovi delicatissima suavissimaque edulia tribuerunt. Unde optimum cascum Jovis lac dixit Euripides apud Athenaeum l. 14. c. 30.

Καὶ τῶρος ὀπίσας ἐστὶ καὶ Διδὸς γάλα.

Et Persae Clearchi testimonio opiparas epulas didos, καὶ βασιλέως ἐγνήφαλος dicebant: quas Ehippus in Ephēbis inter secundae mensae bellaria enumerat. Addunt insuper gulae nimium indulgentes Scarum, nisi cum suis fecibus edatur, inspidum esse. Quo dicto moneri puto, nihil profus ex eo pisce rejiciendum. Quare Epicharmus in Hebes nuptiis scripsit, Ne diis quidem licere Scari feces projicere: quas magnopere in hoc disticho extollit Martialis,

Hic Scarus, aequoreis qui venit obesus ab undis,

Visceribus bonus est, caetera vile sapit.

356 Sed idè fortasse Siculo Epicharmus magnopere Scarum commendabat, quòd in Siculo fretò praestantissimi capiuntur. Unde Arbiter,

Ingeniosa gula est, Siculo Scarus aequore maris

Ad mensam vivus producitur

Hunc piscem Italicis littoribus profusus ignotum Octavij praefectus classis primus navibus advexit, eumque inter Hostiam, & Campaniae litus, tanquam in terra fruges disseminavit. Indeque Scari praestantiam oriri arbitror, quòd solus è piscibus ruminet, solusque ut à Seleuco Tharsiensis proditum est, dormiat. Eleusi pulcherrimos quoque Scaros esse, Lynceus Samius scribit, & Ephesi Archeſtratus.

NESTORIS AD PATRIAM ] Pylon Achajae urbem περιθρασικῶς intelligit.

MELANURUM ] Anapaestus pro dactylo. Ovidius Halieutico,

Quin laude insignis caudae Melanurus

Et ibidem, — cauda Melanurus mentis. Quo nomine Graeci à caudae nigredine appellarunt: camque denominationem Lati-

ni ut propriam retinuerunt. Gaza apud Aristotelem vulgare sequutus morem Oculatam vertit, quae passim hodie Occhiata dicitur; licet Plinius l. 32. c. ult. in piscium Catalogo Oculatam à Melanuro distinguere videatur. Alcuius in Plantino lexico Oculatam esse ait, quam Plautus in Cap. Ophthalmiam appellavit. Turnebus autem l. 14. Adver. cap. 18. vult, Plautus eo modo Ophthalmiam carnem oculis vicinam; oculosque intellexisse, quo Lucilius Cephalacam carnem capitis, cum ait,

Abdomina Thygni Advenientibus prava dabo, carnem, & Cephalacam.

TURDUM, MERULAMQUE ] Hanc Graeci ut marem κόττηρον, illum verò ut foeminam κίχλην vocant. Numenius in Piscatorio, ἢ μελόγγρον κόττηρον, ἢ κίχλην ἀλιειώεας. Quare aliqui existimaverunt, Turdum esse foeminam, & Merulae nubere. Sunt etiam, qui & sexu, & specie differre contendunt: utrunque tamen in saxatiliū genere recensent Aristoteles l. 8. hist. Ani. c. 15. Columella l. 8. c. 16. Plinius l. 9. c. 15. Oppianus l. 1. Philotimus, Diphilus, & Dioctes in primo libro ὀγλιεῖων. Quapropter & boni succi, atque concoctu faciles, ut reliqui saxatiles existimantur.

UMBRAMQUE MARINAM ] Haec à Graecis communi vocabulo Σκιαμα dicitur; à Numenio verò in hoc loco supra memorato Σκιαδένος, & ab Epicharmo in Nuptiis Hebes Σκιαβί. Plinius l. 32. c. 11. Graecum nomen retinens Sciaenam vocavit. Reliqui verò Latini Graecam nominis significationem exprimentes, à colore, ut ait Varro l. 4. de ling. Lat. Umbram dixerunt: quod ipsum confirmat Ovidius, cum ait;

— tum corporis umbrae Liventis

Nos horum imitatione patrio sermone Umbrinam appellamus; cujus caput summo precio habetur, & inter delicatiores epulas numeratur.

257

POLY.

Polypu' Corcyrae, Calvaria pinguia a Atarnae,
Purpura, b Muriculei, Mures, dulces quoque Echinei.

a carne b matriculi

POLYPU' CORCYRAE] Polypum veteres Graeci, a quibus Latini idem nomen acceperunt, a pedum multitudine appellant. Recentiores vero pedum numerum exprimentes κατάποδα dixerunt. Itali antiquam Graecam, & Latinam vocem servantes Polpo per syncopen nominant. Hic autem locus ex Arcestrato videtur desumptus, qui in Caria, & Thaso ait, optimos esse Polypos, Corcyram vero plures, ac magnos alere;

Πόλυποι ἔντε Θάσσο, καὶ Καρίᾳ εἰσὶν ἄριστοι, καὶ Κέρκυρα τρέφει πολλούς, μεγάλους τὸ πλῆθος.

CALVARIA PINGUIA] Intelligit fortasse falsamenta, quae ex Thygni capite fiebant. Verum potius legendum censeo, -- Calvaria pinguis. Est enim procul dubio Calvaria piscis nomen, ut ex Appulejo liquet, qui in 1. Apologia ait; Memento tamen tam ridiculum argumentum fore, desiderata ad res Veneras marina obscena, quam si dicas marinum Pectinem comedendo capillo quaesitum, vel aucupandis volanibus piscem Accipitrem, aut venandis Apris piscem Apriculum, vel eliciendis mortuis marinam Calvariam. Quae forsitan piscis ille est, qui, sive quod totus capite constet, sive ab orbiculari figura Orbis appellatur: qua de causa male in vulgatis Plinii codicibus l. 32. c. 11. Orchis pro Orbis habetur; quemadmodum etiam Isidori auctoritate l. 12. Orig. c. 6. comprobatur. Aliqui pro Calvaria pinguis legunt Cephalaeque pinguis.

ATARNAE] Atarna auctore Stephano civitas est inter Mysiam, & Lydiam prope Lesbium. Sunt qui legant Acarnae, quae Magnesiae est oppidum. Aliqui vero eandem lectionem approbantes Acarne hic non loci, sed piscis nomen esse existimant; cuius mentio est apud Plinium l. 32. c. 11. Et ni fallor idem ab Hesychio ἀχάρνα dicitur, & ἀχάρνος a Callia in Cyclopiibus: qui piscis ad Pagri, vel Erythrini similitudinem accedit oculis magnis, & squamis

argenteum colorem referentibus.

PURPURA] Πορφόρα. Est e genere turbinatorum, cujus celebre nomen est ob liquorem, quem lanis inficiendis idoneum habet. Lucilius Pelori purpuras laudavit l. 3. Satyr.

Obscura nulla fuit, non purpura nulla Pelori.

MURICULEI] Muriculi, qui & Musculi a Muribus dicuntur, inter testacea numerantur. Male autem in Appulejo Matriculi habetur.

MURES] Lego Murex, ne tam saepe ejusdem piscis nomen repetatur. Differt sane a Purpura Murex, cujus etiam sanguine lanac purpureo colore fucantur.

DULCES QUOQUE ECHINEI] Athenaeus etiam lib. 3. c. 7. Echinos γλυκῆς esse ait; qui, ut Grammatici tradunt, ita appellati sunt, ἀπὸ τοῦ μὴ δύνασθαι ἔχουσθαι διὰ τὰς ἀκάνθους: quod scilicet ob aculeos teneri non possint. Post haec caetera quoque exquistorum piscium genera fortasse numerabantur; quae ab heluonibus toto mari summis sumptibus diligentissime perquirebantur: ut Macandri Anguillae, Macedoniae, Rhegii, & Boeotiae; Scyathi Mugiles; Pelori Conchae; Maenae, quae in Lipara capiuntur; Psettae Atticae; Thynnus Tyrius, Samius, & Byzantius; Muli Ionici; Hippurus Carystius; Auratae Ephesiae, & Tarentinae; Passeres Chalcidenses, & Eleusini; Vulpes Rhodiae; Myli, qui ex Ponto deferuntur; Aphiae Phalericae, licet Chryssippus in libro περὶ τῶν δι' αὐτὰ αἰρετῶν Atticas probet, & Rhodias Lynceus Samius in quadam ad Diagoram epistola. Laudabantur etiam, ut opinor, Muraena ex Porthmo Eubaeae civitate, Tarresiae, & Siculae; de quibus Martialis lib. 13.

Quae natat in Siculo grandis Muraena profundo.

Juvenalis Satyr. 5.

Vironi Muraena datur, quae maxima venit Gurgite de Siculo

Prac-

Practerea Lupi Milefi, quos ideò Arcestratus ἑεπίπιδας cognominavit, quia, ut Hicestius ait, palato gratissimi sunt, ut vel principem obtineant locum. Illi etiam summa in existimatione habentur, qui Romae in Tiberi, & praefertim inter duos pontes capiuntur; quorum C. Titius in

Oratione, qua legem Fanniam suavit, Lucilius lib. 16. Satyr. & Horatius Ser. l. 2. Satyr. 2. meminerunt. Attius noster Synceus Rhombos Sinuessanos probat, Plinius l. 9. c. 54. Ravennates, Ovidius in Halicute Hadriacos, ubi ait;

Hadriaco mirandos littore Rhombos.

EPIGRAMMATUM RELIQUIAE.

Q. Ennii Epitaphium ab ipsomet conditum.

Adspicite, o Ceiveis, senis Ennii imagini' a formam: Heic b vostrum panxit maxuma facta patrum. Nemo me lacrumeis decoret, nec funera fletu Facit. c quur? volito vivo' per ora virum.

Cic. lib. 1. Tusc.

Idem ibid. & de Senect.

a urnam b vestrum pinxit c quom

259 ADSPICITE, o CEIVEIS] Poeta cum jam longius aetate proventus eum diem, qui semel mortalibus obeundus est omnibus, non longè abesse cognosceret, hoc ipsemet de se elogium, tanquam sui funeris cantator Cygnus suavissimè modulatus est. SENIS ENNII IMAGINI' FORMAM] Hinc etiam comprobari potest in Ennii sepulchro ejus statuum fuisse erectam. HEIC VOSTRUM PANXIT MAXUMA FACTA PATRUM] Gloriosas scilicet Romanorum res gestas, quas in Annalium libris explicavit. Sunt qui pro maxuma legant fortia; unde fortasse Virgilianum illud l. 1. Aen. Fortia facta patrum.

laboribus, & periculis viveret? Loquor de principibus. Quid Poetae? nonne post mortem nobilitari volunt? Unde ergò illud? Adspicite o Ceiveis, &c. Et mox; Mercedem gloriae flagitat ab his, quorum partes affecerat gloria. Et de Senect. relato eo versu; Nemo me lacrumeis decoret, &c. subdit; Non censet lugendam esse mortem, quam immortalitas consequatur. In quo loco, & alio l. 1. Tusc. etiam apertius Ennianam sententiam Solonis dicto praetulit; qui his verbis negat, velle se suam mortem dolore amicorum, lamentisque vacare;

Μὴ δέ μοι ἀκλαυτὸς θάνατος μέλοι, ἀλλὰ φίλοισι

Καλλίστοιμι θανάτῳ ἄλγεια, καὶ σπονχάς. Quae sic vertit Cicero l. 1. Tusc.


Mors mea ne careat lacrimis: linguamus amicis

Moororem, ut celebrent funera cum gemitu.

NEC FUNERA FLETU] Expressit hanc eandem sententiam Horatius in 2. Carm. Od. 20.

Ab sint inani funere neniae, Luctusque turpes, & querimoniae: Compefce clamorem, ac sepulcri

Mitte super avos popule.



FACTIT] Veteres eodem modo vixit, junxit, & familia scripserunt.

QUUR? VOLITO VIVO? PER ORA VIRUM] Virgilius l. 3. Geor.

victorque virum volitare per ora.

260 Et rursus l. 12. vivusq; per ora feretur. Beroaldus verò minimè animadvertens, quantum huic carmini dictio illa vivus, & venvulatis, & dignitatis addat, ut vitaret

s litterae extritionem, legit; volito docta per ora virum.

Quo epitheto quamvis Palladius Ciceronis epitaphium clausit, nihilominus dictionem illam vivus, tanquam inscriptionis animam, non praetermisit. Ita enim ait;

At, ne quid Fortuna viro nocuisse putetur, Vivus in aeternum docta per ora volat.

P. Scipionis Africani Tumulus.

HEIC EST ILLE SITUS, quoi nemo ceivei', neque hostis Quibit pro facteis reddere operae pretium.

Sen. lib. 19. Epist.

HEIC EST ILLE SITUS] Haec Ennium de Africano dixisse testatur hoc modo Cicero in 2. de legibus; Declarat etenim Ennius de Africano; Heic est ille situs, verè: nam siti dicuntur ii, qui conditi sunt: nec tamen eorum ante sepulchrum est, quam justa facta, & corpus incensum est. Haec eadem paenè Ennii verba in Annibalis, Scipionis ac muli tumulo, ut ab Auctore de viris illustribus proditum est cap. 42. insculpta erant: qui de Annibale loquens ait; Positus est apud Libysiam in arca lapidea, in qua hodie quoque inscriptum est ANNIBAL HIC SITUS EST. Qui loquendi modus Antiquis frequenti admodum in usu fuit. Lucilius; Servus neque insidus domino, neque inutilis cuiquam

Lucilius Columella heic situs est — Caeterum in Seneca l. 19. Epist. ubi reliqua hujus tumuli verba leguntur, prior versus hoc modo ἀειπαλος habetur; Dein-

de Ennianos colligit versus, & in primis illos de Africano scriptos; cui nemo civis, neque hostis, qui vult pro facteis reddere operae pretium. Qui locus ita, ut scripsimus, est emendandus; & optimè quidem quisquis ille fuerit, decurtato huic carmini quatuor illa à Cicerone relata verba praeposuit, ut illud propriae integritati restitueret.

QUI NEMO] Amplificat Scipionis laudem à meritorum magnitudine.

NEQUE HOSTIS] Nam etiam hostibus virtus est admirabilis.

OPERAE PRETIUM] Budaeus referens in Annot. Pandect. l. 21. hunc Livii locum; Tempus est opulenta nos, ac ditia stipendia facere, & magna operae pretia mereri, interpretatur, magna operae pretia magna praemia militiae. Caeterum ne hic versus redundet syllabà, extrema verba per synopen legenda sunt, operapretium, vel oprapretium.

De eodem.

A Sole exoriente supra Maeoti' paludes Nem' est, quei facteis me aequiparare queat. Si fas caedendo caelestia scandere quoiquam est: Mi solei caelei maxuma porta patet.

Cic. lib. 5. Tusc.

Lact. lib. 1. Divin. inst. cap. 58.

Sen. lib. 19. Epist.

A SOLE EXORIENTE] Inducit Poeta in sculana cognoscere licet, Scipionem de immortalibus suis gestis, victoriisque gloriantem. Ita enim ait; Et est in aliqua vita praedicabile aliquid, & gloriantum, ac praesefendum; ut Epaminondas, Consiliis nostris laus est attonsis Taconum. Ut Africannus, A Sole exoriente, &c. Videtur hic versus ad illorum acumulationem elucubrati, qui apud Aristidem ex quodam Poeta in Cimonis laudem habentur in Oratore De Paraphthegmate, & in illa pro Quatuor viris; Οὐδένπω κάλλιον ἐπιχρῶσιον γένοιτ' ἂν. ἤρῳν Ἐργον ἐν ἠπείρω καὶ κατὰ πόντον ὁμοῦ. Nullus adhuc tantum pariter terraque maribus Edere mortalis vir facinus potuit. MAEOTI' PALUDES] Ita meliora Ciceronis exemplaria habent; aliqua verò Meotidas paludes. Ex quibus depravata lectio-nis vestigiis conjicio legendum esse, Maeotidi, vel Maeotido pludes, pro paludes. Saepè enim Veteres breves syllabas quasi pronuncians abforbebant, ut fenestra, senex, pro fenestra, & senex; & ita Horatium in Poet. fecisse arbitror, steriliusve diu plus pro palus, ne syllabae modulum vitaret. Dionysius Afer -- Μαιώτιδος ὕδατι λίμνη, Est haec palus in Scythia in Euxinum influens; de qua Herodotus in Melpomene, Euthathius in Dionysii commentariis, alique complures. Affer etiam primum hujus epigrammatis carmen Mamertinus in Genethliaco Maximiano Augusto dicto: cujus verba, quoniam aliquid conferre videntur ad hujus loci intelligentiam adscribam. Etenim, inquit, quod ait ille Romani carminis primus Auctor; A Sole exoriente usque ad Maeotidas paludes, id nunc longius, longiusque protendere licet, si quis hostilem in mutuas clades vesaniam toto orbe percenseat. Etenim ab ipso Solis ortu non modo haec citra Maeotim sub extrema Septentrionis plaga, qua servidum caput Danubius evoluit, quaque horridus secat Albis Germaniam, sed etiam sub ipso lucis occasu, qua Tingitanum litus Calpetano monti obvium latus in mediterraneos sinus admittit Oceanum. Videtur autem Ennius unico hoc versus, non ut caeteri Poetae ab Oriente ad Occidentem, sive à Septentrione ad Austrum universonum

orbis ambitum esse complexus: sed diverso sanè loquendi modo pro Sole exoriente Matutinam, & Australem plagam, pro Maeotide palude Septentriones, & Vespertinas caeli partes significasse.

NEM' EST, QUI FACTEIS ME AEQUIPARARE QUEAT] Aliqui legunt, me exuperare queat. Simili elocutione Attius, ut opinor, hoc trochaico usus est, Quis homo te exuperavit unquam gentium impudentia?

Si fas caedendo caelestia scandere] Conditionem apposuit: nam iis, qui humano cruore manus commaculaverint, non modò caeli non patet aditus, sed tanquam profanis ne sacra quidem atrectare licet. Quare Virgilius Platonis in Phaedone auctoritatem sequutus Aeneam sic facit Trojanorum Penates attingere renuentem l. 2. Aen.

Me tanto de bello digressum, & caede recenti Attrebare nefas

Sed Lactantium, quomodo Ennium subfannet, audiamus: qui videtur hoc loco se non conditionaliter, ut ita dicam, sed assertivè accepisse. Ille autem, inquit, qui insimula hominum millia trucidaverit, cruore campos inundaverit, flumina infecerit, non modo in templum, sed etiam in caelum admittitur. Apud Ennium sic loquitur Africanus,

Si fas cadendo caelestia scandere cuiquam est: Mi soli caeli maxuma porta patet.

Scilicet quia magnam partem generis humani extinxit, ac perdidit. O quamis in tenebris Africane versatus es: vel potius ô Poeta, qui per caedes, & sanguinem patere hominibus in caelum ascensum putaveris. Senecae exemplaria passim habent,

Si fas est plagas caelestium scandere cuiquam.

In quibusdam verò antiquioribus legebatur, Ni, vel, Si faciendo plagas caelestium scandere cuiquam.

Ex cujus scripturae notis Ferdinandus Pincianus admonet Lactantii lectionem esse sequendam. Caeterum ex iisdem Petrus Pithoeus l. 1. Adver. c. 11. conjicit olim scripsisse Ennium, & ita apud Lactantium hunc versus esse emendandum, Si fas endo plagas caelestium ascendere cuiquam.

X 2

Deip-

Deip-

Deip-

Deip-

Deip-

Deip-

Deip-

Deip-

Deip-

Deip-

Deip-

Deip-

Deip-

Deinde, ut suam sententiam confirmaret, addit; Si enim ita scripsisset Ennius: Si fas caedendo, non debuit, nec vero potuit tam acriter reprehendi: quandoquidem conditionem adiecit hanc, Si fas, quae potuit non vera esse. At si ita, ut dixi, versus hic reponatur, reprehendi jure potuit. Mihi vero ut Lactantii lectio magis placet, ita minus ejus interpretatio; nam jure Ennius defendi posse videtur, qui Scipionem non de caedibus, urbiumque direptionibus, & incendiis, sed de ejus animi magnitudine, rebusque ob patriam tutandam, conservandam, augendam praeclarissime gestis gloriantem inducit: quae quoniam minus incruentè perfici poterant, incircò subverri videtur illis verbis, Si fas caedendo, ne sibi in caelum aditus praeccluderetur: cum aliàs meritò patere sibi deberet ob egregias virtutes, & summa erga Rempub. merita.

MI SOLEI CAELEI] Hinc respexit Seneca l. 13. Epist. ubi de eodem Africano loquens

ait; Animam quidem ejus in caelum, ex quo erat, rediisse persuadeo mihi: non quia magnos exercitus duxit (hoc enim & Cambyses furiosus, ac furore feliciter usus habuit) sed ob egregiam ejus moderationem, pietatemque magis in illo admirabilem cum reliquit patriam, quam cum defendit. Et Cicero in Som. Scip. sub minoris Scip. persona; Ego verò inquam, o Africane, si quidem bene meritis de patria, quasi limen ad caeli aditum patet, quanquam à pueritia vestigiis ingressus & patris, & tuis, decori vestro non desui: nunc tamen tanto praemio proposito enitar multo vigilantius. Mi vero vel à Graeco μοι originem habet, vel à Latino mihi per syneresin sublatà aspiratione.

CAELEI MAXIMA PORTA PATET] Homer. Iliad. δ. πύλας οὐρανοῦ. Cicero in 3. de Republ. Est verò, inquit, Africane: nam & Herculi eadem ipsa porta patuit. Silius lib. 15.

At quis aetherei servatur seminis ortus Caeli porta patet

XII. selectorum Deorum nomina.

Juno, Vesta, Ceres, Deiana, Menerva, Venus, Mars, Mercurius, Jovi, Neptunus, Volcanus, Apollo.

Appul. de Daem. Soc. Mart. Capella de Nupt. Philolog.

264

Non est hoc loco Poëtae artificium silentio praetereundum, qui praeterquam quod XII. Deorum nomina nullis conjunctionum vinculis colligata duobus versibus explicavit, & Deas à Diis segregavit, Venerem cum Marte conjunxit, ut eorum congressum quodammodo significaret. Refertur hoc distichon non modò ab Appulejo in libro de Daemone Socratis, verum etiam à Marciano Capella in Nuptiis Philologiae, cujus verba sunt; Tunc etiam, ut inter alios potissimi rogarentur ipsi collegae Jovis, qui bissesti ab eodem Tonante numerantur; quosque distichum complectitur Ennianum; Juno, Vesta, Ceres, &c. Apollonii Scholiastes in 2. lib. Argonaur. hos eosdem XII. Deos hujusmodi ordine me-

moravit, Ζεὺς, Ἥρα, Ποσειδῶν, Διμήτριος, Ἑρμῆς, Ἥφαιστος, Ἀπόλλων, Ἀρτεμις, Ἑστία, Ἄρης, Ἀφροδίτη, καὶ Ἀθηνᾶ. Ad quos respexit Cleon eo jusjurando in Aristophanis Equitib.

Οὔτοι μὰ τοὺς δαδεναι θεοὺς χαίρησεν.

Et Auctor illius epigrammatis in Augustum de secretiori illius coena, quae vulgò δεκάθεος vocabatur,

Cum primum istorum conduxit mensa Cho-  
ragum

Sexque Deos vidit Mallia, sexque Deas.

Praeterea Plautinus Epidicus,

Si undecim Deos praeter se secum adducat Juppiter.

Et in fine ejusdem fabulae,

Dmo-

Duodecim Deis plusquam in caelo est Deorum immortalium  
Mihi nunc auxilio adiutores sunt, & mecum militant.

Ovidius in majore opere lib. 6.

Bissex caelestes medio Jove sedibus altis  
Augusta gravitate sedent

Hos antiquitas Consentes Deos appellavit, quoniam in Jovis consilium, ut tradit D. Augustinus l. 4. de Civit. Dei adhiberi putabantur: vel ut alii existimant, quasi Consentes; de quibus Arnobius lib. 3. ubi de Penatibus loquitur, ait; Varro, qui sunt introrsus, atque in inimis penetrabilibus caeli, Deos censet, quos loquimur, nec eorum numerum, nec nomina sciri. Hos Consentes, & Complices Etrusci ajunt, & nominant; quod una oriantur, & occidunt una, sex mares, & totidem feminas nominibus ignotis, & iis nationis barbarissimae: sed eos summi Jovis consiliarios, ac principes existimari. Meminit Seneca in 2. Quaest. naturalium cap. 41. XII. Deorum, quos Juppiter in consilium advocat ex antiqua Etruscorum disciplina. Hos alii Deos majorum gentium, alii Deos urbanos vocarunt, quorum imagines ad forum auratae stabant; & horum unumquemque sibi Romani persuaserunt, ut ex vetustissimo eorum Kalendario intelligi potest, proprii mensis praese tutelae; Junonem videlicet Januario, Neptunum Februario, Minervam Martio, Aprili Venerem, Majo Apollinem, Mercurium Junio, Julio Jovem, Augusto Cererem, Septembri Vulcanum, Octobri Martem, Dianam Novembri, Decembri Vestam; quam superstitionem Romanos à Chaldaeis, & Aegyptiis accepisse, Pomponius Laetus auctor est. At Manilius insignis poeta eosdem

XII. Deos XII. caelestibus signis praese, affirmat l. 2.

Lanigerum Pallas, Taurum Cytherea iucatur,

Formosos Phoebus Geminos, Cyllenius Cancrum,

Juppiter & cum matre Deum regit ipse Leonem,

Spiciferae est Virgo Cereris, fabricataque Libra

Vulcano, pugnae Mavortii Scorpius haeret, Venantem Diana virum, sed partii equinae;

Ast angusta sovet Capricorni sidera Vesta, Ut Jovis adversum, Junonis Aquaria: astrum est;

Agnoscitque suos Neptunus in aequore Pisces.

Quae extrema verba ita in omnibus, quae haecenus vidi, antiquis Manilii exemplaribus habentur, ac etiam in eo, quod nuper Scaligeri viri diligentissimi industria emendatum prodiit; sed male opinor, nam omninò legenda sunt, in aethere pisces. Caeterum, ut eodem revertar, tanta etiam Graeci eosdem Deos veneratione coluerunt, quòd cum Neoptolemus Tragodiae hystrio à quopiam interrogaretur, quidnam ab Aeschilo, aut Sophocle, aut Euripide dictum admiraretur. Nihil quidem horum, inquit, sed quod ipsemet vidi, Philippum scilicet Cleopatrac filiae suae nuptias magnificè in scena majore celebrantem; cumque decimus tertius Deus esset appellatus, postredie in theatro jugulatus, ac projectus fuit.

MENERVA] Ità Veteres pro Minerva dixerunt, sicut etiam Leber pro Liber.

MERCURIUS] Hunc & Mircinum Antiqui appellarunt, quod mirandarum rerum esset auctor, ut ex Varrone tradit Velius.

EXSCIPTIONE.

266

In hoc poemate, ex quo perpauca haec, nec certa omninò ad nos pervenerunt, totum se Ennium in Scipionis laudibus celebrandis occupasse, ex inscriptione perspicuum est. Nec modò ex hujusmodi poemate, qui laudabatur, ingentem, & fempiternam consequutus est gloriam; verum etiam is, qui illum suis carminibus illustravit. Quamobrem Ennius non solum quòd Scipionis rerum gestarum memoria

mate, qui laudabatur, ingentem, & fempiternam consequutus est gloriam; verum etiam is, qui illum suis carminibus illustravit. Quamobrem Ennius non solum quòd Scipionis rerum gestarum memoria

posteris propagavit, immortalis laude dignus est existimandus, sed etiam ob singularem ejus modestiam, cum se suis viribus impari materiam suscepisse fateatur. Nam, ut ait Aelianus, dum Scipionis res gestas canit, virumque illum fummis laudibus extollere nititur, solum Homerum judicavit Scipionem pro dignitate laudare posse. Ex quo cum perspicere licet magnum Poetae ingenium, & versuum majestatem, & admirabilitatem suspexisse. Quapropter recte quidem Poeta Messapius ex amplissimi Achillis laudibus cognoverat, quantum Homerus in laudando, & virorum gloriam exaggerando, ac in caelum efferendo valuerit. Aeliani autem verba apud Suidam hoc modo habentur; Ἐννίος Ῥωμαῖος ποιητής, ὃν Αἰλιανὸς ἐπιαινέειν ἄξιον φησὶ. Σκιπιάνα γὰρ ἄδων, καὶ ἐπὶ μέγαν ἐξάγει τὸν ἄνδρα βουλόμενος, φησὶ μόνον ἂν Ὀμηρον ἐπιαινέσαι ἔπιαινον εἰπεῖν Σκιπιάνα, δῆλον δὲ ὡς ἐτετέθη τὸ ποιητοῦ τὴν μεγαλοφυΐαν, καὶ τῶν μέτρων τὸ μεγαλείον, καὶ ἀξιολόγησεν; καὶ ὡς ἐπιαινέσαι δεῖν Ὀμηρὸν εἶναι, καὶ κλέος ἀνδρῶν παργυῶσαι, τί καὶ ἄρα

**MUNDUS caeli vastus constitit a silentio,**

a silentia

**MUNDUS CAELI VASTUS**] Hoc poema hexametris versibus compositum arbitror, tum ex illo versu, qui hexameter est, & à Macrobio aperte ex Scipione refertur lib. 6. c. 4.

*Sparsis hastis longis campus splendet, & horret,* tum etiam quia rei, de qua agitur, majestas nullum aptius carminis genus admittere videtur: quare ex conjectura alios hexametros, qui ad hanc rem spectare visi sunt, huc conjecimus. Notum quidem illud Flacci est in Poeta.

*Res gestas regumque ducumq; & tristia bella, Quo scribi possent numero, monstravit Homerus.*

Nec, quoniam hi versus, qui ab eodem Macrobio l. 6. c. 2. similiter ex Scipione afferuntur, diversis numeris concinnati apparent; ob id de his, quae diximus,

ἐξ ἂν ἐπίησε τὸν Ἀχιλλεῖα καλῶς ἐπίστωτο ὁ ποιητὴς ὁ Μεσάπιος. Ad hanc Ennii modestiam videtur immodeste respexisse Valerius Max. qui de Scipione ait l. 7. c. 30. *Vir Homericus, quam rudi, & impolito Ennii praeconio dignior.* Nec dubium est de hoc poemate Flaccum intellexisse cum ait l. 4. Car. Od. 8.

— non celeris fugae,

*Rejettæque retrorsum Annibalis minae, Non incendia Carthaginis impiae, Ejus, qui dormiti nomen ab Africa Lucraus rediit, clarius indicant Laudes, quam Calabrae Pervides* —

267

Porphyrus in explanatione loci illius Flacci ad Trebatium l. 2. Ser. Satyr. 1.

*Attamen & justum poterat & scribere fortiter*

*Scipiadam, ut sapiens Lucilius* —

ait, *Si non potes gesta Caesaris scribere, ut potes justitiam, & fortitudinem, ut Lucilius Scipioni fecit, qui vitam ejus privatam descripsit, Ennius verò bella.* Soluta verò oratione Scipionis res gestas C. Opilius scripsit, Julius Hyginus, & Oppius.

Macrob. l. 6. c. 2.

verendum est. Sunt certè illi ex operis prooemio descripti: nec dubium est Veteres in prooemiis conscribendis alio metri genere usos esse: quod nonnulli etiam posterioris saeculi Poetae sunt imitati. Nam Persius, qui hexametro versu Satyras composuit, à claudis jambis est exorsus, & Prudentius non ignobilis poeta ab jambico senario suam Psychomachiam inchoavit, cum reliquum operis heroico metro confiteret. Claudianus saepè hexametro poemati prooemia hexametris, & pentametris concinnata praeposuit.

**MUNDUS CAELI VASTUS**] Graeci aliquando κόσμον οὐρανῶ, aliquando κόσμον simpliciter, quemadmodum Latini pro caelo accipiunt. Plinius in suorum librorum initio l. 2. c. 1. *Mundum, & hoc, quod nomine alio caelum appellare libuit, cuius circumflexu teguntur cuncta, numen esse credi*

Plin.

scilicet est. Quae verba ex Platone mutavimus est, qui in Timaeo ait; ὁ δὲ πᾶς οὐρανός, ἢ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο ὅ, τι ποτὲ ἰνομαζόμενος μάλιστα ἂν δέχοιτο, τοῦδ' ἡμῖν ἰνομάσθω. Eadem sic à Cicero in libro de Universo Latine explicata sunt; *Omne igitur caelum, sive mundus, sive quo alio vocabulo gaudet, hoc à nobis nuncupatus sit.* Attius, *Splendida mundi sidera.* Lucretius l. 5. — *micant aeterni sidera mundi:* Et rursus ibidem — *nec magni sidera mundi:* Carullus — *concessitque micantia sidera mundus.* In his versibus, qui operis quasi praeludia esse videntur, Poeta, ut à rei magnitudine attentos auditores redderet, dicit, quòd, dum ipse Scipionis laudes canit, caelum ob maximas, ac inauditas res ab illo gestas stupore quasi affectum, immobile restitisse. Ac etiam perinde sensu praeditos mare, solem, ventos, amnes, actum, motu, impetu, cursuque compressis, summo quodam silentio, atque attentione avidè expectasse, quae de maximo illo duce dicerentur. His hyperbolis non dissimiles sunt illae, quibus Apollo in hymno, quem de seipso composuit, usus est: cujus Porphyrius in libris περὶ τῆς ἐπιλογίαν φιλοσοφίας meminit. Dicebat enim, quòd, dum Latona partus doloribus opprimeretur, geminique Apollo scilicet, & Diana intra illius viscera moverentur, terra omnis stabat, stabat aër, immobilis stabat Delus, immobiles maris fluctus. Ejus verba sunt; Ἄλλ' ὅτε Λατῶ ἀδὶς ἱερὰ λάβοιτο, πάντα ἐροθνομέναν διδύμαν τεκετῶν ἐνδοθεν σηκῶν, ἴσατο μὲν γαῖα, ἴσατο δ' ἀήρ, πάγνυτο νῆατος, πάγνυτο κύμα. Homerus verò in hymno, quem de Apollinis laudibus composuit, non stuporem, admirationemque rebus tribuit, cum primum illum Latona peperit, sed gaudium, & alacritatem. Ait enim illi speluncas omnes, summorum montium vertices, amnes, litora, portusque cecinisse;

Πᾶσαι δὲ σκοπιαὶ τὰ ἄδων, καὶ πρῶνες ἀκροί

Ἐψυχλῶν ὀρέων, ποταμοὶ δ' ἄλλα δὲ πορρέοντες,

Ἄκται τ' εἰς ἄλλα κεκλιμέγαι, λιμένες τ' ἐλαλάσσης.

At illa Callimachi stupore, ac gaudio permixta sunt, ubi ille ait, tranquillum silere pontum, cum Poetae Apollinis citharam, aut sagittas celebrant; nec Thetim matrem Achillem desere, cum Io Pacan inclinare audiverit, atque etiam lacrymosam Niobem suos intermittere dolores.

Εὐφρημί καὶ πόνοτος, ὅτε κλειούσι ἀοιδοὶ Ἡΐθωρον, ἢ τῶσα, Λυκαρῆος ἔντα Φοῖβου, Οὐδὲ θείης Ἀχιλλῆα κινύρεται ἄλινα μήτηρ, Ὅππῶτ' ἰὴ παιῖον, ἰὴ παιῖον ἀκούσῃ. Καὶ μὲν ὁ δαμυρούεις ἀνὰ ἑσάλλεται ἄλγεα πέτρως.

Observat Macrobius lib. 6. c. 2. Maronem ex hoc Ennii loco suum illum l. 10. extulisse;

*Tum pater omnipotens, verum cui summa potestas,*

*Insit, eo dicente Deum domus alta fiescit;*

*Ei tremefacta solo tellus, silet arduus aether;*

*Tum venti posuere, premit placida aequora pontus.*

Quin illud de pastoribus alternis cantantibus Eclog. 8. hinc effluxisse existimo, sed hyperbolis bucolico carmini accommodatis;

*Immemor herbarum quos est mirata juvenca Certantibus: quorum stupescit carmine lynces,*

*Et mutata suos requierunt flumina cursus.*

Sed mira ea profecto sunt, quae Idem l. 4. Geor. de inferis dixit, Orpheum cithara pulsantem audientibus;

*Quin ipsae stupere domus, atque intima lethi*

*Tartara, caerulesque implexae crinibus anguēs*

*Eumenides, tenuitque inhians tria Cerberus ora,*

*Atque Ixionei cantu rota constitit orbis.*

Sed fortasse Ennius hunc Euripidis locum ex Iphigenia in Aulide adumbravit;

*Οὐκ οὐ φθόγγος ἔ' οὐτ' ἐρνύθων Οὔτε θαλάσσης, σιγαί δ' ἀνέμων Τὸν δὲ κατ' Εὐρέπων ἔχουσι.*

Hunc eundem locum videtur expressisse Tibullus in Messalam;

*Et fera discordes tenuerunt flamina venti: Curva nec assuetos egerunt flumina cursus;*

*Quin rapidum placidis etiam mare constitit undis.*

MUN-

Et Neptunus saevus undeis asperis pausam dedit.  
Sol equis <sup>a</sup> iter repressit unguibus volantibus,  
<sup>b</sup> Constitere amneis perenneis, arbores vento vacant.

Quei propter Annibalis copias considerant.

\* Scipio invicte ---

\* Desine Roma tuos hosteis ---

\* Nanque tibi monumenta mei peperere labores;

a ter vel quater b Constitere

MUNDUS CAELI VASTUS CONSTITIT SILENTIO] Silentium enim ex admiratione oritur: quare quiescentes caeli orbis nullum edebant sonitum.

ET NEPTUNUS SAEVUS] Ob vehementes, quas ciet, motiones. Saevire enim aliquando vehementer moveri, movereque est.

UNDEIS ASPERIS PAUSAM DEDIT] Nam omni feritate deposita, marini fluctus placide quieverunt. Virg. Eclog. 9.

Et nunc omne tibi stratum silent aequor — Aristophanes,

Ἐχέτω δὲ πνοὴς νόημα ἀιθρῆς,  
Κύμα δὲ πόντου μὴ κλαδείτω γλαυκός.  
Pausa παύσις vox veteribus usitata. Lucret. l. 2. — nec dare pausam.

Plautus Perfa, Jam jam Paegnium da pausam.  
Cornelia ad Gracchos filios, Denique quae pausa erit? Attius Epigono,

Sed jam Amphilocum hinc vadere cerno,  
Et nobis datur bona pausa loquendi.

SOL ITER REPRESSIT] Solis iter Ecliptica est. Manilius l. 1. Astron. solis vias, Aratus ἀληθινὴ ἠελίοιο.

UNGUIBUS VOLANTIBUS] Catullus, vegetis sonipedibus.

CONSTITERE AMNEIS PERENNEIS] Locis ferè sumptus ex Alcaci epigrammate, — ῥόν δ' ἔσθον ἀκούων Ἀσωπός.

ARBORES VENTO VACANT] Virg. Ecl. 9. — ventosi cecidit murmuris aurae.

QUI PROPTER ANNIBALIS] Valerius Probus in quadam ad Marcellum epistola affirmat, Veteres Annibalem, & Hamilcærem pronunciaffe.

DESINE ROMA TUOS HOSTEIS] Haec Africanum cum patria colloquentem dixisse, Cicero auctor est l. 3. de Orat. & 2. de Fin. à quo duobus locis mutila hujusmodi verba afferuntur. Scaliger verò pro hosteis legit posteis; ac ita versum explevit; sed nescio utrum conjecturâ, an antiqui alicujus codicis auctoritate;

Desine Roma tuos posteis ornare trophaeis. 270

Quae lectio mihi non satis videtur probabilis: siquidem sive in publica, sive in privata Romanorum laetitia postes non trophaeis, sed arborum ramis, & praecipue lauri ornabantur. Juvenalis Satyr. 12.

Ornentur postes, & grandi janua lauro.  
Et rursus, — longas erexit janua ramos.  
De qua consuetudine plura relata sunt à Justo Lipsio l. 1. Electorum c. 3. Sunt, qui putent, hoc modo hanc sententiam explorari posse,

Desine Roma tuos hosteis horrere superbos.  
Qui versus si ita legendus esset, is, qui sequitur, legi deberet,

Otia nanque tibi nostri peperere labores.  
Sed antiqua scriptura aut nullo modo, aut nimis parè immutanda, aut explenda est.

NANQUE TIBI MONUMENTA MEI PEPERERE LABORES] τὰ μνημεία. Cato in Oratione Dierum dictarum de Consulatu suos Ego mihi monumenta sempiterna posui, quae caepi. Verbo autem peperere eadem translatione l. 17. usus est,

Non posuunt mussare boni, qui tanta labore Militia: enixi peperere — Virgilius l. 11.

Agel. lib. 4. c. 7.

Cic. Oratore.

Idem l. 3. de Orat. & l. 2. de fin. Idem Ibid.

Testeis

\* Testeis sunt campei magnei ---

Sparseis hasteis longeis campus splendet, & horret.

\* Quantam statuam faciet populus Romanus,

\* Quantam columnam, quae res tuas gestas loquatur.

Idem lib. 3. de Orat.

Macrob. l. 6. c. 4.

Trebel. Pol. in Claud.

Ita, ait, egregias animas, quae sanguine nobis

Hanc patriam peperere suo —

TESTEIS SUNT CAMPEI MAGNEI] Campos ideo testes laudat, nam hostium cruore maduerunt. Sunt autem campi quidam in Africa magni nomine appellati, de quibus Livius l. 30. Primo in tumulo quatuor ferme millia distante ab castris regis confedit, post die cum equitatu in magnos, ita vocant, campos subjectos ei tumulo digressus. Eisdem Polybius μέγαρα πεδία appellavit. Catullus hujus imitatione de Nupt. Pel.

Testis erit magnis virtutibus unda Scamandri,

Quae passim rapido diffunditur Helleponto: Cujus iter caesis angustans corporum aceruis Alta tepescit permixta flumina caede.

Horatius l. 4. Ode 4.

Testis Metaurum flumen —

Attius Actyanaste, Troja est testis -- Cic. pro lege Manil. Testis est Italia, quam ille ipse victor, &c. & paulò post, Testis est Sicilia, quam multis undique cinctam periculis, non terrore belli, sed celeritate consilii explicavit. Eodem modo Tibullus l. 2. multos locos tanquam Messalæ gloriae conficiis, & Propertius tanquam sui amoris non ignaros testes proferunt. Rursus Ennius l. 3. Satyr. — testis sunt

Latei campei, quos gerit Africa terra politos.

SPARSEIS HASTEIS LONGEIS CAMPUS SPLENDET, ET HORRET] Dura carminis compositio, in qua nulla ferè est pedum complicatio, sed illud Maronis lib. 9. numerosius est, & planius,

271 Sternitur omne solum telis —

CAMPUS SPLENDET, ET HORRET] Rufus in 1. Annali,

Horret ager, campeique armeis sublimibus ardent.

QUANTAM STATUAM] Haec de Scipione ab Ennio scripta fuisse, Trebellii Pollionis indicio accepimus.

QUANTAM COLUMNAM] Viris illustribus, ac optimè de Reput. meritis non modò statuas, verùm etiam columnas erigere Romani consueverunt: in quibus, ut innumerabilibus faeculis inclytae virtutis memoria propagetur, praeclara eorum gesta inculpebantur; quarum binæ hætenus Romæ conspicuae, & admirandae magnitudinis visuntur.

QUAE RES GESTAS TUAS LOQUATUR] Poëta nescio quis apud Priscianum, τοὺς τοὺς ἀγώνων αἰῶν λαλήσει. Sed quoniam verba, quae scriptum sunt, non sunt numerorum adstricta vinculis, nos nihil ferè immutando sic in merrum digessimus,

O quantam statuam faciet, quantamque columnam

Romanes populus: res quæ, ac tua gesta loquatur.

Sed ne quid ad hanc rem pertinens desideretur, addam Servii verba versus illum ex 10. Aeneidos explicantis,

Dum genitor nati parma protectus abiret. Hoc igitur, inquit, de historia est. Nam Scipio Africanus, cum esset annorum vix decem & septem patrem suum defendit in bello: nec cessit viginti septem confossus vulneribus. Quod fortasse Ennius in hoc Scipionis Encomio eo versu scripserat, quem postea ad alium usum Maro, ut sæpe alios alias, transtulit.

## EX EPICCHARMO.

**M**Ultra quidem in hoc libro, quantum ex his, quae reliqua sunt, conjectura attingi possumus, de Deo, de mente, de Sole, de clementis, de quatuor qualitatibus, eorumque commistionibus, de humani corporis compositione, de somniis, de foetu, aliisque hujusmodi rebus praecclare, ac subtiliter differabantur: quem Poeta noster ex Epicharmo Comico Pythagorae discipulo Latinis versibus convertit. Scripsit ille quidem, ut Empedocles, Parmenides, Cleantes, Xenophanes Colophonius Graecis versibus philosophiam; & germanum apud eum hujus libri indicem *De rerum natura* fuisse arbitror. Constat enim ex Laertio Diogene hujusmodi nomine libros ab Epicharmo fuisse conscriptos: quamvis, ut mox ostendemus, male illos Epicharmo medico tribuit. Verisimile enim est Epicharmum, de quo nunc agimus, quem ipsemet Diogenes Comicum appellat, & ut insignem Pythagoreum in Platonis vita celebrat, hos libros, tanquam rerum naturalium refertissimos, eo titulo nuncupasse. Ennius verò, ne Auctorem, à quo id referebat acceptum, ejus gloriae redderet expertem, Epicharmum inscripsit, quemadmodum etiam sacrae historiae librum, quia ab Euhemero converterat, vel multa acceperat, illius nomine Euhemerum appellavit. Quod quidem Platonis imitatione fecisse videtur; nam, cum ille omnia ferè de Timaei Locri libro *περί ψυχῆς κτίσεως, καὶ φύσεως*, in suum de Universalitate, sive de Natura librum transtulisset, Timaeum, à quo illa acceperat, nominavit. Nec diversa sanè ratione ab antiquis Grammaticis M. Tullii loci ex Arato afferuntur: ex quibus liquet Cicero nem maluisse eum librum Aratum, ex quo converterat, inscribere, quam Graecam τὰ φυσικὰ ἐπιγράμματα inscriptionem retinere. Caeterum operis index nos admonet, ut de Epicharmo aliqua delibemus. Fuit hic natione Siculus, ut eum Horatius in praecipis poeticis, & M. Cicero in 4. Tuscu-

lana, & lib. 1. ad Atticum nominant. Patria verò, ut ex hujusmodi pentametro, quo epigramma alterius Epicharmi statuae insculptum terminatur, Syracusanus fuit: ita enim de hoc ait,

*Ὁν πατρίς ἐστὲ φάσιν' ἄδε Συρακοσίον.*

Quod etiam Theocriti testimonio in alio epigrammate comprobatur, ubi eum perhibet Dorica dialecto usum fuisse. Neanthes verò in libro *περὶ ἐνδόξων τῶν ἀνδρῶν* tradit, eum in Crasto fuisse ortum, quae sanè, ut à Philisto proditum est libro 13. rerum Sicularum, Sicanorum urbs est. Alii eum unum è colonia esse volunt, quam è Coe Cadmus in Siciliam adduxerat. Diomedes verò lib. 3. ubi de Tragoedia, & Comoedia differit, negat Epicharmum in Co esse ortum, sed in eam insulam in exsilium pulsam, & ibi primum Comicis carminibus dedisse operam, & à Co Comoediam esse appellatam. Eum verò unà cum Phormo Comoediam invenisse, ab Aristotele in Poet. & Suida traditum est. Alii Samium eum faciunt: Aristoteles verò Siculum Megarensē. De hujus denique parentibus aequè, atque de patria ambigitur. Nam aliqui eum volunt Tityri, alii Chimari, & Sicidis esse filium. Fuit quidem ingenio vasto, & ad excogitandum aptissimo; primumque duas è tribus, quibus Graeci utuntur adspiratis, invenisse fertur Plin. lib. 7. cap. 56. nempe *θ*, & *φ*. Scripsit praeter hunc de Rerum natura librum, de Republica, de Bono, atque ideis, aliaque quamplurima ad philosophiam spectantia, quorum nec nomen quidem est superstes. Ex cujus libris, ut ab Alcimo proditum est, non parum fructus, atque emolumenti sibi Plato comparavit: unde plura metro conscripta in solutam orationem convertit. Dedit praeterea, ut aliqui memorant, fabulas 52, ut autem Lyconi placet 35; quas deinde, ut Porphyrius in libello de Plotini vita tradit, Apollodorus Atheniensis in decem volumina disposuit: tantaque in omnium admi-

miratione eae fabulae fuerunt, tum propter adjuncta cocinnè collocata, in qua re plurimum, ut Demetrius ait, praestitit; tum propter dictionis gravitatem lepori mistam: ut Plautus ad illius excellentiam adspirans eum sibi imitandum proposuerit. Hinc Flaccus l. 1. epist.

*Plautus ad exemplar Siciliae properare Epicharmi.*

Sed tandem injuria temporis praeclara haec etiam poetica tam magni viri monumenta communis cum innumeris aliis vetustissimorum Auctorum naufragio perierunt. Ejus autem vix exigua quaedam, ac lacera aliquot fabularum fragmenta supersunt: quarum nomina sunt; *Ἀγροσίον, Ἀλκυόν, Ἀρταγάι, Ἀτυλάνται, Βάκχαι, Βούσιρις, Γῆ, καὶ Θάλασσα, Διόνυσαι, Δίφιλος, Ἐλπίς, ἢ Πλούτος, Ἐρση, Ἑβας γάμος, Θεαροί, Θεαροί, Κόκλιν, Καμασαι, ἢ Ἐφραιτος, Μεγαρίς, Μούσαι, Νήσοι, Νιόβης γάμος, Ὀδυσσεύς αὐτόματος, Ὀδυσσεύς ναύαγος, Ὀρία, Περιαλλος, Πέρσαι, Πίθαν, Πλάυτος, Πολυτεία, Πύρρα, καὶ Προμηθεύς, vel potiùs, Πύρραος Προμηθεύς, Σειρήνες, Σφιγγί, Φιλοκτήτης, ἢ Φιλογυιός, Χύτραι.* Floruit maximà nominis celebritate sex annis antè Persicum bellum; eademque tempestate fertur Syracusis dedisse fabulas, quae Athenis summà existimatione Euetes, Euxenides, & Mylus habebantur. Alii verò confecto memorabili illo bello vixisse prodiderunt. Clarè tamen ex Plutarchi *ἀποφθεγγμάτων* libello liquet, Hieronis tempore fuisse, à quo, quia praesente ejus uxore in verbum silentio dignum prouperat, poenà affectus fuit. Vixit annos xcvii, ut à Luciano in Macrobiis proditum est; quamvis Diogenes xc. vixisse tradat. Verùm, quoniam in hoc opere quaedam Ennius de mente attingit, ideo censui hujusmodi Epicharmi de mente locum in hunc de rerum natura librum esse referendum,

*Νοῦς γὰρ ὄρα, καὶ νοῦς ἀκούει,  
Τ' ἄλλα δὲ τυφλὰ, καὶ κωφὰ τυγχάνει  
ἄγαυ δέομενα* —

Cujus sententiam his verbis Tertullianus in libro de Anima Latina reddidit; *An non et Poetae haec semper nobis obturbant,*

*quod neque audiamus certum, neque videamus. Meminerat scilicet Epicharmi Comici, Animus cernit, animus audit, reliqua surda, et caeca sunt. Haec eadem sententia ita habetur apud Clementem Alexandrinum lib. 2. Stromaton, & Theodorium in libro de Fide, Νοῦς ὁρᾷ, καὶ νοῦς ἀκούει, τὰ δ' ἄλλα κωφὰ, καὶ τυφλὰ. Caeterum hic animadvertendum est, hunc eundem locum Theodorium ex Epicharmo Pythagoreo, & Tertullianum ex Epicharmo Comico afferre: quapropter eundem Epicharmum Comicum, & Pythagoreum esse censendum est; non autem duos, ut male aliqui opinati sunt. Ille verò Epicharmus Cous Medicus, cujus vitam describit Diogenes, ab isto longè fuit alienus, quamvis etiam inter Pythagoreos recensetur: & ni fallor, Laertius humanissime deceptus utriusque scripta confundit. Nam de Republica libri, quos inter Epicharmi Medici opera recenset, proculdubio, ut Clementis Alexandrini auctoritate in 5. Stromat. apertissimè liquet, ab Epicharmo Comico editi fuerunt, & eodem modo suspicandum est de libris de Rerum natura, quos à Comico similiter conscriptos fuisse censo, & hos esse, quos ab Ennio olim conversos, modò in manibus habemus. Priora autem Epicharmicae sententiae verba, tanquam latius disseminata, satisque nota, praetermissis Auctoris nomine afferuntur ab Aristotele in Problematis, Plutarcho De industria animalium, Porphyrio De abstinentia ab usu carnis, Aristophanis Scholiaste in Plauto, aliisque quamplurimis. Ad hanc sententiam, quam sibi deinde Cercida usurpavit, videtur M. Cicero in 1. Tusculana respexisse, cum ait; *Nos enim ne nunc quidem oculis cernimus ea, quae videmus: neque enim est ullus sensus in corpore: sed, ut non solum Physici docent, verum etiam Medici, qui ista aperta, et patefacta videntur, viae quasi quaedam sunt ad oculos, ad nares, ad aures, à sede animi perforatae. Itaque saepe aut cogitatione, aut aliqua vi morbi impediti, aperti, atque integri et oculis, et auribus, nec videmus, nec audimus: ut facile intelligi possit, animum et videre, et audire.**

audire. Sed priusquam enarrationem aggre- diar, monendum est, hujusmodi poe- ma non perpetuis trochaicis fuisse con- structum, sed his quandoque heroicis, aliaque metrorum genera admista fuisse.

Verum haec fragmenta adeo corrupta, at- que decurtata sunt, ut in eis aut nulla, aut vix constans carminis ratio cognosci possit.

**N**Am videbar somniare a ego me'd esse mortuum

\* Aqua, terra, anima, Sol,

a me ego; & me: & ego

Cic. lib. 4. Acad.

Var. l. 1. de re Rust. c. 49

NAM VIDEBAR SOMNIARE ] Confirmat magnopere locus hic, Epicharmum ex Pythagorae familia prodiisse, quandoquidem non dubium est, eum his verbis ad fabulosa Pythagorae somnia, vanaque τῆς παλαιγενεσίας deliramenta respexisse.

AQUA, TERRA, ANIMA, SOL ] Varro- nis locus, ubi haec nostri Poetae verba scripta sunt, ita se habet; *Ejus* (agricul- turae scilicet) *principia sunt eadem, quae mundi esse Ennius scribit; Aqua, terra, ani- ma, Sol.* Sed quoniam hic de igne nulla facta est mentio, ideo integrum versum hujusmodi fuisse arbitror,

*Aqua, terra, anima, Sol, ignis, sidera.*

Nec temere quidem sic versum explevi- mus, interque haec Epicharmi fragmenta collocavimus, sed Menandri auctoritate: ita enim ille ait,

*Ὁ μὲν Ἐπίχαρμος τοὺς θεοὺς εἶναι λέγει*

*Πῦρ, ἥλιον, γῆν, ὕδωρ, ἀνέμους, ἀστέρους.*

276 Quamvis autem Graecis frequentius ἀνε- μός ventus sit, hic tamen ab Epicharmo pro aere positus est: quo etiam modo En- nius in 3. Annali ventum pro aere usur- pavit. Nunc vero propius ad Graecae vo- cis significationem accedens animam pro aere dixit, quam ἀπὸ τοῦ ἀνέμου originem habere plerique non ignobiles Grammatici existimaverunt. Et hinc aliqui opinati sunt, animam corpori inesse, sicut ventus utri. Ad quod respiciens Anaxarchus, dum à tortore excarnificabatur; Tunde, inquit, Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non potes. Usus est etiam eadem voce Maro in eadem aeris significatione in Bucolicis Eclog. 6.

*Namque canebat, uti magnum per inane coa- eba*

*Semina, terrarumque, animaeque, marisque fuissent.*

M. Cicero convertens verba illa Platonis in Timaco; οὕτω δὴ πῦρ ὁ Ζεὺς, ὕ- δωρ, ἀέρα τε, ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ θεῖς, καὶ πρὸς ἀλλήλα κατ' ὅσον ἢ δυνατόν ἀπὸ τὸν αὐ- τὸν λόγον ἀπεργασάμενος, ait, ita conti- git, ut inter ignem, & terram, aquam Deus animamque poneret, eaque inter se compararet, ac proportione conjungeret. Lucretius l. 1.

*Et qui quattuor ex rebus posse omnia rentur, Ex igni, terra, atque anima procreescere, & imbrī:*

*Quorum Aetnaeanus cum primis Empedo- cles est.*

Hic autem locus, in quo eadem Empedo- cles, quae Ennius posuit mundi principia, quattuor nempe elementa, ex quibus cuncta assertit esse compacta, rerumque omnium radices esse, habetur apud Plutarchum De placitis Philosophorum, Sextum Empiri- cum adversus Mathematicos, Athenago- ram in Apologia, Probum in Maronis Sil- leno, Diogenem Laertium in vita Empedo- cles, & Stobaeum ἐν τοῖς τῶν φυσικῶν γινώμων ἐκλογαῖς,

*Τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον α ἁ- κουε,*

*Zeus b ἀρχὴς Ἡρη τε φερέσειος, ἠδ' Αἰδα- νεύς:*

*Nῆσις δ' ἢ δακρύοις c τέγγει κροῦναιμα βρο- τεῖον*

*Τῶν δὲ συνεροχμῆναν ἐξεσχάτον ἴσατο νείκας, α ἴασιν b αἰδὴρ c ἐπιπίκρον ὄμμα*

Quo

Quo loco Empedocles, ut Plutarchus in- quit, Jovem esse fervorem, & aethera intellexit; Junonem aliam, ut Budaeus in- terpretatur, vel potiùs, ut verbum verbo respondeat, vitam ferentem aera; Pluto- nem terram; Nestin denique humanos ri- vos tanquam genituram, & aquam. Dio- genes autem Laërtius longè secus eosdem versus explicavit: ait enim Empedoclem Δία τὸ πῦρ intelligere; Ἡρην γῆν; Αἰδα- νεία τὸν ἀέρα; καὶ τὴν Νῆσιν τὸ ὕδωρ. Cui Athenagoras adspulatur his verbis; Εἰ τοῖνον Ζεὺς μὲν τὸ πῦρ, Ἡρα δὲ ἡ γῆ, καὶ ὁ ἀὴρ Αἰδανεύς, καὶ τὸ ὕδωρ Νῆσις. Cum quo concinit etiam Achilles Staius in A- rataeis Phaenomenis, ubi ait; Ἐμπεδοκλῆς δὲ ἀρχαῖς φησὶ τῶν ὄλων τὰ τέσσαρα σοι- χεῖα, καὶ τὸ μὲν πῦρ καλεῖ Δία, καὶ αἰ- θέρα, τὴν δὲ γῆν Ἡρην, τὸν δὲ ἀέρα Αἰδα- νεία, τὸ δὲ ὕδωρ Νῆσιν. Juno quidem com- muni ferè omnium consensu semper ἀλλη- γωρικῶς pro aere intelligitur. Unde in Platonis Cratulo investigans Socrates hu- jusmodi nominis derivationem ait, Ἡρα δὴ dicta est, quasi ἐρατή, id est amabilis, il- 277 lius videlicet amoris, quo eam Jupiter complexus dicitur. Fortasse enim nomi- num institutor sublimis illarum rerum, atque caelestium vim, rationemque spe- ctans, aërem Ἡρην nuncupavit, nominis involucro quodam rem occultans, sine ad principium collocato: quod certe cogno- veris, si illud vocabulum Ἡρα saepius pro- nunciaveris. Graeca praestantissimi philo- sopheri haec verba sunt, quae Latinè enun- ciavimus ex Joannis Serrani Platonici no- bilissimi versione; Ἡρα δὲ, ὡς ἐρατήτις, ὡσπερ οὖν καὶ λέγεται ὁ Ζεὺς ἀπὸ τῆς ἐρασ- θεῖς ἔχειν. ἴσως δὲ μεταφορῶν ὀνομαζέτης τὸν ἀέρα Ἡρην ἀνόμασεν ἐπισημπτόμενος, θεῖς τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τελευτῆν. γνοίς δ' ἂν, εἰ πολλὰς λέγεις τὸ τίς Ἡρας ὄνομα. Quod Arnobius etiam in 3. adversus Gentes a- nimadvertens ait; *Nam si Juno aër est, quemalmodum vos ludere, ac dictare con- siveris: Graeci nominis posteritate repetita, nulla soror, & conjux Jovis reperiretur.* Quod quidem signum Junonem scilicet Jovis sororem, ac conjugem esse, hoc modo ad physicam rationem retetur. Pro Jove

enim aetheream, vel igneam substantiam intelligunt, pro Junone verò aërem, hoc est, humidam, ut Philosophi dicunt, ef- fentiam. Et quoniam duo haec elementa tenuitate paria esse videntur, commentū sunt esse germana: sive ut alii dicunt, quia iisdem feminibus, quibus caelum, aër etiam est procreatus. Quoniam verò aër aetheri subjectus est, jure superposito aetheri mariti nomen inditum est. Vel quia ignea substantia, ac humida in simul coeuntibus, omnia generantur. De qua re haec ex Stoicorum opinione à M. Tul- lio referuntur l. 2. de Nat. *Aër autem in- terjectus inter mare, & caelum Junonis no- mine consecratur, quae est soror, & conjux Jovis; quod & similitudo est aetheris, & cum eo summa conjunctio.* Effeminarunt au- tem eum, Junonique tribuerunt, quod ni- hil eo mollius. Idem ferè habetur apud Macrobius in Somnio Scipionis l. 1. c. 17. & D. Augustinus in libris ad Marcellum de Civit. Dei l. 4. c. 20. At non perpetuò à Poëtis Juppiter pro aethere, & Juno pro aère accipitur: sed interdum Jovem pro aère, & pro pluvia, & Junonem pro terra usurpant. Ità enim Varro l. 4. De lin. Lat. ait; *Quod Jovis Juno conjux, & is caelum, haec terra, quae eadem tellus: & ea dicta, quòd ita cum Jove junat Juno, & Regina, quòd haec omnia terræstria regat.* Ideoque Cae- lum veteres quidam philosophi, ut Plutar- chus in lib. 1. περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς φιλο- σοφοῖς, vocarunt patrem, quòd aquarum lapsu feminis vicem praebat: Terram verò matrem, quòd haec matris vice ex- cipiat, ac deinde pariat. Hinc Athenien- ses, ut in Atticis refert Pausanias, Terrae simulachrum fecerunt, tanquam à Jove pluviam petentis. Ad quod respiciens Ti- bullus l. 1. Eleg. 7. non autem Ovidius, cui Seneca l. 4. Nat. quae est. *μνημονικῶς ἀμαρ- τήματα* haec tribuit, ità quasi cum Nilo loqueretur, ait;

*Te propter nullos tellus tua postulat imbres, Arida nec pluvio postulat herba Jovi.*

Aliquando verò Cererem pro terra intel- ligunt, quam Jovis matrem esse credide- runt. Quapropter Arnobius lib. 5. *Itaque qui dicit, cum sua concubuit Juppiter matre,*

Y 3 non



non incestus significat, aut propudiosas Veneris complexiones, sed Jovem pro pluvia, pro telure Cererem nominant. Aliquando verò Rheam, & Vestam pro terra accipiunt: quamvis hanc frequentius pro igne intelligant. Sed Porphyrius in mystica sua Theologia terrae partes distinguit, ubere scilicet, feracemque Cererem vocans, lapidosam verò, & intrugiferam Rheam, five Opem. Ovidius de Vestâ l. 6. Fast.

Vestâ eadem est, et terra subest, subit ignis utriusque

Significat sedem terra, focusque suam.

Plutonium etiam pro terra intelligi non dubium est: qui, ut Orpheus in hymnis tradit, omnes terrarum sedes obtinuit;

Πλούτων δὲ κατέχεις γαίης κληίδας ἀπάσης.

Eumque περιφραστικῶς Euripides in Phoenissis χθόνιον θεὸν appellavit: ideoque Fulgentius in Mythol. vel potius Plato in Cratyl. air, terrarum praesidem creditum esse, quòd πλοῦτος Graecè divitiarum dicuntur, quae ex terrae penetralibus eruuntur. Sed in re tam peripica auctoritatibus supersedendum est. Aliquando verò Pluto pro aere intelligitur. Hinc Auctor libelli de Homeri vita explicans versus illos ex Iliados, ubi Neptunus sic loquitur;

Τρεῖς γὰρ τ' ἐκ Κρόνου εἰμὲν ἀδελφοὶ, οὗς τέκε Πηή, Ζεὺς, καὶ ἐγὼ, τρίτατος δ' Ἀΐδης ἐτέροισιν ἀνάσσει.

Τριχθὰ δὲ πάντα δίδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς.

Ἦτοί ἐγὼν ἔλαχον πολλὴν ἄλλα καί μεν αἰεὶ, Παλλομένην, Ἀΐδης δ' ἔλαχεν ζῆφον ἠερύεντα.

Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρύν ἐν αἰθέρι, καὶ νεφέλησι.

Γαῖα δ' ἐτι ζυγὴ πάντων, καὶ μακρὸς ὄλυμπος.

ait, in universi distributione Jovi ignem, Neptuno aquam, Plutoni aerem sorte obtinisse. Ideoque ζῆφον ἠερύεντα, hoc est, tenebrosam caliginem aerem appellavit, quòd proprio careat lumine, sed à Sole, Luna, caeterisque astris lucem mutuatur. Hunc nimirum intelligit M. Varro l. 4. ad

Ciceronem; Idem hic Diespiter dicitur infimus aer, qui est conjunctus terrae, ubi omnia oriuntur, ubi aboriuntur: quorum quod finis ortus, Orcus dicitur. Phornutus verò ait, infimum aerem, qui morientium animas excipit, Veteres ἄδην nuncupasse, διὰ τὸ ἀειδῆς, quòd scilicet propter ejus obscuritatem minimè conspicitur. Omnis enim aer, nisi extrinsecus illustretur suapte naturâ opacus est, unde fingendi ansam Poëtae arripuerunt, Orci galeam invisibiles reddere homines: quod postea in proverbium abiit, Ἀΐδος κούνη. Et quoniam ex repercusso aere fit vox, idèd Pluto Clymenus ἀπὸ τοῦ κλύειν est appellatus, quòd scilicet sonandi, five ut sonus resulter, auctor sit. Quo nomine eum Latus Herminensis in Cereris hymno appellavit,

Δήμητραν μέλπω, κόραν τε Κλυομένηο ἄλοχον.

Nestis autem hic pro aqua intelligi non dubium est: cuius nomen ἀπὸ τοῦ νῆαι, hoc est fluo derivatur, unde & Naiades nymphae fluviales. Sunt, qui perhibent, ut tradit Eustathius in τ Iliad. Nestin esse Σιμελική τις θεός, Empedocles rursus apud Aristotelem in lib. 1. de Anima Νησιδα αἰγλήν dixit, hoc est, liquidum, vel humidum splendorem: vel, ut Jo. Grammaticus interpretatur, aquam, & aerem, quòd unaquaque haec elementa humida, & pellucida sint. Caeterum in Clementis Alexandrini libro 6. Stromat. hujusmodi Empedoclis de principiis versus detectis involucris habentur;

Τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρώτων ἄκονε,

Πῦρ, καὶ ὕδαρ, καὶ γαῖαν, ἧ δ' αἰθέρος ἄπλετον ὕψος.

Ἐκ γὰρ τῶν ὅσα γ' ἦν, ὅσα τ' ἔσεται, ὅσα τ' ἔσων.

Posuit autè Empedoclem quatuor easdem rerum omnium radices Athamas Pythagoreus, ex quibus ea voluit, quae gignuntur, gigni: Ejus autem verba sunt; ὅσα γενῆτο πάντος ἀρχὰ, καὶ ῥιζώματα, τέταρα τυγχάνοντα, πῦρ, ὕδαρ, ἀήρ, γῆ: ἐκ τούτων γὰρ αἰ γενήσιν τῶν γινομένων.

TERRÆ

Terra corpus est: at mentis ignis est.

Prif. lib. 7.

Isteic de Sole sumptus ignis.

Varr. l. 4. de lin. Lat.

TERRA CORPUS EST, AT MENTIS IGNIS EST] Humanum corpus, quamvis ex quatuor elementis compactum, ac coagmentatum sit, terrenum tamen dicitur, quoniam cum dissolvitur, in terram potius, quam in caetera elementa convertitur. Mens verò, quoniam nullis est corruptionibus obnoxia, sempiterna est. Caeterum ignis hoc loco non elementaris est intelligendus, qui assidue generatur, corrumpiturque, sed purissimus ille aether, tenuis, ac pellucidus. Nec aliud Zeno Citteius apud Varronem l. 2. de lin. Lat. intelligere voluit, cum dixit, animalium seminem ignem esse, eundemque animam & mentem. Unde ait M. Cicero in 1. Tusc. Zenoni Stoico animus ignis videtur. In qua sententia fuit etiam Hipparchus; quos sequutus Maro l. 6. inquit,

Igneus est ollis vigor, et caelestis origo Seminiibus

Pertinet magnopere ad hunc Epiccharmi locum Pacuvii versus ex Chryse,

Mater est terra, ea parit corpus, animum aether adjugat.

Mente igitur homo caeteris praestat animalibus. Ea enim omnium est sensuum, animaeque caput: imò anima animae, solaque immortalis, vivaque in mortali homine Dei imago: quam si mundam quis habuerit, ut idem testatur Epiccharmus, toto erit mundus corpore. Ejus autem verba haec sunt; Καθαρόν τὸν νοῦν ἕαν ἐχῆς, ἅπαν τὸ σῶμα κατὰρὸν εἶ. Mentis autem hoc loco antiquo more in recto posita est, ut Priscianus l. 7. agnoscit.

ISTEIC DE SOLE SUMPTUS IGNIS] M. Varro de mente humana id dictum esse, scribit: videturque apertis, perspicuisque verbis Epiccharmus, five Ennius hoc loco expressisse, quod prisci illi Vates, quos Theologus appellavit Antiquitas, sub fabularum in tegumento de Prometheo significarunt; qui cum ex luto inanimatum ef-

finxisset hominem, Minerva operis pulchritudinem admirata, fertur ei quicquid ex caelestibus rebus vellet, spondidisse, ut quod tam mirabiliter inchoaverat, perfectius absolvere posset. Cumque Mineruae ope ad caelum sublatus esset, omniaque ibi flammis coruscantia animata conspiceret, ut suum etiam opus flammeo illo vapore animaret, ferula ad Solis curram admota ignem inde mortalibus detulit, fictique hominis pectori applicato, mox animatum reddidit. Sed haec merae sunt nugae: nam hominis mens neque aether, neque ignis est, neque ex Sole habet originem, cum ea omnis expers materiei à supercaelesti illo Solis Sole, qui inaccessible lucem habitat, ex nihilo creata sit; sed potius haec Epiccharmi, five Ennii verba, & hujusmodi de igne è caelo rapto figmentum ad physicam rationem referri debent: nec aliud quidem intelligendum est, quam hunc ignem, quem ad nostra adhibemus commoda, ex lucidissimis illis astrorum ignibus seminaria habuisse; eumque de Sole sumptum esse, quoniam calore, candore, tenuitate, & acumine ad Solis naturam quam proximè accedit. Quam ob convenientiam, congruitatemque Sol ab Orpheo πυρρός, & προσίδρεμος, & à Proclo Lycio περιστρεφής dicitur est. Hac ratione Spenusippus, quem Plato paenè philosophiae haeredem reliquit, Soli Apollinis nomen inditum esse tradit, ὡς ἀπὸ πολλῶν οὐσιῶν πυρρός, αὐτοῦ συνιστάτος; quod scilicet ex multis ignibus vis ejus compacta sit. Fulgentius autem l. 1. Mytholog. idem apud Gracos Ἀπόλλωνα significare asserit, quod apud Latinos Perdens, quasi ignis instar fervore suo omnem virentium herbarum succum decoquendo perdat. Accedunt etiam ad hanc Solis cum igne affinitatem nonnullorum Philosophorum definitiones. Ait enim Epicurus, Solem esse, ut Budaei verbis utar, gle-

Isque actus mentis est ---

Idem ibid.

\* Esse igitur corpus terram, quae a deperit ipsam, Idem ibid.

a peperit vel dederit

glebulentum quoddam spissamentum pumicis instar, & intra exesos ejus meatus ignitum; Xenophanes ex igniculis coagulationibus coacervantur, aut nubem esse usulantem; Anaximander ex purissima ignis substantia constare dixit; Posidonius, & Speusippus caelestem ignem appellarunt; Cleantes totum igneam esse, duorum sensuum testimonio confirmavit, tactus scilicet, & oculorum; Anaxagoras, ut alibi retulimus, ignitum lapidem esse voluit, five *μύθος*, hoc est candens ferrum. In quem ob hanc ipsam opinionem acerbè invenitur Socrates apud Xenophontem l. 4. ἀπορημονευμάτων. Nec tantum his Philosophorum opinionibus probari potest, hunc de Sole sumptum ignem; verum etiam orbicularium, & concavorum speculorum experientia, quae cum Soli obijciuntur, adeò in centro per reflexionem radios rectè incidentes colligunt, ut non modò admoto fomite ignem accendant, sed interdum, si vehementiores extiterint, vel etiam plumbum liquefaciant. Sed illud mirabile est, quod à plerisque refertur, & à Galeno praecipuè, viro quamvis loquaci, non tamen ut fide careat, in libro *περὶ πράσεων* de Archimedis Syracusani speculo; quod eà arte, ac ratione construxit, ut collectis, ac percussis in oppositum radiis navalem omnem hostium apparatus eminus combusserit. Nec modò in hujusmodi speculis, sed etiam in vitreis sphaerulis aqua plenis ignis facillimè accendi conspicitur. Quibus ad ducti periculis, ac rationibus prisca illi sapientes existimant, terrestrem hunc ignem cum caelesti cognatione quadam esse copulatum. Et idcirco Appulejus l. 2. de Afn. ignem illum hujus parentem appellavit. Quin nos à Sole, ut testatur Lucretius, ignis hujus usum edocti sumus;

quandoquidem palantes illi homines, qui principio humani generis ferarum more vivebant, eo non ad coquendos cibos resque alias necessarias, usi sunt, sed ad frigus tantum expellendum. Unde ait l. 6.

*Inde cibum coquere, & flammae molire vapore*

*Sol docuit, quoniam mitescere multa videbant*

*Verberibus radiorum, atque aestu victa per agros.*

*Inq; dies magis hi victum, vitamq; priorem Commutare novis monstrabant rebus, & igni, Ingenio qui praestabant, & corde vivebant.*

Idem alibi coquendi actum, qui ignis est proprius, pulcherrimè ad Solem transtulit lib. 6.

*Principio terram Sol excoquit, & facit are.*

Et Virg. l. 1. Georg.

*Pulverulent a coquat maturis solibus aestus.*

Et l. 2. Georg.

*Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.*

Longis etiam potest saeculis remotissimae quaedam gentes, quae, quoniam solis piscibus victitabant, *ιχθυόφάγοι* appellabantur, pisces, vel supra saxa ad solem exposita, vel in arena torrere consueverunt. Et mulieres Erythrenses Cerealia celebrantes non ad ignem, sed ad Solem carnem coquere, proditum est.

ISQUE ACTUS MENTIS EST ] Trochaicum hemistichium. Aliqua Varronis exemplaria habent, *Isque totus mentis est*. Scaliger putat ex duobus his hemistichiis integrum versum ita restitui posse,

*Iste de Sole sumptus ignis, isque mentis est.*

ESSE Igitur corpus terram ] Idem paulò superius, *Terra corpus est*. Caeterum duo hi versus in Aldino, & Basilienfi exemplari secus habentur: in his verò, quae Antonii Augustini, & M. Vertranii industria prodierunt eo ordine, quo nos posuimus, distinctè leguntur. Scaliger verò

ex-

existimans, Romanae editionis correctores hunc locum de caeli & terrae conjunctione intellexisse, asserit, his versibus hoc modo dispositis nullum inesse sensum, longèque à Varronis, aut Ennii mente abesse: nam Varro hoc loco non versum servatâ 282 metri lege, sed verba tantum usurpavit. Qui versus citatur ab eo l. 8.

*Quae dedit illa, caput, neque dispendi facit bilum.*

Cujus verum, ac germanum sensum esse vult, animam ex aethere, corpus verò ex terra esse; & unumquodque illuc, unde profectum est, reversurum. Quae quidem explicatio confirmari potest ex hoc Epicarmi loco, qui habetur apud Plutarchum in Consolatoria ad Apollonium, unde fortasse haec ipsa transtulit Ennius; *Συνεκρίθη, καὶ διεκρίθη, καὶ ἀπῆλθεν, ὁ δὲν ἦλθε πάλιν. γὰρ μὲν ἐς γῆν, πνεῦμα δ' ἄνω.* Horum sensus est; Concretum est, & discretum: eoque iterum recessit, unde accessit: terra in terram, in sublime verò spiritus. Ejusdem sententiae sunt versus illi, à Philone absque auctoris nomine relati in libro, ubi mundum incorruptibilem esse disputat. Quos denique Clementis Alexandrini testimonio in 6. Stromat. ex Euripidis Chrysippe esse cognovimus; *Χαρὲ δ' ὅπισω τὰ μὲν ἐκ γαίας*

*Φύνητ' ἐς γαίαν, τὰ δ' ἐκ' αἰθέριοι*  
*Βλαστάνοντα γῆς εἰς οὐρανὸν*  
*Πόλον ἦλθε πάλιν, θήσκει δ' οὐδ' ἐν*  
*Τῶν γινόμενων, διακρινόμενον δὲ*  
*Ἄλλο πρὸς ἄλλο μορφήν ἰδεῖν ἀπέδειξε.*

Hos sic Gelenius Latinos fecit;

*Genitum nihil emoritur,*  
*Et terris orta, terra rursus accipit:*  
*In caelum, quicquid est suum, revertitur.*  
*Sed transpositum ultro, citroque*  
*Formam priorem alterat.*

Nec alium Euripidis locum ex Supplicibus huic valde consonum praetermittam, ubi Theseus admonens, aequum esse, ac totius Graeciae legi consentaneum, defunctorum humari cadavera; Sinite, inquit, mortuorum corpora terrâ operiri: unde enim unaquaeque pars ad corpus venit, illuc redit, spiritus quidem ad aethera, corpus verò ad terram;

*Ἐόσωτ' ἤδη γῆ καλυφθῆναι νεκροῦς:*  
*Ὅθεν δ' ἔκαστον εἰς τὸ σῶμα ἀφίκετο,*  
*Ἐνταῦθα ἀπῆλθε. πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,*  
*Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν*

Conveniunt hoc loco hujusmodi Phocylidis poetae vetustissimi versus;

*Ψυχὰὶ γὰρ μένουσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισι.*  
*Πνεῦμα γάρ ἐστι θεοῦ χρεῖσις θνητοῖσι, καὶ*  
*εἰκόων.*

*Σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν, καὶ πάντες ἐς*  
*αὐτὴν*

*Λυόμενοι κόνις ἐσμὲν: ἀπὸ δ' ἀνά πνεῦμα δέ-*  
*κενται.*

Idem etiam Lucretius protulit l. 2.

*Cedit item retrò, de terra quod fuit antiè,* 283

*In terras, & quod missum est ex aetheris oris,*  
*Id rursum caeli tellatum templâ receperunt.*

Platonicius Psellus explicans verba haec Chaldaici oraculi,

*Χρητὲ σὲ σπεύδειν πρὸς τὸ φῶς, καὶ πατὴρὸς*  
*αὐγῆς.*

*Ἔνθα ἐπέμφθη σοι ψυχὴ πολλὴ ἐσωμένη*  
*νοῦν.*

Animam inquit, non ab seminibus accepisse substantiam, neque corporeis substiteret temperamentis, sed à Deo supernè habere existentiam, & ad illum converti oportere. Philosophi verba sunt; *Ἐπειδὴ οὐκ ἀπὸ σπερμάτων ἢ ψυχῆ τὴν ὑπόστασιν ἔλαβεν, οὐδ' ἐν σωματικαῖς ὑφεισθήκη κρείσσει, ἀλλὰ ἀναθεν ἀπὸ θεοῦ τὴν ὑπάρξιν ἔχει, πρὸς ἐκεῖνον καὶ ἐπιστρέφω.* Et Plutarchus in Romulo, postquam hujusmodi Pindari verba recensuit, *Σῶμα μὲν πάντων ἐπιταται θανάτῳ περιστρέφει, ζῶν δ' ἔτι λείπεται αἰῶνος εἰδωλον,* subdit, mentem solam ex Diis esse; cuius unde ortus, eodem est & reditus, non quidem corpore comitante, verum ubi à corpore explicata, & sejuncta sit: & jam undequaque pura evaserit, & munda carne exuta. De corpore verò, quòd ad terram reverteretur, extat Capuae ad D. Benedicti pulcherrima hujusmodi inscriptio,

*T. E. TIBI.*  
*VNA. QVAE. ES. OMNIA.*  
*DEA. ISIS.*

*ARRIUS. BALBINUS.*

*V. C.*

*Isin autem terram esse, & Ofirin Nilum,*  
*Z Aegy-*

Et capit, & neque jam dispendei conficit hilum.

Varro l. 4. de l. 1.

\*Istaec terreis genteis omneis peperit, & resumit denuò, Idem ibid.

Aegyptiorum declarant mysteria. Ejusdem sententiae alia inscriptio Narbonae in vetusto monumento visitur.

LAGGE. FILI.
BENE. QUIESCAS.
MATER. TVA. ROGAT.
TE. VT. ME. AD. TE.
RECIPIAS. VALE.
P. Q. XV.

Convenit cum his hoc Palladae distichon, quo epigramma quoddam clausit,

Ω γένος ανθρώπων πολυδαρυτοι ἀσθενής
οικτρών
Συζόμενοι κατὰ γῆς, καί διαλυόμενοι.
Cujus sententiam Alciatus sic Latine explicavit,
O miserum mortale genus lacrymabile semper,
Quod factum ex cinere est, solvitur in cinerem.

Tale quoque illud est Nazianzeni divini Theologi,

Πάντι βροτῶν θνησκοντι πάσα γῆ τάφος
Πᾶν γὰρ τὸ ἐκ γῆς γῆτε, καὶ εἰς γῆν πάλιν.

234 Euripides apud Ciceronem l. 3. Tus.

Reddenda est terra terrae, tum vita omnibus Metenda ut fruges; sic jubet necessitas.

Cornelius Gallus, cujus si germana sunt, quae in manibus habemus, effoeta jam Musa videtur cecinisse;

Ortus cuncta suos repetunt, matremque requirunt;

Et redit ad nihilum, quod fuit ante nihil.

Quod quidem nullo pacto fieri posse restatur Lucretius l. 1.

Nunc age sis, quoniam docui nil posse creari De nihilo, neque item genita ad nihilum revocari.

Quam sententiam ita unico versu complexus est Persius Satyr. 3.

Ex nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti.

ET CAPIT ] Terra quidem corpus dat, & rursus illa capit: quasi dicat, & demum in suo sinu recipit, nullo interim facto di-

spendio, cum felicit nihil detrimenti, tum dando, tum recipiendo patitur. Amplificavit Silius hanc sententiam l. 15.

Hinc quicquid terrae, quicquid freta, & igneus aether
Nutriviit primo mundi genitales ab aevo,
Mors communis agit, descendunt cuncta, caputque
Campus iners quantum interit, restatque futurum.

Hinc Cyrus apud Xenoph. l. 8. cum jam morti proximus esset, praecepit filiis, ut, postquam ex hac vita migraverit, ejus corpus neque in auro, neque in argento, neque in alia ulla re conderent, sed ut quam primum terrae redderent. Nihil enim beatius esse dicebat, quam se terrae committeri, quae tot res, tam pulchras, tam bonas, & gignat, & nutriat.

NEQUE DISPENDI FACIT HILUM ] Varro l. 8. rursus haec eadem verba referens ait, Quod valet, neque dispendii facit quidquam. Et lib. 4. Hila, ab hilo dicta, id est minimo, quod ait Ennius — neque dispendii facit hilum.

ISTAEC TERREIS GENTEIS OMNEIS PEPERIT, ET RESUMIT DENUO ] Videtur hic versus ad verbum ferè ex illo Xenophanis esse desumptus, qui in Sex. Empirico l. 9. & Theodorito l. 4. habetur,

Ἐκ γῆς γὰρ δὲ πάντα, καὶ εἰς γῆν πάντα τελευτᾷ.

Quod nihil à Pherecidis Syri opinione discrepat, qui terram voluit rerum omnium esse principium, & in eam cuncta resolvi. Idem etiam videtur Orpheus in hymnis explicasse, cum Terram Deam vocat, beatorum, atque mortalium matrem, omnia nutrientem, omnia dantem, fruges proferentem, ac omnia labefactantem;

Γαῖα θεὰ μήτηρ κακάρων, θνητῶν τ' ἀνθρώπων
Πάντροφός, πάντω τεύχρα, τελέεσθ' οὐρανὸν
λέπτερον.

Homerus quoque in hymnis dixit, terrae esse, vitam dare, & auferre,

— σὺ δ' ἔρχεται δοῦναι βίον, ἢ δ' ἀφ' ἑλέσθαι. 285
His

Istaec dat cibaria; istaec omnibus fruges gerit.

\*Frigori immiscet calorem, atque humori a ariditatem, Idem ibid.

His non sunt Lucretiani versus dissimiles lib. 6.

Praeterea pro parte sua quodcumque alit, auget;
Roditur: quoniam dubio procul esse videtur
Omniparens: eadem rerum commune sepulcrum.

Philo in lib. περί κοσμοποιίας, postquam multa praclare de mulieris, & terrae similitudine in foetus productione differuit, Mater, inquit, terra etiam esse videtur: quam ob rem & Antiquis illis visum est, ut Δημήτρης appellaretur, composito à matre, & terra nomine. Non enim terra mulierem, ut dixit Plato [in Menex.] sed mulier terram imitatur: quam Poetae rectè omniparentem, frugiferam, Pandoranque nominare consueverunt, ut generationis, perpetuationisque causam, tam stirpium, quam animalium. Gracca illius sunt; Μητρες, ἃς ὡς εἶπε, καὶ ἡ γῆ, παρ' ὃ καὶ τοῖς πρώτοις ἐδόξεν αὐτῆν Δημήτρην καλεῖσθαι: τὸ μητρός, καὶ γῆς ὄνομα συνθεῖσθαι. οὐ γὰρ γῆ γυναῖκα, ὡς εἶπε Πλάτων, ἀλλὰ γυνή γῆν μιμεῖσθαι, ἣν ἐτόμως τὸ ποιητικὸν γένος παρρηγορεῖ, καὶ καρποφόρον, καὶ πανδώραν εἰδένον ὀνομάζειν: ἐπειδὴ πάντων αἰτία γενέσεως, καὶ διαμονῆς ζῶων ὁμοῦ, καὶ φυτῶν ἐστίν. Et in libello in Flaccum de terra loquens, quam, ut ipse ait, natura hominibus, caeterisque terrestribus, ut proprium, ac peculiarem locum assignavit, ut non solum vivant, sed etiam moriantur, addit haec ipsa verba Enniana simillima; ἢ ἡ αὐτὴ καὶ τὴν πρώτην ὑπόδεχεται γένεσιν, καὶ τὴν ἐν τοῦ ἔριου τελευταίαν ἀνάλυσιν. Nota quidem est illa M. Bruti interpretatio, qui cum exacto Tarquinio ab Oraculo accepisset, eum summo Romanorum Imperio fore potiturum, qui prius matrem oscularetur, communem matrem terram intelligens humi prolapsus, simulatà stoliditate, cam osculatus est.

ISTAEC DAT CIBARIA ] Homerus in hymno terrae,

— ἢ φέρβει ἐπὶ χθονὶ πάντα: ὅπου ἐστίν. Quae ab eodem, quoniam fruges, aliaque omnia ad vitam, victumque pertinentia producit ἔσιδωρος cognominatur. Unde Lucretius lib. 5.

— Omnibus omnia largè Tellus ipsa parit -- Et ibid. -- ut merito maternum nomen adopta Terra sit, & terra quoniam sunt cuncta creata. Cornelius Labeo ex Pontificum Indigitamentis Terram, inquit, Bonam esse dictam, quod omnium nobis ad victum bonorum causa sit; & Opem quod ipsius auxilio vita constat.

ISTAEC OMNIBUS FRUGES GERIT ] Haec ita à Scaligero emendantur. In Varrone autem l. 4. de lin. Lat. scriptum est; Quae dat cibaria, ut ait Ennius, quae quod gerit fruges, Ceres. Quam nominis explicationem sequitur etiam M. Cicero: ait enim l. 2. de Nat. Deor. Mater autem est à gerendis frugibus Ceres, tanquam Geres, casuque primâ litterâ itidem immutatâ, ut à Graecis.

Nam ab illis quoque Δημήτρης, quasi Γημό- 285
τηρ, nominata est. Apertè quidem ex his, quae superius ex Philone retulimus, demonstravimus, terram Δημήτρεω, quasi γῆ μήτηρ appellari. Sed Plato aliam in Cratylo sequitur enodationem; vultque terram Δημήτρεω dici, tanquam διδοῦσα, ὡς μήτηρ. Ad hoc etymon videtur respicere ille Orphei versus apud Diodorum Siculum, Γῆ μήτηρ πάντων, δημήτηρ πλουτοδέστριος.

FRIGORI IMMISCET CALOREM ] Varro hoc modo hunc locum protulit lib. 4. de lin. Lat. Caelum, & Terra omnia ex se genuerunt, quod per hoc natura frigori immiscet calorem, atque humori ariditatem. Quae verba cum poetica esse, & numeris non carere olfecissem, Enniana esse suspicatus sum, & ad hunc librum pertinere.

ET HUMORI ARIDITATEM ] Nam prius

\* Omne corpus, ubi nimius ardor, aut humor viget. Varro l. 4. de l. l.
\* Isteis is est Juppiter, quem dico, Graecei vocant Idem ibid.

in rudi illa mole, in qua rerum omnium femina confusa erant, Frigida, ut Naso ait l. i. Met. pugnabam calidis, humentia siccis. Idem Varro ad hunc locum respiciens in Prometheo ait,

Humanae quandam stirpis gentem concoquit Frigus, calori, atque humori aritudinem Miscens

OMNE CORPUS, UBEI NIMIUS ARDOR, AUT HUMOR VIGET ] Trochaicus (ni fallor) Ennianus, cujus fortasse haec etiam reliqua sunt, quae quanvis à Varrone turbata verborum serie referantur, poeticum tamen nescio quid redolent. Ira enim inquit; Inde omne corpus, ubi nimius ardor, aut humor viget, aut interit, aut manet sterile, cui testis aestas, & hiemps: quod in altero aer ardet, & spica aet, & in altero natura ad nascendum cum imbre, & frigore viciitare non volt, & postius ver expectant. Cicero in Timaeo; Omnis enim augmentatio corporis, vel calore, vel frigore, vel aliqua impulsione vehementi labefactatur, & frangiur, & ad morbos, senectutemque compelliur. Sunt & haec Minutii Felicis verba aliquantulum Ennianis similia: ait enim; Corpus omne sive aescit in pulverem, sive in humorem solvitur. Caeterum rectè dictum est, ubi nimius ardor, aut humor viget; nam immodicus quidem adurit calor, & humor cum redundat, corrumpit. Itaque propter alterius exuperantiam infocundum omne redditur corpus; quousque caliditas cum humiditate conjuncta ad moderatam, aequabilemque proportionem, sive symmetriam reducatur. Quà rarior Ocellus Lucanus ait, neque ex igne, neque ex glacie quidpiam oriri. Quò respiciens Pacuvius,

Sol si perpetuo sit, aut nox flammæ Vapore, aut frigore fructus omneis Interire

Ex his veluti radicibus proruperunt florentissimi hi Lucretii versus ex l. 5.

Et tamen interdum magno quae sita labore, Cum jam per terras frondent, atque omnia florent;

Aut nimis torret fervoribus aetherus Sol, Aut subiti perimunt imbres, gelidaeque pruinae,

Flabraq; ventorum violento turbine vexant.

ISTEIS EST IS JUPPITER, QUEM DICO, GRAECI VOCANT AERA ] Aeschylus Jovem ait aethera, terram, caelum, & omne esse, & si quid superius;

Zeús ἐστὶν αἰθέρ, Ζεús δὲ γῆ, Ζεús δ' ἄρατος, Ζεús τὶ τὰ πάντα, καὶ ὅτι τὰν δ' ὑπερπερον.

Philemon,

Ἄνε, ἐν ἅν τῆς ὀνομάσσετε καὶ Δία.

Euripides apud Clementem in 5. Strom. Athenagoram in Apolog. & Probum in Sileno; Ὅρας τὸν ὑψοῦ τὸν ἐξ ἀπειρον αἰθέρα, καὶ γῆν περὶ τῆς ἑχονθ' ὑγρῆς ἐν ἀγκυλάσῃ, τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τὸν ἐξ ἠγού θεόν.

Qui versus sic à Cicerone in 2. De nat. Deorum Latine explicati sunt;

Vides sublime fustum immoderatum aethera, Qui terram tenero circumjectu amplectitur? Hanc summum habeto divum, hunc perhibeto Jovem.

Unde Chrysippus Jovem aethera, & Crates, ut est apud Latinum Arati interpretem, caelum, & aera esse asseruerunt. Hinc hi Latinorum Poëtarum versus effluerunt. Ennius in Thyeste, — aspice hoc Sublime candens, quem invocant omnes Jovem. Pacuvius in Chryse;

Hoc vide circum, supraque quod complexu continet

Terram, quod nostri caelum memorant, Graeci perhibent aethera:

Quicquid est, haec omnia is animat, format, augeat, alit, creat,

Sepelit, recipitque in sese omnia; omniumque idem pater est,

Indidemque eandem, quae oriuntur, de integro, atque eodem occidunt.

Cujus non modò sententiam, sed verba paenè

\* Aëra; b quique ventus est, & nubes, imber postea, a Aërem b, qui ventus

paenè ipsa imitatus est Lucretius l. 5.

Denique jam tuere hoc circum, supraque quod omnem

Continet amplexu terram; quod procreat ex se Omnia (quod quidam memorant) recipitque perempta.

Totum nativo mortali corpore constat: Nam quodcumque alias ex se res auget, alitq; Deminus debet, recreari, cum recipit res.

Virgilius l. 4. Georg.

Deum nanque ire per omneis Terrasque tractusque maris, caelumque profundum.

Lucanus l. 9.

Esque Dei sedes: nisi terra, & pontus, & aer, Et caelum, & virtus: superos quid quaerimus ultra?

Juppiter est quodcumque vides, quocumque movetur.

Videntur autem ii Stoicorum opinionem sequuti, qui ex purissimo aethere tanquam per canalem femina in singulas res influere voluerunt, indeque feminibus terram focundari, homines, caeteraque animalia sensibus imbui. Virgilius autem l. i. Geor. & Horatius l. i. Car. Jovem pro aëre posuerunt, cum modò humidum, modò inaleum, modò frigidum appellarunt. Quod quidem à Democrito improbat: ait enim hunc, quem Graeci ipsi vocant aërem, totum fabulis oppleri, quòd is norit omnia, & det, & auferat, & sit Rex omnium. Verba autem illa, quem dico Graeci vocant, lego quem Δία Graeci vocant.

QUIQUE VENTUS EST ] Catullus apertissime in Phaseli dedicatione Jovem pro vento posuit; — laeva, sive dextera Vocaret aura, sive unumque Juppiter Simul secundus incidisset in pedem.

Constat autem ex Stoicorum opinione, ventum aëris esse fluxum.

IMBER POSTEA ] Quoniam, cum condensatur aer, in pluviam facile solvitur; ideo Jovem pluviam quoque esse existimant: unde à Graecis Juppiter ὕετος, & ἄεσιος dictus est, & à Latinis pluvius.

Quare Plato pluviales nimirum aquas intelligens dixit ἐκ Διδος ὕδατα. Arnobius l. 5. Itaque qui dicit, cum sua concubuit Juppiter matre, non incestas significat, aut propudiosas Veneris complexiones, sed Jovem pro pluvia, pro tellure Cererem nominat. Lucretius ita l. 2. etiam rem explicat;

Omnibus ille idem pater est, unde alma liquenteis

Humorum guttas mater cum terra recipit, Foeta parit nitidas fruges, arbutulaque laeta.

Et genus humanum, parit omnia saecula ferarum,

Pabula cum praebet

Sed multis ante illum saeculis Orpheus, Περπεν καρποτογέθους ὀμέρους ἐπὶ μητέρε γαίαν.

Virgilius Eclog. 7. Juppiter, & laeto descendit plurimus imbri.

Et rursus l. 2. Geor. Tum Pater omnipotens foecundis nubibus aether

Conjugis in gremium laetus descendit, & omneis

Magnus alii magno commistus corpore foetus. Quem locum procul dubio à pervetusto quodam Poëta accepit Maro; ita enim ille inquit,

Ut pat \* totis crearet vernis annuum nubibus, In sinum maritus imber fluxit almae conjugis:

Ut foetus immixtus omnes aleret magno corpore.

Huc pertinet etiam illud Statii

— ipsum in convubia terrae Aethera, cum pluvius rarescunt nubila, solvo.

Caeterum luculentissimi sunt illi Lucretii versus l. 1.

Pestifero pereunt imbres, ubi eos Pater aether

In gremio matris terrae praecipitavit. At nitidae surgunt fruges, ramiq; virescunt Arboribus, cresecunt ipsae, foetunq; gravantur.

Hinc alitur porro nostrum genus, atque ferarum.

Atque ex imbre frigus: ventus post fit, aër denud  
a Istaec propter Juppiter sunt ista, quae dico tibi,  
Qui mortaleis, b urbeis, atque belluas omneis juvat,  
Quod heic omneis, & sub hoc ---

Ova parere solet genu' penneis condecoratum  
Non animas ---

a Haec b atque urbeis

Idem ibid.  
Prisc. lib. 8,  
& 10. Diom.  
med. lib. 1.

Ex his autem verbis cognoscere licet, quoniam pacto Lucretius heroicam majestatem ex Tragica gravitate depromserit. Sic enim Aeschylus in Danais Venerem loquentem facit;

Ἐρᾶ μὲν ἀγγὺς οὐρανὸς τραῖσαι χθόνα,  
Ἐρᾶς δὲ γαίαν λαμβάνει γάμου τοχαίῃν  
Ὀμβροσ δ' ἀπ' εὐνάετος οὐρανοῦ πεσὼν  
Ἔκυσσε γαίαν, ἣ δὲ τίκτεται βροτοῖς  
Μέλαν τε βροτῶς, καὶ βίον δημηγέριον,  
Δένδρων δὲ τίς ἄρα ἐκ νοτίζοντος γάμου  
Τέλειος ἐστὶ, τῶν δ' ἐγγὺ παραίτιος.

Extant etiam elegantes Euripidis versus his non dissimiles in Oedipode de terrae amore erga caelum plurimis plenum imbribus;

Ἐρᾶ μὲν ἄμβροτον γαί' ὅτε ζῆρον πέδον  
Ἄκαρπον αὐχμηρῶ, νοτίδος ἐνδεδῶς ἔχει,  
Ἐρᾶ δ' ὅ σπευγὸς οὐρανοῦ πληροῦμενος  
Ὀμβροῦ πεσεῖν εἰς γαίαν Ἀφροδίτης ὑπο,  
Ὅταν δὲ συμμιχθῆτο ἐς ταυτοὶ δύο,  
Φόουσι ἡμῶν πάντα, καὶ πρόφουτ' ἄμα,  
Δι' ἂν βρότειον ζῆ, τε καὶ θάλλει γένος.

QUI MORTALEIS, URBEIS, ATQ. BE-LUAS OMNEIS JUVAT ] Cicero in 2. de Nat. Deor. Sed ipse Juppiter, id est, juvenans pater, quem conversis casibus appellamus à juvenando Jovem.

QUOD HEIC OMNEIS, ET SUB HOC ] O-ffendit his verbis non modo Jovem esse omnia, omniaque ut dicebant Pythagorici, & deinde Aratus, & Maro, Jovis esse plena; sed homines, & ipsas etiam beluas ex universa illius mente delibatas habere animas: ita ut omnia, quae sunt, ex Jove, & sub Jove sint. Hinc Graeci Jovem Ζῆνα appellaverunt, quod animantibus vitam inspiraret, & Plato in Craylo utrumque Jovis nomen conjunxit, Δία scilicet, &

Ζῆνα, quasi δι' αὐτὸν ζῆν, quod per ipsum vita omnibus conficit. Quia vero ratione Prisci illi, Jovis omnia plena esse, dixerint; cumque mundi animam esse opinati sint, alibi differemus.

OVA PARIRE SOLET ] Parire pro parere, ἀρχαῖκῶς per conjunctionis Enallagen. Sic etiam apud Lucretium l. 1. cupire pro cupere. Hunc verò versum cum hemistichio, & alium cum alio hemistichio sequentem in hoc opere retulimus, cum ex Epicharmo, metro tantum immutato, conversi videantur. Epicharmi autem locus, unde sumpti sunt, ita ab Alcimo refertur in libris, quos ad Amyntham scripsit;

Εὐμαίε τὸ σοφὸν ἐστὶν οὐ κατ' ἐν μόνον,  
Ἄλλ' ὀσκαπερ ζῆ πάντα καὶ γνάμων ἔχει,  
Καὶ γὰρ τὸ θῆλυ τῶν ἀλευρορῖδων γένος  
Αἰλῆς καταμαθὲν ἀτὴν, οὐ τίθει τένα  
Ζῶντ', ἀλλ' ἐπάξει, καὶ ποιεῖ ψυχὰν ἔχειν.  
Τὸ δὲ σοφὸν ἀφύστις τὸδ' οἶδεν ἄς ἔχει  
Μόνα. πεπαίδευται γὰρ αὐτὰς ταῦτα ὑπο.

Quorum versuum sensus est; Non in uno tantum Eumaze consistit sapientia, sed omnia, quae vivunt, sensu praedita sunt. Etenim si animadvertere volueris, gallina viventes pullos non parit, sed ova fovet, & facit, ut animam assument. Quomodo autem hujusmodi sapientia sese habeat, sola ipsa novit natura, utpotè quae ab ea edocta sit.

GENU' PENNEIS CONDECORATUM ] Avium periphraasis.

NON ANIMAS ] Existimant aliqui animas hoc loco pro animans antiquo more dictum esse: nam Veteres non solum ex participiis, sed etiam ex nominibus saepe extremum n̄ auferre consueverunt; ut advienies, abses,

Inde venit divinitu' pulleis insinuans se  
Ipsa anima ---

Var. l. 6. de lin. Lat.

Proserpina.

Idem ibid.

abses, insas, pro adveniens, absens, infans; & praegnas pro praegrans, ut in Pandectis Pisaniis.

An pecudes alias divinitus insinuet se, Ennius ut noster cecinit ---

INDE VENIT DIVINITU' PULLEIS ] Virgilius l. 6.

PROSERPINA ] Varro l. 4. de Diana loquens, quae & Diviana dicitur, ait; Hinc Epicharmus Enni Proserpinam quoque appellat, quod solet esse sub terreis. Proserpina dicta, quod haec ut serpens modo in dextram, modo in sinistram partem latè movetur. Serpere, & prosperere idem dicebant: ut Plautus, qui scribit; Quasi prosperens bestia. Extat hic Plauti locus in Poenulo. Idem rursus in Persa, Tanquam prosperens bestia est bilinguis, & sceleratus.

Inde hominum, pecudumque genus, vitaeque volantum.

Aliqui ne s literam eliderent, quod Ennio tam familiare est, contra antiquorum codicum fidem legunt,

Inde venit pulleis divinitus insinuans se. Lucretius de nostri Poetae sententia, sive Ennius ipse, ut aliqui existimant l. 1.

EX ASOTO, vel SOTADICO.

291 IN Festi exemplaribus hujus operis index habetur, Ennius in Afoto, & in Afota. Dicitur autem Afotos quasi ἄσματος ille, de cujus salute nam actum est. Hinc Alexandrinus Clemens l. 2. Paed. c. 1. de hujus nominis significatione, & enodatione dixit; Ἀσώτους τ' αὐτοὺς οἱ καλέσαντες πρῶτον εὐ μοι δοκοῦσιν αἰνίσσενθαι τὸ τέλος αὐτῶν, ἀσώτους αὐτοὺς κατὰ ἑκάστην τοῦ σ φοικαίου νενομάτους. Budaeus ἀσώτους, luxu, & ganca perditos vertit. Cicero l. 2. de Finib. eam vocem retinens; Nolum, inquit, mihi fingere afotos, ut soletis, qui in mensa vomant, & de conviviis auferantur; qui Solem, ut ajunt, nec occidentem unquam viderint, nec orientem, qui consumptis patrimoniiis egeant. Scaliger autem vult hunc librum non Afotum, sed Sotadicum esse inscribendum: nam antiquitus excusa Varronis exemplaria non Afoto, sed Sota habent: quam veram lectionem esse asserit, sed decurratam. Nam Sotadico legendum est. Quare negat Ennium Afotum scripsisse, sed Sotadicum, & Caecilium

Afoti auctorem fuisse tradit. Quod autem Ennius Sotadicum scripserit, & Caecilius Afotum, id ex plerisque Nonii locis, illud ex Festo, ut infra adnotabimus, aperitissimè liquet. Nec tamen obstat, quò minus Afotos ab Ennio conscriptus sit, quandoquidem idem argumentum, ut jam saepe compertum est, pluribus conumne esse potest. Quare cum Ennium & in Afoto, & in Sotadico ab Auctoribus citatum offendimus, verisimile est existimare, Poëtam πολύγαρον utrunque scripsisse librum. Sed ne in re tam dubia nimis audacter videremur judicium nostrum adhibuisse, utroque modo Afotos, vel Sotadicus in operis initio notavimus. Scripsit etiam Attius Sotadicos, ut ex Prisciano l. 10. & Agellio l. 7. c. 9. videre licet; & Afotum Euthicles, ut ex Athenaeo cognovimus. Reliquum est, ut breviter Sotadeorum originem, & quaedam ad eos pertinentia explicemus. Est igitur Sotadicus versus à Sotade Cretensi poeta, ut Diomedis placet l. 3. appellatus; de quo etiam Terentianus,

*Metrumque facit σατάδικόν, quod vocitantur,*  
*Qui multa ferunt hoc pede Σατάδην loquentum.*

292 Fuit is summae impuritatis, ac turpitudinis monstrum, quae vita, moribus, & scriptis prae se tulit. Scriptis tenim ridicula admodum poemata inhonestis conspersa jocis, quae *φλύακας*, vel *κραιδολώτους* appellavit. In qua poematum turpitudine Apollonius ejus filius, ut Carystius Pergamenus refert, patrem est acmulatus. Quare rectè admonet Quintilianus l. 1. c. 14. ut hujusmodi carmina à puerorum lectione amoveantur. Usus est ille plurimum, ut à Diomede, Terentiano, & Hephestione proditum est, Ionicis *ἄπ' ἐλάσσονος*, & *ἄπὸ μείζονος*; quo metro Adonim scripsisse constat. Est & alia Sotadicorum species, quae reciproca dicitur; cujus hujusmodi refertur exemplum,

*Astra tenet caelum, mare classes, aëra menses.*  
 Quod si inverso legatur ordine in aliam mutabitur formam, quemadmodum de illis proditum est, qui è maribus in feminas conversi sunt: nam hexametri dignitate, majestateque ommissa, molle, ac fractum Sotadeum evadet: & hoc retrogrado verborum ordine Iliadem fertur corruptis Homeri versibus conscripsisse, easdem tamen sententias, ac voces retinentibus. Cujus quidem ineptias ita deridet Martialis lib. 2.

**I**Bant malacam a viere Veneriam corollam.  
 a cluere

IBANT MALACAM VIERE] Graeco more pro *ad viendum*. Vulgati aliqui codices habent *malam*, aliqui *malacci*. Quidam ex conjectura legunt, *ibant mane viere*. Refert Varro hunc versum ex Afoto Ennii, & eundem hoc modo Censorinus de die nat. quem Ionicum septenarium esse tradit, *ibant malam eluere Veneriam corollam*. Veneris autem corollae ex rosis necessebantur, quas illi imprimis charas fuisse, vel Anacreontis testimonio perspicuum est;

*Quod nec carmine gloriol supino,*  
*Nec retrò lego Sotadem cinaedum.*  
 Et paullò post,  
*Turpe est difficiles habere nugas,*  
*Et stultus labor est ineptiarum.*

Fuit hujusmodi quidem reciprocorum versuum genus, quos recurrentis Sidonius l. 9. Epist. appellat, ex longa, & ociofa meditatione repertum, quòd plus longè requirit operac, quàm habeat, si tamen aliquam habet, venustatis. Nec tantum ex hexametro efficitur Sotadicus, verum etiam hexameter per hexametrum recurrit, ut in illo Maronis l. 1. Aen.

*Musa mihi castissas memora, quo numine laeso.*

Qui si praeposterè legatur, iisdem hexametri constabit pedibus, sed fractis admodum, & enervatis. Quin etiam inani quadam subtilitate idem duobus simul versibus ita sunt experti, ut pentameter in hexametrum, & contrà convertantur; si ab ultima dictione ad superiore gradatim devenierimus, texturicam radiorum more, quibus antè, & retrò telae percurruntur. In quo genere plurimum infudasse audivimus Vincentium Frisciscutum Fanensem. Horum specimen erunt Leonini illi versus de Abelis, & Caimi sacrificio,

*Sacrum pingue dabo, non macrum sacrificabo:*  
*Sacrificabo macrum, non dabo pingue sacrificam.*

Var. l. 4. de lin. Lat.

ideoque *malacam corollam* dixit, quasi delicatam, vel molliter compositam: quemadmodum etiam ab Homero dictum est *μαλακὸς χιτῶν*; ad cujus imitationem dixit Ovidius l. 15. *mollia velamina*, & Plautus in Bacchid. *malacum pallium*, qui etiam à Graeco verbo *μαλακίζειν*, *malacisare* dixit pro mollire, & molle reddere. Unde Graecis *μαλάζειν*, & Latinis malva, quòd ventrem molliat. Extrat apud Hephestionem, ubi *περὶ τοῦ ἀπὸ μείζονος Ἰωνικοῦ* Alius

Fest. Tonsam.

\* Alii rhetoricam a tongent ---

Idem Tongent. Idem Cyprio.

--- Cyprio bovi merendam.

b Propè stagna, genus ubi lanigerum piscibus c pascit. Item ibid.

\* Tibicina maxumo d clamore mugit.

Varro l. 6. de lin. Lat. Idem ibid. Fest. Subulo.

\* Subulo finitimas propter astabat aquas.

a tongent b Propter stagna ubi lanigerum genus c pascitur d labore

tractat, hic versus ex innominato Auctore, ex quo arbitror Ennianum hunc esse translatum,

*Πόας τέρεν ἄνθος μαλακὸν ματεῖται.*  
 In Festo Florentiae nuper impresso ita sine auctoris nomine habetur Ennii locus, qui in haftenus editis deerat; *Viere alligare significat, ut hic versus demonstrat; ibant malaci viere Veneriam corollam, unde vimina, & vasa viminea, quae vincuntur ligata.*

ALIUSQ. IN MAREI] In quibusdam Pompeji exemplaribus refertur hic locus ex Afoto Ennii; in aliis verò ex Afoto.

TONSAM] Remum. Dicta autem est tonsa, non, ut vult Festus in Tonsam, quasi tondeatur ferro, cum omnia, quae ferro tonderentur, tonsae appellari possent; neque, ut ait Servius in 7. Aen. à decutiendis fluctibus, sicut tonfores à tondendis, & decutiendis capillis: sed à tundendis fluctibus, vel quia de arboribus fiunt, cum rami tonfi sunt.

ALII RHETORICAM TONGENT] Quamvis unde hic Ennii locus potius sit, ignoretur: tamen non malè videtur cum superioribus cohaerere. Scaliger verum explet, *Alii rhetoricam tongent, & vincere volunt.*

CYPRIO BOVI MERENDAM] Lilius Giraldus in 9. de Poëtis dialogo tradit, Sotadicum carmen primum apud Latinos Ennium esse aggressum in eo, quod *Cyprio bovi merenda* inscribitur. In qua re lapsus videtur, cum apertè ex Festo appareat, verba illa ex Sotadico versu esse desumpta: non autem, ut ille existimat, esse libri inscriptionem. Quod ut melius perpen-

datur, Festi verba transcribemus; *Cyprio bovi merendam Ennius Sotadico versu cum dixit, significat id, quod solet fieri in insula Cyprio, in qua boves humano stercore pascuntur.* Quod quidem non passus caussa sumunt, sed ut eo remedio torminibus medeantur, de quibus ait Plinius l. 28. c. 20. *Boves in Cyprio contra tormina hominum excrementis sibi meteri.* Suidas ex Tarrhaeo ait *βοῦς Κύπριος* de homine futili, stupidoque dici, quòd fertur, Cyprios boves stercorebus vesci. Quo probro Aristophanes in Pluto faceret medicorum accusat avaritiam; quos quoniam assiduè excrementa contemplantur, *σκυτοφύγους* appellavit. 294

MERENDAM] Tradit Festus antiquos merendam dixisse pro prandio, quòd scilicet medio die caperetur. Calpurnius, — *serae cum venerit hora merendae.*

PROPE STAGNA] Festus ibidem de eodem Poëta intelligens ait; *Idem cum dicit, propter stagna ubi lanigerum genus piscibus pascitur, esse paludem demonstrat, in qua nascuntur pisces similes ranunculis, quos oves consecratae edunt.*

GENUS UBI LANIGERUM] Ovium periphraasis. Eodem modo de avibus l. 1. Annal. — *genus pennae condecoratum,* Et, — *genus alivolanum.*

TIBICINA MAXUMO CLAMORE MUGIT] Notat hic M. Varro l. 6. de lin. Lat. *mugire*, quod vitulorum est proprium, ad homines, sicut pleraeque aliorum animalium voces, quandoque transferri. Nos haec verba huc retulimus; quoniam Sotadici comma visa sunt.

SUBULO FINITIMAS] Cum superiori Aa verlu

versu Tibicinac mugientis mentio facta sit, rectè quidem me facturum existimavi, si cum Tibicina Subulom propter aquam astantem conjungerem. Est autem Subulo, ut Varro, & Festus docent, Tusca vox, quae Tibicinem significat. Hic versus in vetusto M. Varronis codice habetur, Subulo quondam marinas propter astabat aquas.

Quo etiam modo in Festo legitur, praeterquam in ultima dictione, ubi pro aquas, plagas scriptum est. Versus est Septenarius trochaicus catalecticus.

ASTABAT ] Fortasse meliùs, ut putat Scaliger, *astabat*, cum de tibicine loqueretur. Unde *assa* vox.

EX SATYRARUM LIBRO I.

Quoniam, quae ab antiquis de Satyrarum origine, & argumento tradita sunt, summâ diligentia Franciscus Robortellus, Polydorus Virgilius, Lilius Giraldus alii- que quamplurimi collegerunt; idcirco supervacaneò huic labori, ne aliorum scripta exscribere videremur, parcendum duximus. Quod verò horum librorum fuerit argumentum incertum est. Puto tamen eos diversis rebus fuisse confectos: & quò omnia Satyrae titulo congruerent, sive illa à quodam sarciminis genere sic appellato, quod multis rebus esset refertum, sive à Satyra lance, quae variis plena primitiis in Antiquorum sacrificiis offerebatur, sive à lege Satyra, quae uno rogatu multa simul comprehendebat, diversis quoque

apparent metrorum generibus fuisse conscriptos. Quare miror Crinitum, virum alioquin eruditum lib. 1. de Poët. c. 2. credidisse, hos Satyrarum libros quadratis versibus constare. Confirmat nostram hanc opinionem Diomedes, qui ait l. 3. *Olim carmen, quod ex variis poematibus constabat, Satyra vocabatur, quales scripserunt Pacrovius, & Ennius.* Quale verò cujusdam Ennianae Satyrae fuerit argumentum, hoc modo Quintilianus explicavit lib. 9. c. 11. *Sed formas quoque fingimus saepe, ut Famam Virgilius, ut Voluptatem, ac Virtutem, quemadmodum à Xenophonte traditur, Prodicus, ut Mortem, & Vitam, quas contendentes in Satyra tradit Ennius.* Ad cujus fortasse imitationem Novius Mortis & vitae iudicium scripserat.

Malo hercle suo magno convivat sine modo.

Non. Convivant.

Dum quicquid das celere ---

Idem Celere.

MALO HERCLE SUO MAGNO ] Reprehendit Poëta in hac Satyra immodicum alicuius in conviviis luxum; quod sine suo magno malo, hoc est, sine ingenti bonorum effusione fieri nequit. Quare apud Romanos cum nullo adhibito modo, atque ratione convivia magnis profusis sumptibus assidue pararentur, lege Licinia poenis impositis moderata sunt. Observandum est huiusmodi dicendi modo Veteres significasse, aliquem non absque poena esse abiturum. Plaut. Alinaria,

*Bene merendi mala es, male merendi bonas es:*

*At malo cum tuo ---*

Idem ibidem iisdem Ennianis verbis,

*Malo hercle jam magno tuo.*

CONVIVAT ] Pro convivat antiquo more. Pomponius Munda,

*Si Kalendis convivant, Idibus coenent foris.*

SINE MODO ] Nimis profusè. Cui contrarium est Horatianum illud Sermon. l. 1. Saty. 1. *Est molus in rebus ---*

DUM QUICQUID DAS CELERE ] Vel eos carpit, qui in largitionibus bona omnia profundunt, vel respicit ad proverbium; *Bis dat, qui cito dat.*

DES ] Janus Gulielmus in Plaut. quae est. *legit da, aut dane.*

CELERE ] Pro celeriter.

EX

EX SATYRARUM LIBRO II.

Inde locci liquidas, pilatasque aetheris oras Contemplo ---

Sen. in Schedis.

Restitant, occurrunt, obstant, obstringillant, obganniunt.

Non. Obstringillare.

a obagitant

PILATASQUE AETHERIS ORAS ] Scrvius, ut tradit Scaliger ex Schedis P. Danielis nondum editis, refert hunc versum ex l. 2. Satyrarum Ennii, ubi *pilatas* pressas, & densas interpretatur, & *pilatam* strictim & densè: additque pro suae explicationis confirmatione hunc Scauri locum ex libris de Vita sua, *In agrum hostium veni, pilatam exercitum duxi.* Item alium Sempronii Afellionis, *Quartum signum accede-*

*bat, sive pilatim, sive passim iter facere volebant.*

RESTITANT, OCCURRUNT ] Carmen asyndeton.

OBSTRINGILLANT ] Obstant exponit Nonius. Alii legunt *obstringillant*, alii *obstringillant*, unde obstringilator hoc est reprehensor, ductum, ut notat Turnebus l. 15. Adv. c. 1. à stringilibus, quibus cum vehementiùs stringimur, etiam plerumque laedimur.

EX SATYRARUM LIBRO III.

Enni poëta salve, qui mortalibus Versus propinas a flammeos medullitus.

Non. Propinare, & Medullitus.

Nam is non benè volt tibi, qui falsò criminat Apud te ---

Idem Criminat.

--- testeis sunt

a flammeus

ENNI POETA SALVE ] Nisi manifestè hi duo senarii à Nonio ex libro 3. Satyrarum Ennii adducerentur, suspicarer ab alio quopiam antiquo Poëta, quasi cum Ennio colloquente, fuisse editos. Sed nunc credendum est, aliquem in hac Satyra ab Ennio esse inductum, qui cum his verbis compellaret.

Sticho usus est; *Propino tibi salutem plantis faucibus.*

CRIMINAT ] Antiquè, ut supra convivat. Malunt aliqui legendum esse hunc versum,

*Is tibi non benè volt, qui falsò criminat ad te.*

VERSUS PROPINAS ] Translatio sumpta à compositatoribus, quâ Plautus etiam in

TESTEIS SUNT ] Vide quae de hoc loco in Scipione diximus.

Aa 2

AFRICA

Latei campei, quos gerit Africa terra politos.

AFRICA TERRA] Virg. l. 4. Aen.  
— quos Africa terra triumphis  
Dives alit —

Idem eodem modo l. 7. Italia terra —  
& Cato, Italia terra in Oratione pro A-

chaeis. Tibullus similiter pro Campania  
Campaniam terram dixit; Lucilius, & Catullus pro Hispania Iberiam terram, & Celtiberiam terram; & pro Asia Poeta nescio quis apud Aristotelem l. 3. Rhet. *Ἀσίους ἀπὸ γαίης.*

Idem Politiones.

EX SATYRARUM LIBRO IV.

NEQUE TRISTE QUÆRITAT SINAPI, NEQUE CEPE MOESTUM. Macrob. l. 6. c. 5.

NEQUE TRISTE QUÆRITAT SINAPI] Macrobius refert hunc locum ex 4. Sabinarum: quae quidem inscriptio mihi diu suspecta fuit, eamque tribus adductus rationibus omninò rejiciendam puto, & apud eum Auctorem pro Sabinarum, Satyrarum esse reponendum. Prima, quòd hactenus hujusmodi operis indicem nusquam apud Auctores invenerim. Altera, quia haud facile persuaderi possum, Ennium separato volumine de Sabinarum raptu historiam conscripsisse, cum in Annalium libris manifestum sit, eam esse profectum. Tertia denique cum nec verba, nec numeri eam nobis materiam significare videantur. Dixit autem *triste sinapi* pro amaro, ut exponit Macrobius l. 6. c. 5. sed melius (ut opinor) *μετωνυμῶς* ab affectu; nam propter acrimoniam lacrymas ciet. Unde à Graecis sinapi dicitur, ὅτι σίνεται τοῦς ὀφθαλμοῖς ἐν τῇ ὀσμῇ, quod scilicet olfactum oculis noceat. Ad quod alludens Aristophanes in Equitibus ait,

Κ' ὄσλεψε γάπτου, καὶ τὸ μέτωπον ἀνέσπασε.  
Quem versus referens Crates in libris *περὶ τῆς Ἀττικῆς λέξεως* pro γάπτου, σίναπι, & pro τὰ μέτωπον, πρόσωπον videtur legisse. Eandem ob acrimoniam Nicander in Georgicis dixit σπέρματα τ' ἰνδάκνοντα σινίπιος. Columella de Cultu hortorum,

293 Sequae laceranti scitum sacitura sinapis.  
Plautus Pseudulo,  
Teritur sinapi celerata cum illis, qui terunt,  
Prius quàm triverunt oculi, ut exstillerent, facit.

Idem Truculento,  
*Si Ecassor hic homo sinapi vicitet, non censeam*

Tam esse tristem posse —  
Unde vulgò ii sinapi vicitare dicuntur, qui morosi admodum difficilesque naturæ sunt.

CEPE MOESTUM] Eodem metonymiæ tropo *cepe moestum* dixit; nam & ipsum quoque fletum excitat. Varro Manio,  
*Dulcem aquam bibat salubrem, & flebile excitet cepe.*

Lucilius l. 5. Satyr.  
*Lippus edenda acria assiduum ceparin' cepa  
Lacrimosa*

Qui locus non est integer, & longè fecus habetur apud Priscianum l. 6. Eodem adjuncto usus est Columella l. 10.

*Atque oleris pulli radix, lacrimosaque cepa.*  
Rurfus Lucilius l. 5. Satyr.  
*Flebile cepe simul, lacrimosaque ordine tallae.*

Ità emendandus est Nonii locus in *Cepe*, in quo pro *tallae, talpae* perperam irrepit. Est autem *talla*, ut in veteri Glossario explicatur, τὸ κρομμίου λέπυρον. Unde liquet, quàm procul ab antiquae scripturae vestigiis Nonii emendator pro *talpae* censuerit *scyllae* reponendum. Novius in Appella, *Cui cepe edendo oculus alter profuit.* Hinc proverbiali scommate in eos dici solet, qui flentes poenas dant, κρομμυα ἐσθίειν. Quod ex illo Biantis Prienaei responso videtur emanasse; qui, ut refert Philo in libro Ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύτερος, accer-

accersitus à Croeso, contemptim ac mihi faciter Regi respondit, ut cepas ederet, hoc dicto civiliter ei fletum subindicans. Idem etiam à Laërtio in illius vita proditum est; à quo ab Alyatte non à Croeso Bias accersitus traditur. Cepe autem à Graecis κρομμυον dictum est, quod αὐτοῦ ἐσθιζόμενος, ἢ ἐσθιόντες τὰς κόρας μύα-

μεν. Aristoteles verò ita in Problematis Sect. 20. appellari ait, ὡς τὴν κόρην ποιεῖν συμμῆν, quòd scilicet pupillam comprimere cogat. Etymologici Auctor unico κρομμυον scribit, παρὰ τὸ τὰς κόρας μύειν τῶν ἐσθιόντων αὐτό. Latini non ab effectu, sed à capitis similitudine cepe dixerunt.

EX SATYRARUM LIBRO VI.

QUIPPE SINE CURA LACTUS LAUTUS QUÒM ADVENIS  
INFERTEIS MALEIS, & EXPEDITO BRACHIO,  
ALACER, CELSUS, LUPINO IMPETU EXPECTANS.  
MOX DUM ALTERIUS OBLIGURRIAS BONA,  
QUID CENSES DOMINEIS ESSE ANIMI? PRÒ DIVÒM FIDEM  
ILLE TRISTIS CIBUM DUM SERVAT, TU RIDENS VORAS.

Donat. in Phor.

299 QUIPPE SINE CURA] Donatus explicans hos Terentii versus ex Phormione,  
*Tene a symbolum venire unctum, atque lautum è balneis,  
Ociosum ab animo, cum ille cura, & sumptu absumitur.*  
*Dum tibi sit quod placet, ille ringitur, tu rideas,  
Prior bibas, prior decumbas, coena dubia apponitur,*  
ait, haec non ex Apollodoro esse translata, sed ex sexto Satyrarum Ennii. Quare nequeo non mirari Porphyriorem, qui in expositione Satyrae 10. libri 1. Horatii di-

cit, quatuor Satyrarum libros ab Ennio esse relictos.

INFERTEIS MALEIS] Festivus Plautinus Parasitus in Captiveis,  
*Cum calceatis dentibus veniam tamen.*  
LUPINO IMPETU] Plautus ibidem,  
*Quasi lupus esuriens, metui, ne in me faceret impetum.*

ALTERIUS OBLIGURRIAS BONA] Terentius in Eunuchis, *patria qui obligurrierat bona.* Idem ibidem simplex *ligurrio* protulit, quod duobus rr Eruditi aliqui scribendum affirmant.

EX INCERTIS LIBRIS SATYRARUM.

NAM QUI LEPIDÈ POSTULAT ALTERUM FRUSTRARI,

Agel. l. 18. c. 2.

300 NAM QUI LEPIDÈ] Agellius referens quatuor hos ex Ennii Satyris versus, eos ait uno multifariam verbo fuisse concinniter implicatos. Amabant enim Veteres, ut Donatus ait in explicatione loci illius Terentii in Andria,

*Nam incoeptio est amentium, haud amarantium,*  
de proximo similia dicere. Qua quidem in re nimis sibi videntur indulgisse. Rurfus Ennius in Phoenice,  
*Stult' est, qui cupida cupiens cupienter cupit.*



Quem frustratur: frustra eum dicit, frustra esse. Nam sese frustrari, quem frustra sentit, Qui frustratur, is frustra est, si non ille est frustra.

Hercle puto, hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm, Ne quid exspectes amicos, quod tu agere possis.

Plaut. Captivcis, Qui cavet, ne decipiatur, vix cavet, cum etiam cavet, Etiam cum cavisse ratus, saepe is cautor captus est. Idem in Pseudulo, licet secus hic locus in impressis legatur, Memorem immemorem facit, qui memori memorat, quod memor meminit.

Cum autem huiusmodi vocum traductio est in verbis, περιφρασις dicitur, ut ait Donatus in Andria, cum verò est in nominibus περιφρασις.

FRUSTRA ESSE] Hoc est decipi. Plaut. Bacchid. Frustra es, inquit, pro falleris. Et in Amphitr.

Hi iam ambo servus, et herba frustra sunt duo. Item in Mercat. Nunc mulier ne tu frustra sis, mea non es, ne arbitere.

NAM SESE FRUSTRARI] Plaut. Bacchid. Atque hi se cum frustrantur, frustrari alios solidi existimant.

QUEM FRUSTRA SENTIT] Vetus Agellii codex, Nam qui sese frustrari, quem frustras sentit. Frustrò enim, & frustror in eadem significatione à bonis auctoribus dicitur.

HERCLE PUTO] Haec verba non sunt Ennii, sed ita in Agellio l. 2. c. 29. interpungenda sunt. Qui, postquam ex Aesopi fabellis Cassitae apologum recensuit, sic ait; Hunc Aesopi Apologum Q. Ennius in Satyris scite admixtum, et venusto versibus quadralis composuit: quorum duo postremi isti sunt, quos invidere cordi, et memoriae oper. pretium esse, hercle puto. Haec erit tibi. &c. Julius Caesar Scaliger in libello de Versibus Comicis, & in Poëtica notat, non rectè Agellium hos versus quadratos esse di-

xisse, cum Trochaici sint, & hoc modo legendos esse scribit;

Hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm:

Neque exspectes amicos, tute quod possis agere. Idem Agellii codex habet, Haec erit tibi argumentum, &c. ut Haec, ad Cassitam referatur.

NEQUID EXSPECTES AMICOS] Non gravabor pro Apologi explicatione Agellii verba transcribere. Ità enim ait; Haec quidem est Aesopi fabula de amicorum, et propinquorum levi, et inani fiducia. Sed quid aliud sanctiores libri philosophorum movent, quam ut in nobis tantum ipsi nitamur: alia autem omnia, quae extra nos, extraque nostrum animum sunt, neque pro nostris, neque pro nobis ducamus? A qua sententia non longè abest ille Bionis locus in Bucolicis;

Οὐ καλόν, ὦ φίλοι, πάντα λόγον ποτὶ τέκτονα φοιτῆν,

Μηδέ τι πᾶντ' ἄλλου χρέος ἰσχύμεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς

Τεχνῶσθαι σύριγγα, πῆλει δὲ τοὶ εὐμαρῆς ἔργον.

Hos versus Laurentius Gambarà amicus noster sic Latine reddidit;

Consultare artificem, vel opem deponere in omni

Re, decet haud quemquam. Tu cetera junge cunctas:

Nam res est facilis, nec eget multo illa labore.

Rectè igitur admonet Philemon, ut optimus, ne unquam de amicis periculum facere necesse sit;

Ἄλλ' ἐτάσσοι καὶ φίλοι σοὶ καὶ συνήλεις καὶ Δία

Ἐπιον εἰσέουσιν. εὐχρον μὴ λαθεῖν πείρασον φίλου.

Meum non est, at si me canis memorderit.

Idem lib. 7. c. 9. Non. Memordi.

AT SI ME CANIS MEMORDERIT] Pro pugi, & peposci, propupugi, & peposci pronomorderit: quo etiam modo Veteres per-nunciarunt.

EX PROTREPTICIS.

Pannibus.

Charif. l. r.

EX hoc toto opere vix (quod non sine magno animi moerore referre possum) unica haec dictio superest. Possum tantum ex inscriptione cognoscere, Poëtae consilium fuisse, aliquem ad bene recteque vivendum admonere: sed quis is fuerit planè

ignoratur. Quod autem Veteres pannibus pro pannis usurparunt, Pomponii etiam testimonio confirmatur; qui in Maccis Geminis ait, Bene animo es, video, eripuisti primitias de pannibus.

EX PRAECEPTIS.

Inter praeclaras nostri Poëtae lucubrationes hanc Praeceptorum non ultimum obtinuisse locum arbitror: cum in ea, ut ex hoc fragmento, quod Prisciano acceptum referimus, appareat, Ennium utile dulci, ut ait Flaccus in Poët. immiscere voluisse; dum saluberrima praecepta, ex intimis Philosophiae penetrabilibus eruta, poëtica suavitate, leporeque condiderit. Verisimile quidem est hanc comparatione ex Agricola diligentia ducta, Poëtam monuisse, corruptos, pravosque adolescentium mores, antequam firmiores in teneros eorum animos radices agant, & majus temporis diuturnitate suscipiant incrementum, suasionibus, minis, verberibusque funditus esse extirpandos: quod quidem prudens pater familias non minori sedulitate efficere debet, quam expertus agricola, qui, Ubi videt avenam, lolium crescere Inter triticum, selegit, secernit, aufert sedulo. Eadem herbas tanquam frugibus inimicas

memorat Virgil. Eclog. 5. & r. Geor. Infelix lolium, et steriles dominantur avenae. Non videtur hinc longè nimis remotum esse illud Platonis in Euthyphrone, ubi commemorat Socrates, quae sibi à Melito objiciebantur; Ὁρθῶς, γὰρ ἐστὶ τῶν νέων πρῶτον ἐπιμεληθῆναι, ὅπως ἔσονται οἱ ἀριστοὶ, ἀσπερ γεωργὸν ἀγαθὸν τῶν νέων θυτῶν εἶδος πρῶτον ἐπιμεληθῆναι. μετὰ δὲ τοῦτο καὶ τῶν ἄλλων. καὶ δὴ καὶ Μελίτος ἴσως πρῶτων μὲν ἡμᾶς ἐκκαθαίρει, τοὺς τῶν νέων τὰς βλάστης διασθνήροντας, ὡς φησιν. Hoc est; Rationi consonum est, primam de adolescentibus curam esse habendam, quod optimi evadant, haud secus quam bonum Agricolam decet novellarum plantarum primam curam gerere, deinde verò de caeteris curandis habere rationem; & sanè etiam Melitus fortasse primum nos, qui tenera juvenum germina, ut ipse ait, corrumpimus, expurgare intendit.

Bei vidit avenam, lolium crescere  
 Inter triticum, selegit, fecernit, aufert sedulo,  
 Vei operam addit, quam tanto studio feruit.

Prisc. l. 10.

AUFERT SEDULO] Fertur illud proverbii instar à Nicephoro Callisto, *Ut herbas nocentes vellere*. Alterum verò ex hoc opere fragmentum suspicor à Festo in verbo *Pumici* fuisse relatum, nam ubi legitur *En-*

*nus in Prae*.... absque dubio in *Prae-* 303  
*ptis* legendum est.

VEI OPERAM ADDIT] Non est verendum, quin hic locus plurimis mendis sca-tear.

### EX INCERTO LIBRO.

Eo ego ingenio natus sum, amicitiam  
 Atque inimicitiam a in fronte promptam gero.

Non. *Inimicitia*.  
 Agel. lib.  
 19. c. 8.

a in frontem

Duo hi versus ab Agellio, & Nonio afferuntur, ut ostenderent, Veteres singulari numero *inimicitiam* dixisse, quam vocem etiam apud Attium in eodem numero Charisius observavit. Salustius autem *amicitias*, & *inimicitias* plurali numero protulit l. 1. in *Catil.* Ex quo verò Ennii libro hoc fragmentum sumptum sit, prorsus est incertum. Haec tantum ab Agellio prodita sunt; *Inimicitiam autem* Q.

*Ennius in illo memoratissimo libro dixit. Eo ego ingenio, &c.* Quà sententiâ perspicuum sui animi candorem ostendens, duplices homines carpere videtur, qui occultas familiariter inimicitias exercent. De quibus ait Caecilius in *Subditio*,

*Nam ii sunt inimicei pessime, fronte hilaro,*

*Corde tristi, quos neque ut apprehendas, neque ut mittas, scias.*

### DE ACROSTICHIDIBUS.

Omnia Ennii carmina, quae Acrostichides appellabantur, non modo temporum injuriâ interciderunt, sed eorum etiam nomen penitus aboletum fuisset, nisi unius Ciceronis testimonium in posterum memoria conservasset: qui postremò de *Divin.* lib. inquit; *Tum verò ea, quae à-*

*prostichis dicitur, cum deinceps ex primis versibus literis aliquid connectitur, ut in quibusdam Ennianis, quae Ennius fecit. Id certè magis est attentivi animi, quam suavis. Atque in Sibyllinis ex primo versu cuiusque sententiae primis literis illius sententiae carmen omne praetextitur.* Ex quibus Ciceronis

ronis verbis non modò quae sint Acrostichides aperte cognovimus, sed eas Ennius ad Sibyllinorum versuum imitationem scripsisse. Dicuntur autem Acrostichides, ut refert Thucydidis Scholiastes *παρα τὸ ἄκρον τοῦ σίχου*, quo nomine intelligitur ἢ τοῦ σίχου ἀρχή, quemadmodum ἀκροτελεύτιον τὸ τοῦ σίχου τέλος. Comprobat ea, quae Cicero dixit de Sibyllinis carminibus, exemplum Sibyllae Erythraeae, sive ut malunt aliqui *Cumeae*, quod tribus & triginta versibus refert Eusebius ἐν τῷ λόγῳ βασιλικῷ: de qua ait; illam aliquando in penitioribus adytis intermisso importuno superstitionis religionis ritu, divino afflatam numine aperte de Deo quae ventura erant carminibus fuisse varicinatam; in quibus primarum literarum ordine, quae ἀκροστιχίς dicitur, historiam de Iesu adventu declaravit. Acrostichis autem hoc modo se habet, ἸΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΩΤΗΡ ΣΤΑΥΡΟΣ. Graecos versus brevitatis causâ omisimus, quorum translatio extat apud D. Augustinum lib. 18. de *Civit.* c. 24. sed nihil versuum initia explicant. At Lilius Giralduus lib. 2. de *Poët.* conatus est, non tantum versum versui, & verbum paenè verbo reddere, sed etiam ut primae singulorum carminum literae Graecis responderent, ut inde Latinis literis Graecarum dictionum initia

legerentur. Joannes verò Christophorus, Joannes Portesius, & Germanus nescio quis eosdem versus, sed aliâ ratione, converterunt. Non enim Graecam Sibyllae Acrostichin, ut Lilius, sequuti sunt, sed huiusmodi Latinam, IESUS CHRISTUS DEI FILIUS, SERVATOR, CRUX. Hoc eodem modo in Plauti comoediarum argumentis fabulae nomen primae versuum litterae demonstrant. Quo in genere quaedam ab Agapeto Diacono, & Alano de Insulis conscripta sunt, & à Rhabano Fuldenfi, qui versibus etiam his contrariis, qui τελειοστιχίδες appellantur, iustis; ultimis scilicet carminum literis quae volebat exprimens. Eiusdem paenè generis sunt, sed majori tamen difficultate elaborata, duo poematia heroico metro conscripta, alterum in Apollinis, alterum in Bacchi laudes, quae extant in primo Graecorum epigrammatum libro. Constat utrumque versibus quatuor & viginti juxta Graecarum literarum numerum; & non modò quisque versus secundum alphabeti ordinem initium sumit, sed singula singulorum versuum verba ab eodemmet elemento incipiunt; nec aliud exprimit, quàm diversa illorum Deorum nomina,

*Ἄβροτον, ἀγλαμόρφον, ἀκροτεύκωμ, ἀβροχαιτήν, Βριδύνοον, βασιλῆα, βελεσσιχαρή, βιοδάτην, &c.*

## TOMUS TERTIUS,

*in quo continentur*

## RELIQUIAE EX TRAGOEDIIS

<i>Medae,</i>	<i>Eumenidum,</i>	<i>Menalippes,</i>
<i>Iphigeniae,</i>	<i>Dulorestis,</i>	<i>Alcmaeonis,</i>
<i>Achillis,</i>	<i>Erechthei,</i>	<i>Cressarum,</i>
<i>Ajaxis,</i>	<i>Cresphontis;</i>	<i>Alceftidis,</i>
<i>Telamonis,</i>	<i>Athamantis,</i>	<i>Nemeae,</i>
<i>Hectoris Iustrorum,</i>	<i>Andromedae,</i>	<i>Iliomae, sive Poly-</i>
<i>Alexandri,</i>	<i>Telephi,</i>	<i>dori,</i>
<i>Andromaches,</i>	<i>Thyestis,</i>	<i>de Antiopa.</i>
<i>Hecubae,</i>	<i>Phoenicis,</i>	

## EX COMOEDIIS

*Amphitrasonis, Ambraciae, Pancratiastae.*

Item

*Fragmenta alia ex incertis Tragoediis, & Comoediis.*

## EX MEDEA.

309 **H**anc Medae fabulam ex Euripide Ennium convertisse, non dubium est: sed liberius more suo. Quod Cicero non ab Ennio tantum, sed à Pacuvio quoque & Attio, in Graecis Tragoediis interpretandis factum prodit l. i. Acad. Videtur enim aliquando Poëta noster fidi interpretis officio fungi; aliquando verò longius evagari, vel plura ex ingenio addendo, vel aliqua refecando, ut non mirum sit, si in plerisque Ennianis Tragoediis è Graecis conversis quaedam habeantur, quibus nulla Graeca, aut ferè pauca

verba respondeant, vel aliqua vix ejusdem sententiae non satis manifesta appareant vestigia. Quare operae pretium me facturum censui, si non solum in his Medae reliquiis, verum etiam in omnibus caeterarum fabularum, quae supersunt, translatis, Graeca Latinis respondentia apposuero, ut tanquam adversis, frontibus utriusque Scriptoris comparatione, uter, quae voluerit, feliciter expresserit, facilius cognosci possit. Atque utinam, ut haec Medae, & illa Hecubae, aliae quoque Graecae extarent fabulae, ex quibus

quibus suas Ennius Latinas fecit: nam harum cum Latinis fragmentis collatione magna ex parte labore levaremur, & certius Ennii mentem consequi possemus. Quòd quidem modò arduum sanè est, ac perdifficile, tum fragmentorum dispersu, tum argumenti incertitudine. Quare necesse est, ut quasi palpitando caecorum more ad horum explicationem conjecturis indagandam, progrediar. Accedit etiam codicum, unde illa frustratim disjecta collegimus, depravatio, quorum aliqua adeò immedicabilibus confecta sunt vulneribus, ut planè ullo pacto mederi posse diffidamus. Illud etiam observandum est, non modò Ennium, verum etiam alios plerisque Veteres in Tragoediarum, & Comoediarum versuum dimensione varios, ac inconstantes fuisse: quapropter nil mirum sit, si versus saepe offenderimus minus accuratà metri lege conscriptos. Hujus igitur Ennianae Medae, quae sese prima nobis offert, titulum dupliciter apud Auctores citatum comperimus. Modò enim Medeam tantum referunt, modò Exsulem addunt: quemadmodum etiam ejusdem Poëtae modò Achillem simpliciter, modò Achillem Aristarchi adducunt. Versus autem hi, quos notavimus ex ea, quae nunc Graecè extat, manifestè videntur expressi. At quia Graeca quaedam Euripidis fragmenta sub Medae titulo apud Stobaeum Sermone 20. & 76. inveniuntur, quae cum ex hac integra, quae in manibus est, non sint deprompta, multis rectè arbitrari data est occasio, duas Medae Euripidem edidisse, & easdem Ennium Latinas fecisse. Nec obstat, quòd eodem nomine idem Auctor duas fabulas inscripserit; cum ejusdem Euripidis sint Iphigenia in Aulide, & in Tauris, Hippolytus *επιφανήροτος*, & *καλυπτόμενος*: Sophoclis duo Oedipi: Aeschylus tres Promethei, Vinctus scilicet, Solutus, & Ignifer. Nec aliquis quidem suspicari posset, unam Euripidem Medeam scripsisse, quoniam nihil, ut in aliis, quas duplices scripsit, adjecit, quo statim comprehendi possit, utram significaret: nam non perpetuò qui fabulas citant, distinctionem addunt: quandoqui-

dem Euripidem in Iphigenia, Sophoclem in Oedipo, Ennium in Achille, & in Medea, quam nunc explicamus, saepe nudis nominibus relatos, comperimus. Quare minimè mirandum est, si absque additione altera Euripidis Medea adducatur, praesertim cum tam pauca ex ea fragmenta reliqua sint. Hunc igitur simpliciter citandi morem Veteres observasse, una vel haec Sophoclis Scholiastae sufficeret auctoritas; qui in Argumento Ajacis *κατηγόρου* differens de illa inscriptione, quae ad discrimen Ajacis Locrensis apposita fuerat, ait; *ἐν δὲ ταῖς διδασκαλίαις ψιλῶς Αἴας ἀναγγεγραπται*. Paullus verò Manutius magnae eruditionis vir Suidae auctoritate existimat, duos fuisse Euripides, qui Medeam Graecè scripserunt, alterum majorem, qui eam edidit, quae nunc extat, alterum minorem ex fratre nepotem, cujus tres Suidas memorat fabulas, Orestem scilicet, Polyxenam, & Medeam, & hanc illam esse Paullus asserit, quae perit, & hujus Auctoris versum illum esse, praeter quosdam alios, qui à Stobaeo, ut diximus, referuntur, quem adducit M. Cicero l. 13. Epist. ex Euripidis Medea, *Μισῶ σοφιστῆν, ὅστις οὐχ' αὐτῶ σοφός;* & utranque Latinam fecisse Ennium. Cui quidem rei non repugno, sed in his, quae dicemus, à tanti viri recolendae memoriae opinione dissentio. Nam, dum Suidae testimonio asserit, hanc Medae fabulam, quae modo habetur, majorem Euripidem scripsisse, videtur Euripides confundere, & alium, pro alio accipere. Nam, ut omnibus notum est, hujus Medae Auctor non fuit Euripides major natu, qui 12. tantum fabulas edidit, sed celebris ille Euripides Mnesarchi, & ut eum carpit Aristophanes, olerum venditricis filium, qui 92. vel, ut Varro tradit, 75. fabulas edidit. Unde planè liquet, Euripidem, quem Paullus minorem appellat, non ex hujus fratre esse natum, sed ex fratre majoris Euripidis. Praeterea non video, quare cum versum, quem supra retulimus, *Μισῶ σοφιστῆν*, &c. malit Paullus minori Euripidi tribuere: cum aperte videatur Cicero Euripidi, de quo semper loquutus

est, tribuisse. Quod si de altero intellexisset, alio modo nominasset, ut ab altero discerneretur. Idque eò magis credendum est, quod antequam Cicero lib. 13. Epist. hunc versum appelleret, ait; *Itaque ab Homeri magniloquentiu confere me ad vera praecepta Euripidou.* Non enim poterat nisi illum, cujus singulos versus Q. Cicero lib. 16. singula putabat testimonia, cum Homeri majestate conferre. Ex quibus perspicuum est, eundem Euripidem duas Medeas Graecè scripsisse, & totidem Ennium Latinitate donasse. Hujus igitur Medeae argumentum ab ejus ex Thessalia fuga sumptum est, unde ei rectè Exsulis nomen additum est. Cum enim Jason aureo vellere potitus post reditum è Colchis in Graeciam Corinthi moraretur, Glaucam Creontis Corinthiorum Regis filiam in matrimonium, Medea praesente, duxit: cujus ope tot, tantaque pericula, ac extrema vitae superaverat discrimina. At Creon veritus, ne Medea id iniquo ferens animo novae nuptae aliquid magicis moliretur artibus, eam in exsilium egit. Quae, vix unius dieculae spatio impetrato, auream coronam, pepulumque preciosum Glaucæ mittit, naphtha, seu, ut malunt aliqui, Nessi Centauri sanguine confersum: quod simulac illa induit, ut verum vetus illud dictum fuisset, confirmaretur *ἰχθυῶν ἄδωρα δώρα*, repente ignis flamma coorta est, quae ipsam, ac patrem supplicias ferentem, combussit. Tum illa, Mermero, ac Pherete liberis ab Jafone susceptis immaniter trucidatis, volucrum draconum currum conscendit, Athenasque versus pervolavit, ubi Aegeo Pandionis filio conjugio devincta est. Tale quidem est Euripideae, & Ennianae Medeae argumentum. Aliud verò Exsulis Medeae ab Hygino in Fabulis recensetur. Aelianus autem ait, quosdam asserere, nunquam Medeam suos trucidasse liberos, sed Corinthios eos interfecisse; quorum suasionibus Euripidem hoc modo fabulam esse commentum. Carcinus item diversam sanè ab Euripideâ constituit actionem. Nam, ut ex Aristotelis Rhetori-

corum lib. 2. colligi potest, non, ut Euripides, finxit Medeam filios necantem; sed eos in remotissimas regiones ablegantem, ne novercae insidiis contra illos mali aliquid excitaretur. Qui cum deinde nusquam conspicerentur, increbuit suspicio, Medeam illos è medio sustulisse. Cujus quidem rei cum insimularetur, purgabat sese, nequaquam esse verisimile, suos filios, qui nihil in eam patravissent, interfecisse: perjurum verò, ac insidum conjugem, à quo decepta, ac desilita fuerat, impunem, & inultum dimississe. De Medea, quae multa de se multis scribendi occasionem praebuit, scripsere Euphorion, quem citat Aristophanes Grammaticus; Melanthius, quem adducit Aristophanis Comici Scholiastes *ἐν εἰρήνῃ* Neophron Sicyonius, cujus affert versus aliquot Stobaeus in Sermone *περὶ ἀργῆς*; Eubulus, ut in lib. 7. refert Athenaeus; Cantharus Atheniensis, ut ait Suidas; Dionysius, sive Oenomaus, & Strattis Comicus. Item Sophocles, qui in fabula *Ῥιζοτόμος* inscripta Medeam inducebat maleficas herbas aeneis falcibus averfam excipientem, ne noxii, tetrique odoris vi interficeretur. Ex Latinis praeter Ennium scripsit Pacuvius, quamvis existiment aliqui, non Medeam, sed Medum fabulam dedisse, quem Medeae filium fuisse notum est. Item Attius, M. Varro, Ovidius, Seneca, & Osidius Geta, qui Medeam Tragoediam ex Virgiliâ versibus concinnavit. Nec solum Tragicis, sed etiam Epicis, ut de ea poemata conderent, ansam dedit. Nam Orphei, non illius Thracii, sed Crotoniatae Pisisstrati familiaris Argonautarum libri Medeae gestis sunt referti. Idem deinde Argonautarum, & Medeae argumentum scripserunt Epimenides Gnostus, Herodotus, Dionysius Milesius, & Cleon Curicus, à quo creditur, Apollonium Rhodium suam poemam esse mutuatum. E nostris, quod sciam, Varro, Atacinus, de quo ait Papinius lib. 2. Sil.

*Et qui per freta duxit Argonautas.*  
C. Balbus, & Valerius Flaccus.

UTI-

## EURIPIDIS.

ΤΡΟ. Εἴθ' ὠφελ' Ἀργούς μὴ διαπτᾶσθαι σκάφος  
Μήδ' ἐν νάπαισι Πηλίου πεσείν ποτε  
Τμηθεῖσα πεύκη, μήδ' ἐρεμῶσαι χέρας  
Ἀνδρῶν ἀρίστων, οἱ τὸ πάγχρυσον δέρας  
Πελία μετῆλθον· οὐ γὰρ ἀν' δέσποιν' ἐμῆ  
Μήδεια, πύργους γῆς ἔπλευσ' ἰωλκίας,  
Ἐρωτὶ θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἴδσονος.

## ENNII.

NUT. **U**TINAM ne in nemore Pelio securibus  
Caesa<sup>a</sup> cecidisset abiegna ad terram trabes.  
Neve inde navis inchoandae exordium  
Coepisset, quae nunc nominatur nomine  
Argo, qua vectei Argivei delectei virei  
Petebant illam pellem inauratam arietis  
Colchis imperio Regis Peliae per dolum.  
Nam nunquam hera errans mea domo efferret pedem  
Medea, animo aegra, amore saevo saucia.

Auctor ad  
Heren. l. 2.

a acididisset.

UTINAM NE] Auctor ad Heren. lib. 2. novem hos versus adducit, quorum octo priores refert Prisc. in l. de Versib. Comicis: primum, & secundum M. Varro l. 6. de lingua Lat. Cicero l. 1. de Invent. in Topicis, de Fato, & l. 3. de Nat. Deorum. Lactantius Statii interpres in 5. Thebaidos, Donatus in Phormione, & Priscianus l. 7. Priorem verò primi carminis partem Cicero in 1. de Finibus, & pro Caelio; Quintilianus l. 5. & B. Hieronymus in Epitaphio Marcellae. Haec igitur Nutricis verba sunt summo opere optantis, ne unquam ad Colchidos fines Argonautae appulissent. Cicero l. 1. de Invent. & de Fato, hanc narrationem, ut vitiosam, rejicit; nam alitius, quam res postulat, causam repetit. Sed Poëta diligenter ani-

lis personae *οικονομίαν* observavit: solent enim anus & senex, & aetatis vitio (nam senectus naturâ loquax est) res ab ultima origine repetere; quod aliis personis indecens prorsus fuisset: nam, quamvis multa ad unum concurrant effectum, propter quae finis fiat, non tamen omnia causae sunt. Filios quidem non necasset Medea, nisi irâ accensa, nec sanè irâ accensa fuisset, nisi aegrè tulisset, aliam eo potiri, quem ipsa concupierat; neque hac animi aegritudine laborasset, nisi amore capta; nec amore capta esset, nisi Jasonem vidisset; neque eum vidisset, nisi Colchos appulisset: quò neque appulisset, nisi Argo fuisset aedificata; quae aedificata non fuisset, nisi ex Pelio monte ligna scissa essent. Sed videamus quomodò incoepit Euripi-

des, & quomodo Ennius; ut intelligere possimus, qua ratione, aut quo consilio Ennius ordinem ab Euripide servatum perverterit. Inducit hic anum prius optantem, ne Argo navis ad Colchorum oram pervolasset per Cyaneas Symplegades, & demum addit; Nec pinus unquam caesa in monte Pelio cecidisset. Non enim navigare poterant, nisi Argo prius constructa fuisset. Quo praepostero orationis ordine voluit fortasse Euripides, perturbatam mulierculae mentem ostendere. Ennius vero, immutando Euripidis ordine, rem consideratius explicavit. Nam prius facit Nutricem optantem, ne ligna in Pelio nemore excisa fuissent, quibus Argo aedificata fuit: & tum addit, quod ea vetei fuerunt Argivei delectei virei, qui pecebant Colchis villo pellem inaurato arietis. Sed haec Enni verba, Petebant Colchis, jejuna admodum sunt. Eandem sententiam longiori dictionum apparatu expressit Euripides, qui, sumpta ab avium alis translatione, pulcherrime & navis velocitatem, & velorum alas, verbo διαπλάσαι significavit. Contra quaedam Euripides paucioribus, ac exilibus, quae Ennius pluribus, & magnificis extulit. Quae quidem, & similia animadvertere, non modo ad recte judicandos Auctores in eodem stadio certantes, verum etiam ad parandam facultatem dexterè, prudenterque interpretandi, plurimum tibi conferre existimamus. Illud verò, quod apud hos Tragicos exoptat Nutrix, ne scilicet unquam Argo ad Colchidos fines pervenisset, Apollonius Medeam ipsam exoptantem facit his verbis l. 4. Arg.

αἰθερὸς οὐρανός, Ζεῦ, διέπρωτον, πρὶν Κολχίδα γαίαν ἰδέσθαι.

314 Simile quid Catullus de Nupt. Pelei facit Ariadnam expetentem,

Juppiter omnipotens, vinam nec tempore primo

Gnosia Cecropiae tetigissent littora puppes.

& Didonem Virgilius l. 4. Aen.

Felix, haec nimum felix, si littora tantum Nunguam Dardaniae tetigissent nostra carinae.

NEMORE PELIO] Catullus de Nuptiis Pelei, Peliaco quondam prognatae vertice pinus Dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas Phasidos ad fluctus, & fines Aeëneos. Ovidius l. 2. Amor.

Peliaco pinus vertice caesa — Est autem Pelius eminentissimus Thessaliae mons, in quo primum navis constructa fuit, ut his verbis testatur Diodorus l. 4. Biblioth. καὶ πρῶτον μὲν περὶ τὸν Πήλιον ναυπηγήσασθαι τὰ σκάφος. Quamobrem Apollonius Rhodius lib. 1. Argon. Πηλίου Ἄργον appellavit; Stadius l. 5. Theb. Peliam pinum; Propertius lib. 3. Peliam trabem, & Ovidius in Epist. Peliam arborem. Tradunt aliqui, hanc navem ex arboribus Dodonaeae sylvae, quae oracula quondam reddere consueverant, fabricatam fuisse, & in dubiis eventibus clarissimis illis Graeciae Heroibus fata aliquando cecinisse. Unde Lycophron eam garrulam picam appellavit,

Εἰς τὴν λάληθρον κίσσον ἡρωστίζετο. Et Valerius Flaccus Fatidicam ratem. Seneca in Medea,

Ipsaque vocem perdidit Argo. Rursus Apollonius — ἦδ' ἐκὼς αὐτῆ Πηλίας ἰαχὴν Ἄργα ἐπισπέρχουσα νέεσθαι Ἐν γὰρ οἱ ὄρου θεῖον ἔλιπατο. τὸ ῥ' ἀνά μέσσην Στείραν Ἀθηναίη δαδωνίδος ἤρμασε φηγαῦ. Claudianus de Bello Getico,

— licet omnia Vates In majus celebrata ferant, ipsamque secandis Argois trabibus jaudent sudasse Minervam, Nec memoris tantum vinxisse carentia sensu Robora, sed caeso monitu Jovis angure luco, Arbore praesaga tabulas animasse loquaces.

CAESA CECIDISSET ABIEGNA AD TER- RAM TRABES] Euripides πένκη dixit; quem sequitur Catullus. Sed tamen id dictum est pro quavis materia ad navigiorum constructionem idonea. Poëtis enim persequens est, speciem pro specie usurpare. Orpheus in Argonauticis non modo ex piceis, sed etiam ex quercubus ait fuisse compactam, Ἄργα πένκησιν τ' ἦδ' ἐξ ἐξοσι γαμφοθεύων. Utramque verò materiem abundè Pelion suppeditare, ex illo Ovidii liquet de eo- dem monte loquentis l. 5. Fast.

Summa

Summa virent pinus, caetera quercus habet. Attamen idem Orpheus alibi fagineam dixit, quamvis φηγιώνη quernam etiam significet,

Καὶ ὁ φηγιώνη πρῶτον τεκτῆματο ἦσα. Alexander autem Cornelius ex cone arbore, robori simili, ac vilicum ferente, factam dicit; quae nec aqua, nec igni corrumpi possit. Ab abiete, ut Priscianus ait, abiegnus fit. Veteres etiam abieginas trabiculas, & abieginas scetilibus, dixerunt in lege aedificantium, quae marmori insculpta Neapoli videntur in aedibus Hadriani Gulielmi, viri totius antiquitatis apprime studiosi, meique amantissimi. Sunt tamen, qui legant trabs pro trabes, ignari Veterum consuetudinis, qui trabes, plebes, & canes, pro trabs, plebs, & canis, dicebant. Unde Varro l. 5. de Lin. Lat. & Priscianus ut confirmant, trabes in minori numero dici, hunc eundem nostri Poëtae locum asserunt. Ennius rursus l. 8.

Labitur uncta trabes remeis rostrata per altum.

Argo] Fuit haec navis Argo appellata five ab ejus Architecti nomine, ut Apollonii Scholiastae placet; vel, ut tradit Pherecydes, ab Argo Phryxi filio: five, ut Hegesippus historicus memorat, ab Argo Thessaliae urbe, in qua aedificata fuit. A qua opinione dissentit Pindarus, qui vult in Magnesia oppido factam fuisse, cui Demetrius nomen est: cum quo consentit Ovidius, qui in Epist. 12. Magnetida Argo dixit. Callimachus autem vult in iisdem finibus ad Apollinis Aetii templum aedificatam fuisse: quod Argonautae inde solvantes, in eo loco posuerunt, qui Pagasae vocatur, ab Argo navi ibi compacta. παρ' αὐτῆς enim Graecis conjungere est. Unde Pagasam puppin Ovidius Argum appellavit. Apollonii Scholiastes l. 7. ait, Magnesiae verticem Pagasam appellari ἀπὸ τοῦ ἐκὼς πεπηχθῆσαι τὴν Ἄργα. Sed Demetrius Scepsius, & Strabo lib. 9. existimant, loco ipsi hoc nomen esse impositum propter vicinos fontes, qui cum perenni aquarum ubertate irrigant, ἀπὸ τοῦ πηγῆς πεγιήσασθαι τοὺς τόπους. Diodorus autem l. 5. Bibliot. vult Argum à veloci-

tate fuisse appellatam: ad quod alludens Varro Citiremem appellavit. ἀργόν enim velocem significare, non dubium est. Etymologici Auctor tradit celerem oblivionem ἀργυρον appellari; & argutos, ut sentit Probus, dici, qui multum, ac celeriter loquuntur. Ennio verò placet ab Argivis heroibus dictam: quam nominis rationem videtur etiam sequutus Cicero, qui iisdem Ennianis verbis, sed metri lege solutus, inquit in 1. Tusculana; Etenim, si nunc assequi se aliquid putant, qui ostium Ponti viderunt, & eas angustias, per quas penetravit ea, quae est nominata Argo, quia Argivi in ea delecti viri petebant pellem inauratam arietis. Hanc autem navem primum fabricatam fuisse Pherecydes tradit. Quod etiam confirmat Catullus, cum ait, Illa rudem cursu prima imbuuit Amphiriuem. Alii verò volunt, Danaum ab Aegyptio fratre pulsum Danaidem navem primum construxisse. Hellenicus autem, & Arati interpres tradunt, non à Danao, sed Danaei precibus à Minerva aedificatam; & ab ea demum inter sydera collocatam fuisse. Charax verò Pergamenus auctor est, Jasonem non unà tantum navi, sed classe Colchos penetrasse.

ARGIVEI DELECTEI VIREI] Euripides ἐρετμῶσαι, χέρας Ἀνδρῶν ἀρίτων: quem locum Coriolanus Martiranus vertit, lecta Danaum manus. De quibus Maro Eclog. 4.

Alter erit tum Tiphys, & altera quae vebat Argo

Delectos Heroes Cum lecti juvenes, Argivae robora pubis, Auratam optanteis Colchis avertere pellem, Ansi sunt vada salsa cita decurrere puppi.

Valerius Flaccus; Omnis abis, quae jam bellis spectata; forma Turba ducum, primae seu quos in flore juventae

Tentamenta tenent — Sed hi versus scopae dissolutae sunt, si cum Catullianis comparantur. Pindarus in Pyth. Ode 4. Heroës illos ναυτῶν ἕστων appellavit: & eodem modo Theocritus Idyl. 13. divinum Heroum florem. Lucretius l. 1. de Graecis, qui ad Trojam navigarunt, Ductores Danaum delecti, prima virorum.

ILLAM

ILLAM PELLEM INAURATAM ARIETIS ] Fortasse, villo pellem inaurato arietis. Ovidius in Epist. 12.

Aureus ille aries villo spectabilis aureo. Et rursus epist. 6. Non erat hic aries villo spectabilis aureo. Item lib. 6. Met.

Vellera cum Minyis nitido radiantia villo. Observandum tamen est, quam variis modis aureum illud vellus poetae nominaverint. Euripides πάγχρυσον δέρμας, Orpheus, & Apollonius, δέρμας, & κώας χρύσειον, Pindarus Pyth. Od. 4. χρύσειον νάκος κριού; δέρμα κριού βαθύμαλλον; κώας αϊγλάεν χρύσειον θυσάνω; & δέρμα λαμπρόν; Poeta quidam apud Ciceronem in Orat. Auratus Arias Colchorum; Catullus auratam pellem. Ovidius in Epist. & Metamor. Phryxeam ovem, Phryxea vellera, Ovem fulvo vellere conspicuam, Vellera nitido villo radiantia. Valerius Flaccus l. 1, & 8. Pecoris Nephelci vellera, Phryxeam pedem, pellem rutilam, pellem villis sideris comantem, vellera radiantia. Euripidis Scholiastes refert, Simonidem in Neptuni hymno dixisse, purpureum hujusmodi vellus fuisse, από τῶν ἐν τῇ θαλάσσει πορφύρων κερχάσθαι αὐτό.

COLCHEIS ] Euripides, Κόλχων ἐς αἶαν. Herodotus in Clio, ἐς αἶαν τὰ Κολχίδα.

317 IMPERIO REGIS PELLIAE ] Expressit magis Apollonii, quam Euripidis verba: ita enim ille in principio Argonauticorum, βασιλῆος ἐφρυμοσύνη Πελλίω.

PER DOLUM ] Val. Flac. l. 1. Mox tacite patiēre doli, nec vellera curae Esse viro; sed sese odiis immani a cogi In freta

NAM NUNQUAM HERA ERRANS MEA DOMO EFFERRET PEDEM ] Αἰτιολογία. Nam non modò Medea per externas regiones non erraret, si Argo ad Colchidos fines non pervenisset, sed nec unquam è domo digressa esset. Plaut. Captivis,

Servate istum subis intus servi, ne quovisam pedem efferat.

Virgilius l. 2. Aen. Mene efferre pedem, Genitor, se posse relicto Sperasti? Sed Terentius in Andr. videtur quodam-

modò ad hunc Ennii locum respexisse, Nam pol si id scissem, nunquam huc teulifsem pedem.

Quòd verò hìc Ennius ait, Errans domo efferret pedem, Euripides, Non enim Hera mea ad turres Iolcias navigasset. Quibus verbis major à loco excitatur commiseratio, cum ostendat expressius, illam, relicta patrià, ad terras adeò alienas pervenisse.

ANIMO AEGRA ] Mirè hoc senario Medae ἐρωτομανίαν describit; in quo inest πάθος ex animi perturbatione, in quam nimio amore inciderat.

AMORE SAEVO SAUCIA ] Proxima translatio à corpore ad animum. Virgilius de eadem Eclog. 8.

Saevus amor docuit natorum sanguine matrem

Commaculare manus

Saevus amor ab utroque Poeta dictus est ab effectu, qui de puerorum necesse est subsequutus: unde Medea παιδολετρία dicta fuit. Quamvis apud utrunque saevus aliquando pro μάχη accipiatur. Ennius; Induta fuit saevà stolà. Virgilius l. 1. Aen.

Saevus ubi Aecidae telo facit Hector

Cacterum hoc in loco saevus, & pro crudeli, & pro magno sumi potest. Quam verò magnus in Medea amor fuerit, illud argumento est, quòd suis proditis, ac desertis, peregrinum hominem sequuta sit. Sed ingentem illum amorem ingens excepit indignatio, atque ira, ob violatam fidem, novamque conjugem introductam. Unde nimia denique ulciscendi cupiditas cum immanitate conjuncta exorta est. De qua Ovidius l. 2. Trist.

Tingeret ut ferrum natorum sanguine mater, Concitus à laeso fecit amore dolor.

Quibus quidem vehementibus animi affectionibus non defuit vehemens ratioecinantis animae facultas, ut ex versutis, callidisque ejus facinoribus demonstravit. Cui, ut ait Cicero l. 3. de Nat. Deor. ut scelus, sic nec ratio quidem defuit. Quare eam Euripides μεγάλος πλῆγρον appellavit, quòd juxta illius viscerum magnitudinem, eam facultatam, ac motuam vis, & magnitudo consequatur. Porro multò majori energia Noster dixit amore saevo saucia, quam

ΠΑΙ

ΠΑΙ. Παλαιὸν εἰκὼν κτῆμα δεσποίνης ἐμῆς, Τί πρὸς πύλαισι τὴν δ' ἀγούσ' ἐρημίαν, ἔστηκας, αὐτὴ θροομένη σαυτῆ κακῆ;

ΤΡΟ. Ὄθ' ἡμέρος μ' ὑπῆλθε γῆ τε κ' οὐρανῶ Λέξαι, μολούσῃ δέυρο, Μηδείας τύχας.

PAE. Antiqua, a herilis fida custos corporis, Quid sic, b extrà aedeis exanimata c eliminas?

Non. Eliminare.

NUT. Cupido cepit miseram nunc me prosequi Caelo, atque terrae d Medeai miserias.

Cic. lib. 3. Tuf.

a aedilis b ante c eliminor d herae Medaeae.

Graecus, amore percussa. Quae eloquutio cum Flacco non vehemens admodum videretur, epitheto auxit in Epodo, amore percussam gravi. Lucretius Enniana translatione l. 4.

Idque petit corpus, mens unde est saucia amore.

Et Virgilius l. 4. Aen.

At Regina gravi jam dudum saucia cura Vultus alit venis

Sed in Ennii versu frequens vocalium concursus grandiore reddidit orationem.

ANTIQUA HERILIS CUSTOS ] Postquam Nutrix de Medae infortuniis conquesta rem ferè omnem, tanquam Prologi vice fungens, explicavit; Paedagogus, cujus haec verba sunt, in scenam prodit, Nutricemque alloquitur. Quam cum animo consternatam conspiceret, ut benevolentiam captaret, antiquam, ac fidam herilem custodem appellat. Sic etiam Plautus in Añin. Di te salvassint semper

Custos herilis

Festus hos duos Ennii versus bis ex Medea Exfule adducit.

QUID SIC EXTRA AEDEIS EXANIMATA ELIMINAS ] Quintilianus de hoc verbo l. 8. c. 3. ait; Nam meminì juvenis admodum inter Pomponium, & Senecam etiam praesertionibus esse tractatum; an gradus eliminat apud Attium in Tragedia dici oportuisset.

At veteres ne expectorant quidem timerunt.

CUPIDO CEPIT MISERAM ] Haec verba Nutricis esse, non solum ex Euripidis Graeca cognosci possunt, verum etiam ex Cicerone, qui in 3. Tusculana ait; Sunt autem alii, quos in luctu cum ipsa solitudine loqui delectat, ut illa apud Ennium Nutrix; Cupido cepit miseram &c.

PROSEQUI CAELO, AC TERRAE ] Haec verba idem significare videntur, quòd, ut ipsa apud Senecam Medea loquitur, querelas verbaque in cassum ferre, & quasi apud eos conqueri, qui nihil profus audiant, sive adjumenti ferre possint. Quod frequenter amantibus contingere solet, cum de suis miseriis furdo (ut ajunt) verba faciunt. Idque declarat Plautinus ille adolescens in Mercatore,

Non ego idem facio, ut alios in Comoediis Vidi facere amatores, qui aut nocti, aut die, Aut Soli, aut Lunae, miserias narrant suas. Quas pol ego credo humanas querimonias Non tanti facere, quid velint, quid non velint.

Virgilius de Corydone Eclog. 2.

ibi haec incondita solus Montibus, & silvis studio jactabat inani. Theognetus Comicus in Phalinate quendam philosophiae operam dantem deridet 319 caelo, ac terrae loquentem, quibus nulla ejus sermonis cura esset,

Cc

Πεφ.

XOP. Ἐκλυον Φωνῶν, ἔκλυον δὲ βοᾶν.

XOP. Ἐφ' ἀλμυρὰν πόντου  
κλήϊδ' ἀπέραντον.

MH. Κορίθβιαι γυναῖκες, ἐξήλθον δόμων,  
μή μοί τι μέμψησθ', οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν  
σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο,  
τοὺς δ' ἐν θυραίοις, οἶδ' ἀφ' ἡσύχου ποδῶς  
Δύσκειαν ἐκτήσαντο, καὶ ῥαθυμίαν.

CHO. <sup>a</sup>Fluctus verborum aures aucupant.

CHO. Quà Pontus Helles ---

MED. Nam multei suam rem benè gessere, & poplicam patria procul:

Multei, qui domei aetatem <sup>a</sup>agerent, propterea sunt improbat.

<sup>a</sup> Fructus <sup>b</sup> egerunt legit Victor. & Muret.

Πεφίλοσθφηκας γῆ, καὶ οὐρανοῦ λαλῶν,  
Οἷς οὐδὲν ἐστὶν ἐπιμελὲς τῶν σῶν λόγων.  
Idem significant Graecae illae Paroemiae,  
Αἰγιαλῶ λαλεῖς, Ἀνέμου διαλέγει, Πρὸς τὸν  
τοῖχον λαλεῖς, & aliae huiusmodi. Sed  
Colchis magnum iurjurandum fuit, per  
caelum & terram iurare. Unde Medea  
apud Apollonium l. 4.

Ἴσα Κόλχαν ὄρκος ὑπέσθεις, ὅν τιν' ὀμῶσαι  
Ἀὐτῇ ἐποτρύνεις μέγας οὐρανοῦ ἢδ' ὑπέρερθε  
Γαῖα θεῶν μήτηρ

Et Hebraeis per frequens fuit caelum, & terram tanquam testes invocare.

FLUCTUS VERBORUM AURES AUCUPANT] Non dubium est, si haec verba cum Euripideis conferantur, ob duplices translationes, alteram scilicet ab undarum appulsu, alteram ab aucupibus sumptas, venustiora iudicatum iri: licet aliquibus minus illae satisfaciant, cum sanè nullam simul habeant cognationem. Postremà usus est Plautus in Stichis,

Nam quis hic est alienus nostris distis aucups auribus?

Et in Milite,

Viden' tu illam oculis venaturam facere, & aucupium auribus?

QUA PONTUS HELLES] Existimant aliqui, hunc locum cum illo Euripidis, Πόντου κλήϊδα, respondere. Appellavit Apollonius l. i. claustra Πόντου στόμα, Pindarus Pyth. Od. 4. ἀξείνου στόμα, Herodotus ζεύγος, Cicero l. i. Tusc. Ponti ostium, & Augustinus, Seneca in Medea, Pontici fauces freti; Vetus quidam Poëta Axena Ponti freta, Claudianus in Paneg. i. intacti claustra freti, appellarunt. Sed ego suspicor haec verba, quae à Cicerone referuntur, potius ad eum locum pertinere, quem tacito Auctoris nomine refert Seneca in 2. Epistol.

Imperito Argeis, regna mihi liquit Pelops,  
Quà Ponto ab Helles, atque ab Ionio mari  
Urgetur Isthmos

Atque apud Ciceronem legendum existimo, Quà Ponto ab Helles, non autem ut in vulgatis.

MULTEI SUAM REM] Angelus Politianus cap.

Non. Aucupari.

Cic. in Orat.  
Idem lib. 7.  
Ep. fam.

cap. 27. Miscell. & Petrus Victorius l. 20. Var. lect. cap. 13. hos versus ex Ennii Medea esse volunt, & ex collatione Graecorum versusum de Euripidea, quae in manibus est, esse conversos; & hoc modo, quo nos scripsimus, disposuerunt. Muretus l. 8. Var. lect. c. 17. autem praeterquam quod sic eos digesserit,

num multi suam  
Rem benè gessere, & publicam patria procul.  
Multi, domi qui aetatem egerunt, propterea  
Sunt improbat

Opinatur Ennium, aut quisquis tandem Veterum converterit (modò Euripideos istos verterit) malè eos esse interpretatum, & rationibus, quas ipse adducit, in alienissimam sententiam detorsisse. Referuntur autem hi versus à Cicerone in Epistola quadam ad Trebatium lib. 7. Epist. quà cum his verbis hortatur, ut Urbe procul malit esse; Tu modò ineptias istas, & desideria urbis, & urbanitatis depone: & quo consilio profectus es, id assiduitate, & virtute consequere. Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quàm ignoverunt Medae, quae Corinthum arcem altam habebant, matronae opulentiae optimates: quibus illa manibus gypsatis persuasit, ne sibi vitio illae vertirent, quod abesset à patria; Nam multei suam rem, &c. Quos quidem versus Paulus Manutius contra Mureti opinionem ità distinguendos putat,

Nam multi suam rem benè gessere, & publicam

Patria procul: multi, qui domi aetatem egerunt, propterea sunt improbat

Qui versus si Ennii sunt, ut Politianus, Victorius, Manutius, aliique quamplurimi viri eruditi asserunt, procul dubio eisdem Poëtae sunt etiam superiora illa verba à Cicerone aliquantum more suo immutata, qui sapientissimè ità Poëtarum versus dissolvere solet, ut eorum structura haud facillè dignoscitur. Ea autem ipsius Ciceronis verba esse, nullo pacto mihi persuadere possum. Quis enim neget, verba illa non esse planè poëtica, ac Ennianam eloquutionem redolere? Corinthum, arcem altam, matronae opulentiae optimates, manibus gypsatis. Nunquam

profecò ità Cicero loquutus esset. Caeterum si nihil tale est apud Euripidem, nec Graeci versus videntur omninò cum Latinis quadrare, minimè mirum est, quando (ut diximus) veteres Poëtae summam sibi in Graecis fabulis vertendis licentiam arrogarunt. Verum enimvero quoniam poëtica illa verba à Cicerone relata, Ennii esse non modò suspicamus, verum etiam assentimur, ne id inexplicatum omittamus, per manus gypsatisissimas, non ut plerique alii candidissimas intelligere opinor, sed artes, & veneficia Medae, quasi dicat manus medicamentis, ac venenis illitas, infestisque. Gypsum enim venenum esse satis vulgatum est, nam sumptum adeò in ventriculo lapidescit, ut corporis meatus obstruendo, necet. Sive his verbis barbaram mulierem significavit. Confueverunt enim huiusmodi mulierum genus gypso manus pingere, ut candidiores viderentur. Ad quem morem fortasse respicit illud Valerii Flacci lib. 2.

Picta manus, usque placet, sed barbara mentio.

Comprobat Rufini epigramma mulieres se gypso illinire solitas l. 7. Epigram.

Ἀντί δέ μοι παῖδων ἀδόλου χροῦς, ἤγεσθ γύψου

Χρῖσματα καὶ φύκος ἄνθος ἐπιπόδιον.  
Gypatos verò pedes venalium fervorum signum fuit, quo ab emporibus dignoscerentur. Plinius lib. 35. c. 17. de creta argentaria loquens, quae argento nitorem recedit; Est, inquit, & vilissima, qua circum praeducere ad victoriae notam, pedesque venalium trans mare advektorum denotare constituerunt majores. Tibullus l. 2. eleg. 3.

Barbara gypatos ferre catasta pedes.

Ovidius l. i. Amor. Eleg. 8.

Nec tu, si quis erit capitis mercede redemptus,  
Despice gypsati nomen inane pedis.

Ad hoc respicit illud Juvenalis Satyr. 1.

Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.

Verbis autem illis, Μή μοι μέμψησθε, Ne mihi vitio vertatis, &c. respexit Poëta ad communem omnium opinionem de mulieribus peregrinè vagantibus, quae propter instabilitatem impudicae habentur.

MH. --- ὡς τρίς ἂν παρ' ἀσπίδα  
 Στῆναι θέλωμι' ἂν μᾶλλον, ἢ τεκεῖν ἀπάξ.

KP. Ἀλλ' ἕξιθ' ὡς τάχιστα, μὴ λόγους λέγε,  
 ὡς ταύτ' ἄρηε ---

MED. Nam ter sub armeis malim vitam cernere,  
 Quàm semel modò parere ---

CR. \* Animadvertite, & dicto pare ---  
 Praeter rogatum<sup>a</sup> ne querare ---

a fi

Horatius l. 3. Car. Od. 3.

— Ilium, Ilium,  
 Fatalis, incestuque iudex,  
 Et mulier peregrina vertit  
 In pulverem —

Quamobrem in Comoediis meretrices peregrinae appellantur. Terent. in Andr.

Ἀδελφὸς ἐστὶ δαιμόνιος? ex peregrina?

Quod verò ad traductionem attinet, Latinus Poëta pro τριμῶδες, ut caetera omittamus, liberius quàm par est intelligit eos, qui rem suam, & publicam benè gesserunt. Graecus Scholiastes eam vocem τοὺς ὑπερηράτους, & ἀλάζωνας, fastosos, & superbos interpretatur; quem sequutus est Stilbius: Dorotheus verò morosos vertit, honestos Politianus. Qui ubi Euripideos hos versus ad verbum transfert, perperam Κορινθίαι γυναῖκες in recto, Corinthiae mulieres, vertit, cum vocandi casus sint, & ἕξιθον δόμων, in tertia pluralis, egressae sunt domos, cum sit prima singularis, quod verbum non ad Corinthias mulieres referendum est, sed ad Medeam ipsam, quae cum Corinthiis mulieribus, ex quibus constitutus est chorus, loquens, quarum nomine à nutrice rogata fuerat, ut foras prodiret, ait; Corinthiis mulieres, egressa sum ex aedibus &c. An verò haec Ennius, & Cicero, qui eum sequutus est, rectè de patria, & non de privatis aedibus intellexerint, in aliud tempus differemus.

SUAM REM BENE GESSERE, ET POPLI-

CAM PATRIA PROCVL] Rem benè gessisse frequentius de his dictum est, qui longè à patria aliquid aut praecelare, aut utiliter egissent. Plautus Stichus,

Cum benè re gesta saluus convertor domum.

Idem ibid.

Ut mihi volupe est Pamphilippe, quia vos in patriam domum

Rediisse video benè gesta re ambos; te, & fratrem tuum.

NAM TER ARMEIS] Eiusdem Medae verba sunt, quae cum Corinthiarum mulierum choro adhuc loquens ab incepto querelarum non desistit, sed multis nominibus miseram mulierum conditionem deplorans addit, minime verum eos dicere, qui ajunt, mulieres domi sese continentes sine ullo vitae discrimine transigere aetatem, dum viri belli pericula subirent foris: malle enim se ter in acie dimicantem stare, quàm semel parere. Refert Nonius in Cernere hunc locum ex Medea Exsule. Varro Satyra ἡέροντος διδασκάλου, Non vides apud Ennium esse scriptum?

— ter sub armeis malim vitam cernere,

Quàm semel modò parere —

Quem locum Idem repetit libro 5. de lingua Latina.

ANIMADVERTE, ET DICTO PARE] M. Cicero pro Rabirio Postumo haec verba refert, non expresso Auctore, nec fabulae nomine: quae quoniam ex Euripidis Medea conversa sunt, jure conjici possunt ex

Varr. l. 5. de lin. Lat.

Cic. pro Rabir. & l. 7. ad Att.

KP. Εἴ σ' ἢ πιούσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ,  
 καὶ παῖδας ἐντὸς τῆς δε τερμόνων χθονὸς  
 Θανῆ ---

MH. Κακῶς πέπρακται πανταχῆ ---

CR. \* Si te secundo lumine hinc offendero,  
 Moriēre ---

MED. Teneor consipta, undique venor.

Cic. ibid.

Non. Venor.

ex Ennio Ciceronem retulisse, cujus verba sunt; Nemo nostrum ignorat, etiam si experti non sumus consuetudinem regum. Regum autem sunt haec imperia, Animadvertite; & dicto pare; & Praeter rogatum si querare: & illae minae, Si te secundo lumine hinc offendero, Moriēre. Quae non ut delectemur solum, legere, & spectare debemus, sed ut cavere etiam, & effugere discamus. Sunt ea Creontis verba ad Medeam, quam celerimè jubentis, ut ex ipsius ditione excedat, neque precibus discessum differat, cum id firmiter sancitum sit. Summis tandem precibus eà conditione unius diei moram impetravit, ne posterum diei jubar ipsam, nec filios intrà regni fines aspiceret, alioquin moreretur. Hanc sententiam rursus extulit Cicero epistola hinc extremà l. 7. ad Atticum, Caesaris interdicta, Si te secundo lumine hinc offendero, respunzur. Idem ferè apud Senecam in Medea expressit Creon,

Jubete sileat, regium imperium pati

Aliquando discat —

Et illud, ut ipsa propea, capite supplicium lues,

Clarus priusquam Phoebeus attuliat diem,

Nisi cedis istimo —

ANIMADVERTE] κόλαζε.

DICTO PARE] Imperio obtempera. Virg.

l. 1. Aen. Jamque ibat dicto parens. —

PRÆTER ROGITATUM] Praeter id quod rogaris.

SI QUERARE] Si murmures. Lambinus legit, si loquare, ut magis Graecis verbis μη λόγους λέγε respondeat.

SI TE SECUNDO LUMINE] Secundà die, cras. Virg. l. 6.

— vix lumine quarto Prospexit Italiam — Idem l. 4. quantà venustate, ac majestate Ennianam extulit sententiam,

Jam mare turbati irabibus, saevaeq; videbis  
 Collucere faces, jam fervere littora flammis,  
 Si te his attigerit terris Aurora morantem.

Eodem modo Cic. pro Milone lucem pro die posuit, Centesima lux haec est ab interitu Clodii.

TENEOR CONSIPTA, UNDIQUE VENOR] Cum Medae mala undique imminerent, 323

hinc Jasonis, & pellicis odium, ulciscendique cupiditas, illinc liberorum amor, minae, & exsilium, Euripides de ea dixit, malè actum undique esse. Sed multò Noster magnificentius à feris sumptà translatione, quibus hinc canibus, illinc laqueis, & retibus circumclusis, nullum patet effugium, dixit,

Teneor consipta, undique venor.

Alludit fortasse ad proverbium, quod sic Flaccus protulit l. 2. Satyr. 2.

— hinc urget lupus, hinc canis angit.

Idem l. 2. Ser. Satyr. 3. alio sanè modo eandem expressit sententiam,

Hic fossa est ingens, hic rupes maxima —

Graeci eadem significatione dicunt, Ἐμπροσθεν κρημνός, ὀπισθεν λόφοι. Non discedit ab hoc Maronis illud, apud quem Pallas, ut suos à pugnandi necessitate hortaretur, ait l. 10.

Ecce maris magna claudit nos obice pontus,  
 Decet jam terra fugae —



ΜΗ. Νῦν ποῖ τράπωμαι; πότερα πρὸς πατρὸς δόμους,  
οὐδὲ σοὶ προδοῦσα, καὶ πάτραν, ἀφικόμεν;  
ἢ πρὸς ταλαίνας Πελοπιδας;

MED. Quò nunc me vortam, a quò iter incipiam ingredi?  
Domum paternamne? ane ad Peliae filias?

a quod

Seneca apertis verbis remisso tragico spiritu de Medea dixit,

*Expulsa, supplex, sola, deserta, undique  
Afflicta*

In vulgatis Nonii codicibus refertur hic locus ex Ennii Nemea, sed malè opinor, cum *Medea* ibi legendum sit, cum antiqui codicis fide, tum ob sensum cum Graeca Euripidis congruentem. Festus fortasse hunc locum significavit, cum dixit in *Conspectum*, Conspectum apud Ennium pro confectum reperiri. Pergens rursus Medea cum choro colloqui sui consilii aperit rationem: proptereaque se tam blandè Creontem affatam ait, ut facilius eum fallere posset, & exitium, quod illi, Jasoni, novaeque nuptiae moliebatur, ad finem perduceret. Quod quidem scelus cum secum animo volutarer, haec innominati apud Ciceronem l. 3. de Nat. Tragici verba ab ea prolata sunt; quae hoc loco maxime quadrant: loquitur autem de Creonte, à quo, ut paulò superius diximus, unius diei prorogationem supplicibus verbis obtinuit,

*Ille transversa mente mihi hodie tradidit repagula,*

*Quibus ego iram omnem recludam, atque illi perniciem dabo.*

*Mihi moerores, illi luctum, exitium illi, exsilium mihi.*

Qui versus si non sunt ex Accii Medea petiti, profectò ex hac Ennii sunt: nam non modo cum hujus Medae Exsulis hypothese congruunt, à qua longè videtur, ut ex reliquijs conjici potest, Accii fabula abesse; verum etiam horum sensus valdè cum his Euripideis consentit, quamvis diverso sanè modo explicatus sit: nec qui-

dem mirum, si pleraque suo Marte addidit Ennius, ea, quae saepe libertate usus. Ità igitur Euripidis Medea,

Πικρὸς δὲ ἐγὼ σφιν καὶ λυγρὸς θήσω γάμοις;

Πικρὸν δὲ κῆδος, καὶ φυχὰς ἐμὰς χθονός.

QUO NUNC ME VORTAM? ] Interrupta ac concisa Medae oratio magnam praefert animi perturbationem, ac consilii inopiam. Exorditur ab addubitatione, ut majorem excitaret commiserationem. Similis conqueestionis locus est apud eundem Graecum Tragicum in Hecuba, ubi Polymestor utroque oculo à Troadibus confosso, ait;

ὦ μοι ἐγὼ, πᾶ βῶ; πᾶ σῶ; πᾶ κέλω

Τετράποδος βῆσιν θηρῶν ὀρεσέρον;

Ἰθέμιμος ἐπὶ χεῖρα κατ' ἰχθύος; ποίων;

ἢ ταύτων, ἢ τάνθ' ἐξαλλάξω;

Et paulò post,

Πᾶ σῶ; πᾶ κέμψω; πᾶ βῶ;

Et, Ποῖ τράπωμαι; ποῖ πορεύθῶ;

Admetus apud eundem in Alceptide,

Ποῖ βῶ; πᾶ σῶ; τί λέγω; τί δὲ μή;

Πῶς ἂν ἀλοίμων;

Teucer apud Sophoclem in Ajace,

Ποῖ γὰρ μολεῖν μοι δυνάτων, εἰς ποίους βροτούς;

Ταῖς σοῖς ἀρήξων; ἐν πόνοισι μηδαμοῦ;

Ἡκου τελαμῶν σὲς πάτρα, ἐμὸς δ' ἄμα,

Δέξαιτ' ἂν εὐπρόσωπος, ἰλιῶς τ' ἴσως

Χωροῦντ' ἄνευ σοῦ; πῶς γέρον;

Seneca Ennii imitatione eodem dicendi genere, quod Graeci *διαλογισμὸν κατ' ὑποφωρῶν* vocant, suam Medeam facit ità secum per ironiam quasi cum altero colloquentem in Med.

*At quò remittis? Phasiam, & Colchos petam?*

*Patriamque regnum? quaeq; fraternus cruor*

Per-

ΙΑΣ. --- ὡς ἔρωσ σ' ἠνάγκασε  
Πόνων ἀφύκτων τοῦμόν ἐκσῶσαι δέμας.

JAS. \* Tu me amoris magis, quàm honoris a servavisti Idem lib. 4.  
gratia. Tusc.

a servasti

*Perfudit arva? quas peti terras jubes?*

*Quae maria monstras? Pontici fauces freti?*

*Per quas revexi nobiles regum manus,*

*Adulterum sequita per Symplegadas?*

*Parvámne Iolcon, Thessala an Tempe petam?*

*Quascunque aperui tibi vias, clausi mihi.*

*Quò me remittis? —*

Ostendit etiam Catullus de Nupt. Pelei, quantum hujusmodi percontationes ad misericordiam concitandam sint idoneae,

*Nam quò me referam? quali spe perditam nitam?*

*Idaeosne petam montes? at gurgite lato*

*Discernens patriam truculentum dividit aequor.*

*An patris auxilium sperem? quemne ipsa reliqui*

*Respersum juvenem fraternâ caede secuta?*

*Conjugis an fido consolet memet amore?*

*Quine fugit lentos incurvans gurgite remos?*

325 Non dissimilis & illa etiam Atræi conquestio apud Accium,

*Egone Argivum imperium attingam, aut Pelopis*

*Digner domo? quo me ostendam, quod templum adeam?*

*Quo more funesto colloquar? —*

Hujusmodi est illa Didonis *διακόνησις* apud Maronem,

*En quid agam? rursusne procos irrifca priores Experiar? —*

Et quae sequuntur. Nec solum Poëtae, sed etiam Oratores hujusmodi orationis genere usi sunt. Ita enim Gracchus in Oratione quadam, *Quo me miser deseram? in Capitoliumne? at fratris sanguine redundat: an domum? matremne ut miseram, lamentantemque videam, & abjectam?* Duos autem eos versus, quos modò explicamus, refert Cicero sine Auctoris indice: ipsa ta-

men oratio, & verba ex Euripide expressa faciunt, ut Ennianae Medae esse existimemus.

DOMUM PATERNAM] *Natale solum* sub ejusdem Medae persona dixit Ovidius l. 7.

*Ergo ego germanam, fratremque, patremque, Deosque,*

*Et natale solum ventis ablata relinquam?*

Valerius Flaccus *patrias domos* l. 8.

*Linquo domos patrias te propter, opesque meorum.*

Et lib. 7.

*Nempe ego si patriis timuisse excedere testis.*

AD PELIAE FILIAS] Misericordiam suam amplificat Medea, cum Jasonis causam neque ad paternam domum, neque ad mariti propinquos tutus pateat aditus. Invisa enim Peliae filiabus erat ob caedem, quam, ut à Samio Polycrate proditum est, earum patri dolo molita est: ut Jasonis propinquo rum caedem ulcisceretur, & Jasoni ipsi viam ad regnum substrueret. Persuasit enim Asteropeae, & Antinoae Peliae natabus, se suis medicamentis ipsarum patrem senio jam confectum in pristinum aeratis robur restituere posse: & quò magis ejus promissis fides adhiberetur apud Ovid. l. 7. inquit, — *qui vestras maximus aevo est*

*Dux gregis inter oves, agnus medicamine fiet.*

Caetera ex Ovidio, Apollodoro l. 1. Biblioth. aliisque quamplurimis nota sunt.

TU ME AMORIS] Exprobrante Medea Jasoni ingratitude, quò post tot, tantaque à se accepta beneficia, dimissa sit, purgat se Jasonem, potiusque ait, se à Medea amoris impatientia ex periculis fuisse ereptum, quàm honoris ergo. Sunt haec ex Euripidis Graeca conversa, sed à quo, Cicero non meminit. Inquit enim lib. 4. Tusc.

MH. οὐτ' ἐξ ἑμοῦ γὰρ παιδὰς ἕψεται ποτε  
Ζῶντας τὸ λοιπὸν ---

MH. --- δότ', ὦ τέκνα,  
Δότ' ἀσπάσασθε μητρὶ δεξιὰν χεῖρα.

XOP. Ἴὼ γὰρ τε, καὶ παμφαῆς ἀντὶς  
Ἀελίου, κατεῖδετε, εἰδετε τὰν  
Ὀλομένηαν γυναικα, πρὶν Φοινίαν  
Τέκνοις προσβαλεῖν χεῖρ' αὐτοκτόνον.

MED.\* Neque tuum unquam in gremium extollas libero- Cic. Orat.  
rum ex te genus.

MED. --- salvete optuma corpora  
Cette manus vestras, measque accipite.

Non. Cetto.

CHO. Juppiter, tuque adeo summe Sol,  
Quei res omneis inspicias,  
Queique tuo lumine  
Mare, terram, ac caelum  
a Contines, inspice hoc facinus,  
Priusquam fiat, prohibe scelus.

Prob. in  
Eclog. 6.  
Virg.

a Contueris

Tusc. Quid ait ex Tragoedia princeps ille  
Argonautarum? Tu me amoris magis, quam  
honoris, &c. Haec quidem ipse Cicero non  
vertit: sic enim illic addit, Atque ea ta-  
men apud alium Poëtam patri dicere audet,  
se conjugem habuisse, &c. Ennii igitur esse  
opinor.

NEQUE TUUM UNQUAM] Refertur simi-  
liter hic locus à Cicerone sine Auctoris  
nomine. Quoniam verò idem prorsus in  
Euripidis Medea extat, audacter Ennio ad-  
scripsimus. Euripidis autem verba sic pos-  
sunt Latine exprimi, Non enim posthac  
liberos, quos ex me habuit, viventes un-  
quam adspiciet: in quibus nihil poëticum  
inest videtur. Quanto verò praeclarior

tandem sententiam Latinus Poëta expres-  
ferit, ex collatione apparet.

SALVETE OPTUMA CORPORA] Venustius  
pignora, vel viscera. Ovidius de eadem,  
Cum dolor armavit contra sua viscera ma-  
trem.

Verba sunt Medae ad filios, quae quam-  
vis impiè in eos saevire decreverat, ni-  
hilominus maternis affectibus non omni-  
nò exuta, optat illis, quam mox adem-  
tura erat, salutem, humaniterque alloqui-  
tur. Expresfit hoc disticho Antipater Ma-  
cedo hujusmodi Medae animi aestum: qui  
optimè in illius imagine utrunque agnos-  
cens affectum, iram scilicet, & commise-  
rationem, ait,

M7.

Μηδείης τύπος οὗτος ἴδ' ὡς τὸ μὲν εἰς χόλον  
αἴρει  
"Ομια, τὸ δ' εἰς παῖδαν ἔκλασε συμπα-  
σίην.

Verbum *salvete* in Graeco non est. Laudat  
Nonius hunc locum ex Ennii Medea; quem  
ita aemulatus est Seneca in ejusdem nomi-  
nis fabula,

Hic chava proles unicum afflictae domus  
Solamen, hic vos ferre, et infusus mihi  
Conjungite artus

CETTE MANUS VESTRAS] Nonius, Cetto  
significat dicite, vel date; ab eo, quod cedo.  
Plautus Mercatore,

--- cetto dextras nunc jam

MEASQUE ACCIPITE] In Graeco haec non  
habentur, & in Latino verbum ἀσπάσα-  
σθε deficit.

JUPPITER, TUQUE ADEO SUMME SOL, QUI  
RES OMNEIS INSPICIS] Chori verba sunt,  
qui cognitis nefariis Medae consiliis vi-  
dens nihil amplius esse praefidii ad eam à  
truculenta natorum caede amovendam,  
Tragicus querimonis ad Jovem, utpotè  
Deorum summum, & ad Solem, à quo  
illa suum ducebat genus, sermonem con-  
vertit, eosque obtestatur, ut tam tetrum  
facinus à pueris nihil tale merentibus ar-  
ceat, atque avertat. Videri hic quoque  
potest Ennius Jovis & Solis unum idem  
fecisse numen aliorum Graecorum inaita-  
tione; apud quos,

Ω' Ζεῦ πάνοπτα, καὶ Ἥλιος, ὅς πάντ' ἐ-  
φοράς.

Persuasit sibi credula vetustas, Jovi omnia  
perspicua esse, nihilque eum latere, &  
omnia audire. De quo intelligens Sopho-  
cles in Antigona ait,

--- ὁ πάντ' ὄργων αἰεί.

Afferuit quoque Hesodus, Jovis oculum  
cuncta videre, atque audire,

Πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς, καὶ πάντα νοή-  
σας.

Agamemnon apud Homerum Iliad γ. Jo-  
vem & Solem tanquam unicum numen  
imploravit,

Ζεῦ πάτερ Ἰδοῦναι μεδέων, κῦδίσει, μέγιστε,  
Ἥλιός δ', ὅς παντ' ἐφοράς, καὶ παντ' ἐπα-  
κούσει.

327 Quod quidem de Jovis oculo Arati vitae

Auctor intelligendum esse ait. Apparet  
etiam Orpheus ex prisca eorum Theologia  
Jovem & Solem, idem fuisse numen ex-  
istimasse; quandoquidem ab eo Sol in ejus  
hymno appellatur ardens, impollutus, tem-  
poris praecursor, immortalis Juppiter;

Αἰθάλις, ἀμύμοντε, χρόνον πέραν, ἀθάνατε  
Ζεῦ.

In eadem opinione videtur fuisse Plato,  
qui in Phaedro ait; Magnum in caelo du-  
cem Jovem esse, qui primus incedit ala-  
tum impellens currum, omnia exornans,  
& providentiâ suâ gubernans, quem se-  
quitur Deorum Daemonumque exercitus  
per undecim partes distributus. Vestra  
autem in Deorum aede permanet sola.  
Aliorum autem Deorum, quicunque in  
XII. numero censentur, suo quisque mu-  
neri praestitit, prout illi singuli sunt con-  
stituti. Graeca divini Philosophi verba  
sunt; Οἱ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ  
Ζεὺς, πῆλὸν ἄμμα ἐλάων, πρῶτος πορεύε-  
ται διακοσμῶν πάντα, καὶ ἐστιμολούμενος,  
τῷ δ' ἕπεται στρατιὰ θεῶν τε, καὶ δαιμόνων,  
κατὰ ἐνδεκα μέρη κεκοσμημένη. μένει γὰρ  
Ἔστια ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη. Τῶν δὲ ἄλλων,  
ὅσοι ἐν τῷ τῶν δαδενκα ἀριθμῷ τεταχμένοι  
θεοὶ ἄρχοντες, ἡγούνται κατὰ τάξην, ἣν ἑ-  
καστος ἐτάχθη. Ex quibus aperte liquet,  
Platonem pro magno duce Jove Solem in-  
tellexisse; qui velocissimum agitat cur-  
rum, eumque innumerabilis sequitur stel-  
larum exercitus. Vestram denique quis ne-  
get hic terram intelligi, quae sola in mun-  
di centro suis librata ponderibus, ac quasi  
in aëre pendens, consistit immobilis? unde  
Euripides,

Καὶ γαῖα μήτερος, Ἔστιαν δέ σ' οἱ σοφοὶ  
βροτῶν καλοῦσιν, ἡμένην ἐν αἰθέρι.

Homerus Jovis appellatione Solem intel-  
lexit, cum ait in I. Iliad.

Ζεὺς γὰρ ἐπ' ἀκεαῖον μετ' ἀμύμονας Αἰθιο-  
πίας

Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα, θεοὶ δ' ἄμα πάν-  
τες ἔποντο,

Δωδεκάτη δέ ται αὖθις ἐλεύσεται οὐλύμ-  
πὸν δέ.

Hinc aliqui existimaverunt Oceani undam  
Soli quasi dapes vapores ministrare, &  
physicae rationi esse consentaneum, calo-

D d rem

rem humore nutrir. Quod verò ait, Jovem Deos omnes simul esse sequutos, sidera intelligit, quae Solem tanquam ducem sequi videntur, & eodem vapore alii creduntur. Refert Probus hunc Ennii

locum ex Medea Esfule. INSPICE HOC FACINUS PRIUSQUAM FIAT ] Attius Athamante, Priusquam infans facinus oculi vescuntur iii.

EX ALTERA MEDEA.

--- quei ipfus sibi Sapiens prodesse nequit, nequidquam sapit.

Cic. lib. 7. Epist.

Adsta, atque Athenas antiquum opulentum oppidum

Non. Contempla.

328 QUEI IPSUS SIBEI SAPIENS PRODESSE NEQUIT ] Quoniam praeclearissima haec sententia non modò in ea, quae nunc exstat Euripidis Medea integra non invenitur, sed nec vestigium quidem apparet ullum, nos non ab re ex altera ejusdem Euripidis Medea ab Ennio conversam fuisse diximus. Quòd verò ea ex Medae fabula petita sit, ex Cicrone facile cognosci potest, qui ad Trebatium ait lib. 7. Epist. Et, quando Medeam agere coepi, illud semper memento, -- qui ipse sibi sapiens, &c. Quòd Ennius ejus auctor fuerit, ex eodem Cicrone liquet, cujus haec verba sunt in 3. de Officiis; Haec est illa perniciosa, quòd alios bonos, alios sapientes existimant: ex quo Ennius, Nequidquam sapere sapientem, qui sibi ipse prodesse nequirit. In quo loco Poetae more suo verba sine carminis structura posuit. Quòd denique eam sententiam ex Euripide Ennius expresserit, quamvis liberiori licentià, ut eam grandior rem redderet: ex quo etiam totam fabulam expressisse arbitramur, Cicronis quoque testimonio l. 13. Epist. comprobatur. Ità enim ad Caesarem in Praeciliii commendationem scribit; Itaque ab Homeri magniloquentia confero me ad vera praecepta Eupipidou, Μισώ σοφιστήν, ὅς τις οὐχ αὐτῷ σοφός. Qui versus etiam inter Menandreos recensetur, & à Luciano repetitur in Apologia pro mercede conductis, & à Plutarcho in Alexandro, & in libello, qui

Εἰ καλῶς εἴρηται τὸ λάθε βιώσας, inscriptus est. Nec solùm ex hoc versu, qui ex Euripidis Medea affertur, apparet Euripidem alteram Medeam scripsisse: cum in ea, quam habemus, non extet; sed ex his etiam ex eodem Auctore, & eadem fabula à Stobaeo relatis, qui in ea, quae in manibus est, nullibi reperiuntur. Ser. 20. Μεγαλόσπικα γυγνος δυσκατάπαυστος ψυχῆ δηρθεῖσα κελόισι.

Et Ser. 76.

Τὸ θρέψαι δὲ ἐν βροτοῖσι πολλὰ κίς Πλείω πορίζει φίλτρα τοῦ φύσαι τέκνα. Non est Euripideae sententiae ab similibus locus ille Isocratis ad Nicoclem de regno, Οὐ μὲν δὲν αὐτῷ χρήσιμος, οὐδ' ἀν ἄλλον φρόνιμον ποιήσειεν. Alludit ad eandem sententiam apertius Plato in Hippia majore, Τὸν σοφὸν αὐτὸν αὐτῷ μάλιστα δεῖ σοφὸν εἶναι. Multi sanè hunc Ennii locum unico trochaico legunt,

Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequidquam sapit.

Aliqui pro nequit, non quit scribendum existimant antiqui codicis auctoritate; sicut etiam apud Lucretium l. 5.

--- sed vix adducor, ut ante

Non quiescent animo praesentire, atque videre.

ADSTA ATQ. ATHENAS ] Videntur haec alicujus digito monstrantis verba esse. Refertur prior hic versus à Nonio cum prima consequentis versus dictione ex Medea Ennii, & à Varrone similiter ex eadem fa-

fabula integer posterior; qui, quamvis apud duos auctores divulsi legerentur, nihilominus ob verbum Contempla, quod apud Nonium est alterius versus initium, facile fuit ex Varrone reliquum supplere, praesertim ità sententiã suadente. Posui hos versus in hac Medae fabula, cum alteri Euripideae nusquam quidquam respondeant. Sed fortasse melius pro Adsta, Astu legendum est; ut habetur in pervetusto Nonii codice: quam vocem cum inscii Amanuenses minimè intelligerent, mendosam reputarunt; unde pro Astu, Adsta irrepsit. Est autem Astu, ut Philochorus in l. 1. Attidos testatur, Atheniensium civitas, eo nomine κατ' ἔξοχὴν appellata. Unde Donatus enarrans illud Terentianae Eunuchi, -- an in Astu venit? In Astu, inquit, in urbem de Piraeo. Sic Atheniensis vocabant urbem Ἰασταν; unde ipsi incolae ἄστοι vocantur. Quem Terentii locum adducit etiam Asconius in 2. in Verr. ut probaret astuta ab ἄστο urbana dici. Unde hujusmodi nomen omnibus deinde civitatibus commune fuisse apparet; & Ἄστο dici παρα τὸ Ἰασταῖ. Nam, ut Eumolpus tradit, ἐπὶ μεταρῶν κένεται αἱ πόλεις. Antonius verò Goveanus existimat eo modo Athenas Astu dici, sicut urbs Roma propriè dicitur. Sed fortasse hoc loco ideò conjunctim Astu, atque Athenae nominantur, ut per haec verba totius civitatis ambitus significaretur: quae bifariam divisa erat. Nam, ut tradit Halicarnassensis in 1. Antiquitatum, Athenienses alii ὑπεράκειροι, hoc est, Montani, alii παράλοι, hoc est, Maritimi appellabantur. Ex quo conjici potest, hos alteram Urbis partem, quae Athenae dicebantur, ad Piraeum vergentem, illos verò alteram ab eminentia Ἄστο, & Arcem appellatam incoluisse. Dividit similiter Plutarchus ἐν τῷ ἐρωτικῷ Athenienses in Maritimorum, & Montanorum factiones, sed tertiam eorum addidit, qui in planis locis morabantur. Hos Suidas πεδινωτοὺς, quasi Campestres, vocat; Montanos verò διακειούς, & παράλους, ut Dionysius, Maritimos. Accius in Oenomaio, quamvis suspicer ibi non de Athenis agi;

Per Urbem, ut omnes, qui Arcem, Astumque accolumt, Civeis, omnibus fassibus augustam adhibeant Faventiam; ore obscuro dicta segregent.

ANTIQUUM OPULENTUM OPPIDUM ] De Athenarum antiquitate non pauca à Platone in Atlantico, & in Timaeo attinguntur. Josephus in 1. libro κατ' Ἀπίωνος refert, Athenienses se terrigenas esse gloriari, & inde ἀτόχθονος dici. Auctor selectarum Agriculturae praecipionum, quae Constantini Caesaris nomine circumferuntur, ait l. 9. c. 1. Terram totam per orbis initia aquis obrutam fuisse, quibus paulatim deficientibus Atticam terram primum emerfisse. Justinus ex Trogi Pompeji historiis, ubi de Atheniensium origine agit l. 2. Soli enim, inquit, praeterquam incremento, etiam origine gloriantur. Quippe non advenae, neque passim collecta populi colluvies originem urbi dedit; sed in eodem nati solo, quod incolunt: & quae illis sedes, eandem origo est. Quae sanè verba ad verbum paenè ex Isocratis Panegyrico videntur expressa. Quòd verò aliquod suarum antiquitatum signum Athenienses praeferebant, cincinnos comae, ut ait Thucydidis l. 1. aurearum cicadarum nexu redimire consueverunt. Cicadas enim ferunt, non aliunde commigrare, sed ubi nascuntur, ibi vivere: quamobrem περιγοφόροι appellati sunt. Meminit & hujus moris, & Thucydidis loci Aristophanis Scholiastes in Equitibus; ἢ τοῖς Ἀθηναίοις τὸ πάλαι τέτιξι χρευστοῖς ἀναδείξασθαι τὴν κόμην: ὡς Θουκυδίδης, οὕτω οἱ εὐγενεῖς ἐφόρου παίδες, καὶ ἄνδρες πλέκοντες τὴν κεφαλὴν. Quem morem ità Virgilius in Ceiri explicavit, Ergo omnis choro residebat cura capillo, Aurca solenni comitum quem sibiula rittu Mopsomio tereti nectebat dente cicadae. Nonnus in libro 13. Διονυσιακῶν, Χρῆστος ἀπλήκτρι κόμαις ἐσφιγγετο τέτιξι.

Quem morem deridens M. Varro Menippaeam Satyram scripsit, cui Articus Tertix nomen fecit, ut doctè conjicit Turnebus; pro quo passim in vulgatis Nonii exemplaribus in dictione Kabera perperam legebatur, sed non à vera lectione nimis

320

Contempla; & templum Cereris ad laevam adspice. Varro l. 6. de lin. Lat.

Utinam ne unquam me de cordis cupido  
Corde pedem extulisses ---

Quis tu es mulier, quei me infueto nuncupasti nomine?

Sol, quei candentem a caelo sublimat facem.

a in caelo sublimas

remotè, *Antiquoteti*, & *Antiquotetti*: & modò longè remotiùs in excusis à Plantino, *Idem Attii quod Titii*. Caeterùm super hujusmodi generis antiquitate non parva inter Athenienses, & Arcades fuit contentio. Jactabant enim se hi ante Lunam fuisse genitos, unde *περοτέληροι* appellari voluerunt.

TEMPLUM CERERIS AD LAEVAM ADSPICE ] Templum Cereris, & Proserpinae, ut in Atticis tradit Pausanias, Athenis constructa erant suprâ fontem, qui Ennea crunos vocabatur, quoniam aquam per novem salientes effunderet. Suidas verò ait, hunc fontem, quem Thucydides à numero novenario Enneacruron dixit, Dodacruron à 12. siphonibus appellari; & olim Callirrhoen esse dictum.

UTINAM NE UNQUAM ] Optat Medea, ne eam unquam Jason ex suo amovisset animo. Quibus verbis benevoli quasi adhuc animi ostendit affectum.

ME DE CORDIS CUPIDO CORDE PEDEM EXTULISSES ] Ex animi penetrabilibus. Respexit fortasse ad illud Homeri τὸ τῆς ψυχῆς κέαρ. Sed Lipsii lectio l. 4. Epist. quae magis placet,

Utinam ne unquam Medea Colchis cupido  
Corde pedem extulisses ---

Satis quidem improprè de corde pedem efferre dictum esset. Lucretius Ennii adjectum ita expressit l. 4.

Quod cupido affixum cordi vivecit, ut ignis.

QUIS TU ES MULIER ] Varro, l. 5. de ling. Lat. ubi de significatione verbi *Nuncupare* agit, non expressio Auctoris nomine, inquit; *Item in Medea, Quis tu es mulier?*

&c. Ex quo loco certum fabulae indicem habemus. Auctorem verò ex Diomede apertè cognovimus. Ità enim l. 2. ubi de Soloecismo loquitur, ait; *secundus modus fit per immutationem generis pronominum, ut Quis mulier, cum debeat dici, Quae mulier, ut apud Ennium,*

Quis tu es mulier, quae me infueto nuncupasti nomine?

pro quae foeminino masculinum quis posuit. Ex quibus locis manifestè & Auctor, & fabulae nomen liquet. Scaliger Nonii auctoritatem sequutus in dictione *Quisquis*, Pacuvii hunc versum esse dicit, & hoc modo cum aliis ex Medo Pacuvii connectit,

MEDEA. *Atque eccum ipsum in tempore  
Ostentum senem. Tuo orno te senex?  
proh Juppiter.*

SENEA. *Quis tu es mulier, quae me infueto  
nuncupasti nomine? &c.*

SOL QUI CANDENTEM ] Colchis praecipuè mos fuit, ut Apollonii Scholiastes l. 4. innuit, Solem ac Jovem in accepta injuria invocare, tanquam eorum, quae gesta sunt, arbitri & spectatores.

IN CAELO SUBLIMAT FACEM ] Eorum sequitur opinionem, qui Solem ignem esse voluerunt. In qua sententia Euripides videtur fuisse, qui in Phoenissis ait,  
Ἥλιος θεοῖς ἰπποσίειν εἰδίσσαν φλόγα.

Et in Phaeäthonte,  
Θερμὴ δὲ ἀνακτος φλόξ ὑπερτελοῦσα γῆς.

Ennius alibi,  
--- interea fax Occidit ---  
Hinc Maro l. 4. Aen.

Sol, qui terrarum flammis opera omnia lubricas.

EX

## EX IPHIGENIA.

334 **D**UAS, ut jam diximus, Euripides Iphigeniae fabulas conscripsit; alteram, quae in Aulide, alteram, quae in Tauris cognominatur. Priorem verò Poëta noster Latinam fecit, sed ea, quae solitus est licentiâ, & libertate. Servile enim admodum esse putaverat in vertendis fabulis se ipsum semper inter angustos interpretis limites coercere, ac aliena persequi vestigia. Quod quidem in hac praecipuè fecisse apparet; in qua aliqua transferendo omisit, quaedam commutavit, & quaedam prorsus suo ingenio addidit. Nam quae hic praeter alia praecipuè à Choro dicuntur, nusquam in alterutra Euripidea sunt. Ea

verò, quae cum Latinis aliqua ex parte conveniunt, adscripsimus. Fabulae verò argumentum nihil est, quod conscribamus, cum ex illa Euripidis peti possit, tum etiam ex Hygino, & uberius ex libro 1. Dictys Cretensis. De Iphigeniae immolatione multi quidem, & praecipuè Merillus in 1. Boeoticorum tradiderunt, cervam pro Iphigenia immolatam fuisse: alii verò eam in cervam mutatam fuisse, alii in anum, Nicander in Taurum, Phanodemus historicus in Ursam. Dedit etiam Naevius hujus nominis fabulam, cujus unicum apud Nonium superest fragmentum.

## EURIPIDIS.

ΑΓΑ. **Τ**ίς ποτ' ἄρ' ἀστὴρ ὁ δε πορθμεύει;  
ΠΡΕ. **Τ**σειρίος, ἔγγυς τῆς ἑπταπόρου.  
Πλειάδος ἀίσσων, ἔτι μεσσῆρης.

## ENNII.

ΑΓΑ. **Q**UID nocti' videtur? SEN. In altifono  
Caeli clupei temo superat  
Stellas, cogens sublime etiam  
Atque etiam noctis itiner.

Var. l. 6. de  
lin. Lat.

**QUID NOCTI' VIDETUR?** ] Euripides in ipso fabulae ingressu Agamemnonem noctu inducit senem consulentem: quod sanè est totius fabulae παρασκευή. Refert hunc locum Varro nulla factâ Auctoris mentione hoc modo; *Quid noctis videtur? in altissimo caeli clypeo temo superat stellas, sublime cogens etiam, atque etiam noctis iter.* Quae verba Scaliger cum Euripideis comparans, Enniana esse animadvertit, & anapæsticam hanc coronidem, ut scripsimus, distinxit, & emendavit.

IN ALTISONO ] Varronis exemplaria ha-

bent *In altissimo*: quem locum Scaliger ex eodemmet Varrone correxit, qui lib. 4. ad Cicronem ait; *Et Agamemnon, In altifono caeli clypeo.* In quo loco *μνημονικῶ ἀμαρτήματι* lapsus est Varro, cum id non ab Agamemnone dictum sit, sed à Senae Agamemnoni respondente.

**CAELI CLUPEO** ] Translatio sumpta à clypei cavo, quam multis modis Ennius enunciavit: modò enim *Ingeniteis caelei fornices, caelei palatum, caviam caelei cortinam* dixit: modò *cava caerulea*, & *recta bipatentia*. In qua significatione alii Vete-

ΑΓΑ. Ἄλλ' ἰθ' ἐρέσσω σὸν πόδα, γῆρα  
Μηδ' ἐν ὑπέικων.

AGA. Procede; gradum proferre pedum  
Nitere. cessas?

Menelaus me objurgat: id meis rebus regimen restat.

\* Ego projector, quod tu peccas:  
Tu delinquis, ego arguor pro malefactoris:  
Helena redeat, virgo pereat innocens:  
Tua reconcilietur uxor, mea necetur filia.

res dixerunt Caeli concava, caeruleam concham, aurea caeli testia, caeli cavernas, aethérias cavernas, & similia.

TEMO SUPERAT STELLAS] Septem stellas ad Arcticum polum notat, quibus plautum, quod à Boete agitur, figurari dicitur. Homerus ἄμαζον appellavit. Statius lib. 1. Theb. — & jam temone sapino

Languet Hyperboreae glacialis portitor Ursa. Hic autem, ut Varro tradit lib. 6. de ling. Lat. Poeta noster à temonis motu multam noctem ostendere voluit. Unde patet pificis illis temporibus Veteres noctis partes ex apparentibus signis notare solitos. Manilius lib. 1.

Temporaeque obscurae noctis deprendere signis Jam poterant, caelumque suas distinxerat horas. Hujusmodi autem noctis excubias primus Palamedes fertur in obsidione Trojana observasse. Festus dictione Septentriones videtur hunc Ennii locum referre, sed quidem luxatum.

COGENS SUBLIME] Turnebo videtur, in Var. ut versus constat, scribendum esse sublimis agens.

NOCTIS ITINER] Virgilius l. 10. — Jam quaeris sidera opacae Noctis iter. Val. Flac. l. 7.

Noxae suum peragebat iter — PROCEDE; GRADUM PROFERRE PEDUM NITERE. CESSAS?] Pedum Festus ait incisivum esse baculum, quo pastores utun-

tur ad comprehendendas oves, aut capras, à pedibus: carpitque Verrium, qui putaverit Pedum jaculum significare, cum Ennii verborum ordo sit talis, & per eum aperta significatio, Gradum proferre pedum cessas? nitere. Agamemnon, mutato consilio de immolanda filia, seni jubet his verbis, ut ad Argos quam celerrimè redeat, ac Clytemnestras renunciet, ne amplius cum Iphigenia in Aulidem veniat: quandoquidem nuptiae in aliud tempus magis idoneum dilatae sunt.

MENELAUS ME OBJURGAT] Julius Rufinianus in libello de Figuris refert hunc ex Ennii Iphigenia locum: qui quamvis in Graeca Euripidea non sit hoc modo expressus, nihilominus facile colligi potest, haec verba ab Agamemnone prolata fuisse: qui cum senem, ut diximus, ad Clytemnestram misisset, jubens ei, ne cum filia in Aulidem se conferret, Menelaus suspicans, ne Agamemnon poenitentia ductus, nolle, sicut pollicitus erat, filiam in vitam offerre, senem comprehendit, vi literas extorquet: quod cum Agamemnon rescivisset, maxima inter fratres contentio orta est. Cumque Menelaus Agamemnoni inconstantiam, mutatosque mores ob imperii honores exprobraret, haec facit Ennius Agamemnonem Menelao respondentem.

EGO PROJECTOR] Idem Rufinianus, ut Syn-

ΑΓΑ. Ἡ δυσγένεια δ' ὡς ἔχει τι χρήσιμον;  
Καὶ γὰρ δακρῦσαι ραδίως αὐτοῖς ἔχει,  
Ἄνολθατ' εἰπεῖν. τῷ δὲ γενναίῳ Φύσιν,  
Ἄπαντ' αὐτὰ. προστάτην γε τοῦ βίου  
Τὸν δῆμον ἔχομεν, τῷ δ' ὄχλῳ δουλεύομεν.

AGA. Plebs in hoc Regi antestat loco: licet  
Lacrumare plebei, regi honestè non licet.

D. Hier. in Epith. Neopotiani.

Syncreticos figurae exemplum proferret, totum hunc locum prodit suppresso Auctoris nomine. Sed quoniam paulò superius expressè ex Enniana Iphigenia versum adduxit, & hic locus cum eadem fabula profus convenire videtur; suspicatus sum, nec quidem ineptè, ejusdem Auctoris esse. Nam cum Menelaus multis verbis, atque rationibus urgeret, ut Agamemnon pro universa Graecorum salute, Iphigeniam Dianae immolaret, hoc modo eum se expurgantem inducit. Quorum quidem verborum sententia in Euripidis fabula, licet verbis longè diversis, integra ferè extat. Quae cum non omninò Graecis respondeat, idè minime è regione collocaimus.

Ità igitur Agamemnon apud Euripidem, Τίς ἀδικεῖ σε; τοῦ κέρρησαι; λέντρ' ἐρεῖς χρησά λαβεῖν; Οὐκ ἔχοιμ' ἄν σοι παρασχέιν, ἄν γὰρ ἐκτήσω κακῶς Ἥρξης, εἴπ' ἐγὼ δίκην δάσω κακῶν, ὁ μὴ σφραλεῖς; Ἡ δ' ἀκνεί σε τὸ φιλότιμον τοῦμόνος; ἀλλ' ἐν ἀγκάλαις Εὐπρεπῆ γυναῖκα κρήζεις, τὸ λολοισμένον παρῆεις, Καὶ τὸ καλὸν, ἔχει; —

PLEBS IN HOC REGI] Cum Clytemnestra invito Agamemnone in Aulidem unà cum filia, universo adstante Graecorum exercitu, pervenisset, Rex nimio dolore affectus, quoniam ea, quae animo voluntabat, consilia fracta jam esse cognoverat, pejorem inquit Regis esse conditionem, quam plebis: quem in moerore, luctuque doloris acerbiter lacrymis mollire non

debet. Cum enim lacrymae perfracti, consternatique animi signa sint, indecorum Regi prorsus esse videtur, se Regem esse oblivisci: quamvis sapientissimus Imperator Antoninus Pius dicere solitus esset, Nec Philosophiam, nec Imperium animi affectiones tollere. Hinc Ulyssis animi fortitudo extollitur, qui cum plurimum uxorem diligeret, eamque sui ipsius causà plorantem conspiceret, non modò se à lacrymis cohibuit, verum etiam, ut ait Homerus Ὀδυσ. τ. illius oculi haud secus constiterunt, ac cornei, aut ferrei fuissent, Ὀφθαλμοὶ δ' ὡσεὶ κέρα ἔσαν, ἧς σίδηρος. Ovidius l. 13. de Polyxena, quae dum manducanda esset, Regii non immemor decoris à lacrymis se temperabat,

— at populus lacrymas, quas illa tenebat, Non tenet —

Idem de Romulo l. 4. Fast.

Haec ubi Rex didicit, lacrymas introrsus obortas

Devo at, & clausum pectore vulnus habet.

Flere palam non vult, exemplaue fortia servat.

Refert ex Ennio D. Hieronymus hos versiculos loco non indicato; sed ex Graecae Euripidis collatione clarè liquet, ex hac fabula esse petitos. Plebes autem, non Plebs antiquo more legendum est, sicut trabs pro trabs, ut in Medea docuimus. Lucilius lib. 4. Satyr.

Deficit alma Ceres, nec plebes pane potitur.

ANTESTAT] Praecellit. Sed melius antestat, ut nobiles antiqui Scriptores loquuti sunt. Catullus ad Veranium, ut in manuscripto,

Anti-

IPH. *ἄνοῦσα δ' οὐκ ἀναίνομαι.*

IPH. Acheruntem obibo, ubi mortis thesauri objacent. Festus Ob.

CHO. Otio qui nescit uti, plus negotii habet, Agel. l. 19. cap. 10.

Quam cum est a negotium in negotio: Nam quoi, b quod agat, c institutum est, in illo negotio

Id agit: studet ibei, mentem, atque animum delectat suum.

Otioso in otio animus nescit, d quid sibi velit.

a negotii b quid c institutum est, nullo negotio d quid velit

Antisthas mihi millibus trecentis. Quadrigarius l. 1. Annal. Simulque virtute caeteris antistabant. Symmachus in Epist. Quippe facundia ita antisthas, ut sit formido rescribere. Crispinus in Heraclia, Divinis virtutibus antisthas Alcides. Lucretius l. 5.

Herculis antisthas autem si facta puibus. ACHERUNTEM OBIBO ] Iphigeniae verba mortem pro totius Graeciae salute non recusantis. Quam vero noster magis poetice, quantoque plenius hanc sententiam expresserit, collatis utriusque versibus facile judicari potest.

OTIO QUI NESCIIT UTI, ] Chorus, cuius, ut ex Agellio accepimus, haec oratio est, non de mulieribus Chalcidensibus, ut ab Euripide constitutus est, sed de Graecis militibus esse videtur: quod satis verba illa indicant,

neque domi nunc nos, nec militiae sumus. Nam cum tanta maris malacia, ac tranquillitas, dum in Aulide Graecorum exercitus moraretur, subsequuta esset, ut nec levi quidem flante aura inde solvere possent, milites tandiu seipfos otio, desidiaque torpescere conquerentes, gravissimis his versibus ostendunt, otium ipso negotio longe esse molestius. Eodem modo apud Euripidem conqueritur Achilles;

Ἦν γὰρ λιπὼν φάροισιν, ἠδὲ Πηλεΐα, Μένω πρὶ λεπταῖς ταῖς δὲ γ' Ἐβρίπου πνεαῖς, Μυρμιδόνας ἴσχαν, οἱ μ' αἰεὶ προσκείμενοι Δέγουσ', Ἀχιλλεύ, τί μένομεν ποῖον χροῖον

Ἐπ' ἐμμετρήσαι χροὴ πρὸς Ἴλιον εὐλον; Δρῶν', εἴ τι δρῶσεις, ἢ παγ' οἰαδὲ στρατὸν, Τὰ τῶν Ἀτρεΐδων μὴ μένων μελλήματα.

PLUS NEGOTII HABET ] Ludit in vocum similitudine. Negotium autem Grammatici dictum volunt quasi negans otium. Extat Graecorum adagium Πράγματ' ἐξ ἀπραξίας; quod festivius Latine sonat, Ex otio negotium. Non enim dubium est ex otio perniciosa plerumque negotia oriri, ut turbas, seditiones, bella, & hujusmodi. Nam ut ait Catullus,

Otium & Reges prius, & beatas Perdidit urbes.

Quod videtur quasi de Romana repub. vaticinatus, cui, nisi ab externis hostibus ferari licuisset, nunquam Romani in seipfos convertissent arma: de quibus olim dictum est, Melius ipsis negotium, quam otium committi. Quoniam vero facile per otium ad plurima delabimur vitia, prudenter Cato in 1. Originum admonuit, Non minus otii, quam negotii rationem esse reddendam.

QUAM CUM EST NEGOTIUM IN NEGOTIO ] Sunt qui malint legere, Quam qui est negotioso in negotio. Infrà enim est otioso in otio.

MENTEM ATQ. ANIMUM DELECTAT SUUM ] Quam quisque ad rem animum appulerit, in ea oblectatur, nec ullo dereretur labore, ut ab incepto opere mentem avertat.

OTIOSO IN OTIO ] Ita habet vetus contextus

Hoc a idem est, neque domi nunc nos, nec militiae fumus:

Imus huc, hinc illuc: cum illuc ventum est, ire illinc lubet.

Incertè errat animus: praeter propter vitam vivitur.

a enim

dex, & Lipsius l. 5. Antiq. lect. cap. 4. legit. Vulgati verò, otioso initio.

IMUS HUC, HINC ILLUC ] Mirificus versus, quo animi inconstantia, & affectus egregie exprimitur.

CUM ILLUC VENTUM EST, IRE ILLINC LUBET. ] Lucretius l. 3.

Exit saepe foras magnis ex aedibus ille, Esse domi quem perhaesum est, subitoque revertit:

Quippe foris nihilo melius qui sentiat esse. Currit agens mannos ad villam praecipitator,

Auxilium rectis quasi ferre ardentibus infians:

Osceat extemplo, tetigit cum limina villae; Aut abit in formum graavis, atque oblitvia quaerit;

Aut etiam propeans urbem petiit, atq; revisit. Non dissimilis est illa Plautini Charini in Mercatore animi inconstantia,

Summe ego homo miser, qui nusquam bene queo quiescere?

Si domi sum, foris est animus: si foris sum, animus domi est.

INCERTE ERRAT ANIMUS ] Nescio an hic locus sit, an alius, quem ita ex Ennio adducit Cicero l. 3. Tusc. At & morbi perniciosiores, pluresque sunt animi, quam corporis: hi enim ipsi odiosi sunt, quod ad animum pertinent, eumque sollicitant; animusque aeger, ut ait Ennius, semper errat; neque pati, neque perpeti potest, cupere nunquam desinit. Accedit ad Ennianam sententiam illud Maronis l. 4, & 8.

animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,

In partisque rapis varias

Item l. 4. sed pressius,

— & partem animum versabat in omnibus.

Terentius in Andr.

Dum in dubio est, animus paulo momento huc illuc impellitur.

Lactantius,

Ubi animus in multa dispersus est, huc, atque illuc divagatur.

PRAETER PROPTER VITAM VIVITUR ]

Qui enim mentis otio, ac tranquillitate uti sciunt, intimam animi jucunditate perfruuntur. Qui vero eo uti nesciunt, animo languent, cum nulla in re, qua delectari possit, sit intentus. Secus autem evenit corpori: quod minimè ignavia, desidiaque languescit, cum modò huc, modò illuc palans, absque ulla animi delectatione se ipsum decipiens, tempus conterit; & hoc modo praeter propter vitam vivere intelligitur: hoc est, non causa vitae vitalis, ut Ennius alibi dixit, sed secus quam vitae ratio postulat: quasi dicat praeter scilicet rationem vivimus, propter, hoc est, vitae causa. Est hujusmodi dictio ex duabus praepositionibus composita, qua M. 339 Cato, M. Varro, alique superioris saeculi Auctores usi sunt. Caesius Bassus praeter propter, ultra modum interpretatur. Turnebus l. 14. Adversar. c. 18. explicans quid sit praeter propter vitam vivere, ait; Nimirum est non solum infervere vitae, sed multa conquirere, quae non desiderat vita, sed supervacanea sunt, & voluptuaria, minimèque necessaria: quibus tamen occupati, impeditique tenemur, cum eis plus temporis, & studii, quam rebus seriis, & necessariis plerumque impendamus.

EX ACHILLE.

**P**raeclaræ Achillis res gestæ magno Homeri præconio decantatæ tam graves sunt, tamque Tragico cothurno dignæ, ut Iliadis opus, in quo magni ejus viri Græcorum fortissimi facta præcipuè celebrantur, existiment eruditi, non modò quasi Tragoediarum seminarium esse, cum inde veluti ex perpetuo quodam aquarum defluxu omnes ferè Tragoediæ initium habuerint; sed verè esse Tragoediæ, sicut Ulyssæam aliqui Comœdiæ esse judicarunt. Id autem an verum sit, in præsens tempus omittimus: illud tamen non est prætereundum, Homeri Iliadem ob nimium effusum cruorem, caedesque innumerabiles, Antiquos rubris vestibus repræsentare consuevisse; Ulyssæam verò caeruleis ob maritimos Ulyssis errores. Dedit primus Aristarchus Tegeates Achillis Tragoediæ, quæ jam temporum injuriâ funditus intercidit. De qua Plautus in Pœnuli prologo,

Achillem Aristarchi mihi commentari lubet:  
Inde mihi principium capiam ex Tragoedia.

Sileteque et tacete, atque animum advertite.

Quem versum, si pace eorum liceret, qui Plautum Ennio ætate antecessisse volunt, assererem Enniæ Tragoediæ esse initium. Cujus quidem pauca hæc admodum reliqua sunt. Quorum aliqua ita à Grammaticis absolutè referuntur, *Ennius in Achille Aristarchi*. Dedit e ejusdem nominis fabulam Carcinus, Dionysius, sive Oenomaus, Iophon Sophoclis germanus, Clcophon, Philataerus. Ex Latinis Livius, Attius, Augustus. Ex hoc nihil superest, ex duobus illis minuta quaedam frustula. Pro-

priam autem hujus fabulæ hypothesin difficile quidem est ex tam fractis, concisis, que reliquis investigare. Quapropter nihil de argumento laborantes, ad reliqua progrediemur; & primum quæ de Achillis nomine prodita sunt, explicabimus. Tradit Auctor ille, qui Græcarum vocum rationes perscrutatur, Achillem esse appellatum παρά τὸ ἄχος λύειν, hoc est à dolore tollendo. Medicinæ enim, quam à Chirone didicerat, non ignarum fuisse, pròditum est; vel διὰ τὸ ἄχος, id est ob dolorem, tristitiamve, quæ matrem & mulieres Ilienses afficiebat; vel διὰ τὰ χεῖλα μαστῆς οὐ προσήνεγκε, quòd scilicet nunquam suis labris ubera attigerit. Prorus enim nihil lactis exsuxit, sed cervorum, aprorum, urforumque medullis, & leonum visceribus à Chirone altus fuit. Euphorion autem testatur his versibus eum Myrmidones Achillem appellasse, quòd labra mammis minimè admovisset,

Ἐς Φθίην χιλοῖο κατ' ἱε πᾶμπαν ἄπαστος,  
Τὸνεκα Μυρμιδῶνες μιν Ἀχιλῆα φημίζοντο.

Aliam verò nominis rationem affert Agamestor Pharfalius in Thetidis Epithalamio, qui Achillem ait primum Pύρσιον quasi ignitum fuisse appellatum; deinde verò à labro Achillem. Nam cum Thetis eum attendenti igne purgaret, ut quicquid in eo paternæ mortalitatis reliquum erat, absumeretur, alterum eis labellum exultum est;

Παιδὶ δ' ἄνομα θῆκε Πυρίσσιον, ἄλλ' Ἀχιλῆα

Πηλεὺς κίχλησε χεῖλεος εἰνεκά μιν.  
Κείμενον εἰς κόνοι σποδιῇ ἐπὶ πῦρ ἀπάμερσε.

Χεῖλεος αἰθρομένου ἀπραφάτως ἑτέρου.

**I**TA mortales inter se pugnant, præliant.

Non. Præliant.

Prolato aere adstitit.

Fest. Prolato.

**I**TA MORTALES INTER SE PUGNANT, PRÆLIANT] Nonius refert hunc Ennii locum ex Achille Aristarchi, ut ostenderet,

Veteres præliant dixisse pro præliantur.

PROLATO AERE ADSTITIT] Producentur hæc verba à Festo ex eodem Auctore, &

Serva ceiveis, defende hosteis, cum potes defendere.

Non. Defendere.

Quò nunc incerta re, atque inorata gradum Regredere conare? ---

Idem Regredere.

--- nam consiliis obvarant, quibus Tamen concedit hic ordo ---

Idem Obvarare.

Nubes<sup>a</sup> per ego Deum subjices humidas,  
<sup>b</sup> Unde oritur imber<sup>c</sup> sonitus<sup>d</sup> aërio spiritu.

Idem Subjices. Fest. Subice. Agel. l. 4. c. 17.

\* Ea Thetis illi mater ---

Var. l. 6. de ling. Lat.

a ergo b Inde c sonitu d saevo

& fabula; eaque significare ait, *clypeo ante se protento.*

SERVA CEIVEIS] Refert Nonius hunc locum, & tres alios sequentes ex Ennii Achille absque Aristarchi additione. Sunt hæc fortasse Chori Trojanarum mulierum verba, Priamum rogantium, ut Polyxenam filiam Achilli in matrimonium daret, quo factò tum cives, tum hostes, qui mox obsidionem solvissent, conservasset. An verò defende hic idem est, quòd arce, repelle? Q. Claudigarius,

Defendebat hosteis à pinnis facillimè.

Virgilius Eclog. 7.

Solstitium pecori defendite, jam venit aestas  
Torrída ---

Ad quem locum respexit Horatius lib. 1. Car. Od. 17. --- et igneam

Defendit aëstatem capellis

Uisque meis, pluviosque ventos.

QUO NUNC INCERTA RE] Mellius, *infestà re*. Fortasse hic tale quid Achilles loquebatur, quale Ulysses apud Homerum Iliad. β. Turpe esse diu mansisse, & reinfestà reverti;

Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενόν τε νέσθαι.  
Simile est illud Diomedis in Euripidis Rhefo,

Αἰσχρόν γε μέν τοι νῆες ἐπ' Ἀργείων μολεῖν,  
Δράσαντε μηδὲν πολεμίου νεώτερον.

ATQ; INORATA] Cic. pro Rosc. Amer.

loquens de legatis ad Syllam missis, nec ab eo auditis; *Ameriam*, inquit, *re inorata reverterunt.*

GRADUM REGREDERE] Nonius *revocare* exponit.

NAM CONSILIIS OBVARANT,] Idem Grammaticus à variis deducit hoc verbum, quòd *pervertere, depravare*, significat.

NUBES PER EGO] Festus ex Achille Ennii profert hunc locum, & subjices pro subjectis ait positum. Nonius verò ait hic novè subjices positum esse, non à subjiciendo, sed altitudine; refertque eadem verba, sed diverso sanè modò,

Per ego Deum sublimes subjices humidas,  
Unde oritur imber ---

Agellius his verbis eundem refert locum lib. 4. c. 17. *Congruens igitur est, ut subjices etiam, quòd perinde ut obices compositum est, u litera brevi dici oporteat. Ennius in Tragoedia, quæ Achilles inscribitur, subjices pro aëre alto ponit, qui caelo subjectus est, in his versibus,*

Ergo Deum sublimes subjices, humidus  
Unde oritur imber sonitu saevo, et strepitu.

AERIO SPIRITU] Lucretius l. 4. aërias auras dixit.

EA THETIS ILLI MATER] Varronis locus l. 6. de l. l. ubi hæc absque operis indice refertur, ita se habet; *Dicitur à lympha Nympha, ut apud Græcos Thetis. Apud Ennium;*

E c 2 Ea

Ea Theis illi mater. Quoniam verò nemo ambigeret, Thetim Achillis matrem fuisse, visum est hoc fragmentum huic fabulae congruere: & si his verbis, Ea Theis illi mater, suppleatur, narrabat, vel vaticinabatur; conjicere inde licebit, Thetidos verba praeceffisse, quibus fortasse filio praedixerat, si ad Trojanam expeditionem proficisceretur, maturum illi, sed gloriosum

impendere exitum. Sin verò ad patriam reverteretur, diu, sed inglorium esse victurum. Caeterum, si antiquum scribendi morem observare voluerimus, pro Theis, Thetis reponendum est. Ait enim M. Varro lib. extremo de Rust. de gallinis loquens; Nec continuo his, quas Melicas appellant falso: quòd Antiqui ut Thetim Thetim dicebant, sic Medicam Melicam vocabant.

EX AJACE.

Sophocles, ut aliàs retulimus, duos scripsit Ajaces, Flagelliferum, & Loctensem: priorem vertisse Ennium, ex uno tantum fragmento conjicimus: quod cum Sophoclis loco, ubi de Ajacis morte agit, maximè convenit; quem, quia unicus est, minimè visum est è regione constituere, sed inter explicandum conferemus. Hujus igitur Tragoediae hoc est argumentum. Achille mortuo certamen exortum est inter Ajacem, & Ulysssem de illius armis; & exercitus suffragiis Ulysses causam obtinuit: Ajax verò repulsam tam iniquo tulit animo, ut furorè quidem corripetur, rueretque in greges, putans eo sanè modo Graccos ipsos confodere, ac trucidare. Tum magnà perpetrata strage, oves multas vivas ad tentorium duxit; inter quas arietem corpore majorem Ulysssem ratus, vinxit, flagrisque coepit caedere: unde nomen fabulae datum. Cum autem postea respuisset, prae pudore insaniae simulans, iras se jam depoluisse, suo ipsius gladio incubuit. Cujus necem Dicacarchus literis prodidit. De Ajace furente est illud Varonis in Eudæmonibus, Maximum caedit ferro; sed caedere Ulyssera, Cum bacca silvam caedit, porcosque trucidat. Itemque illud Horatii l. 2. Satyr. 3. Mille ovium insanus letho delit, milvum Ulyssum,

Et Menelaum una tecum se occidere clamans.

Et Juvenalis,

Hic bove percusso mugire Agamemnona credit,

Aut Ithacum —

Præcedebat autem fortasse hanc alia Ennii Tragoedia inscripta, Armorum iudicium, qua comprehendebatur contentio de Achillis armis, & utriusque causae dictio, & à militibus lata suffragia. Sic enim conjicio ex Festi fragmentis, qui in dictione scrupit, Ennius inquit, in Ar. .... Aeschylus Graecè scripsit Ajacem Loctensem. Latine Andronicus, & Varro Ajacem sine cognomine. Armorum iudicium item Aeschylus ex Graccis; ex Latinis autem Attius, Pacuvius, Varro. Mirum sanè illud est, quod in Atticis refert Pausanias ex Aeolensium sermone, qui Ilium post ejus everisionem tenuerunt, hujusmodi scilicet arma, de quibus certamen fuerat, post Ulyssis naufragia ad Ajacis sepulchrum tempestate delata fuisse. Ea enim, quae jure vivas habere non potuit, fortuito mortuus adeptus est. De qua re perlepidum extat epigramma incerti Auctoris;

Ἀσπίδι Ἀχιλλῆος τῆν Ἐκτορος αἶμα πιούσαν, Ἀσπιδόη Δαναῶν εἶλε κακοκροσίην. Ναυτῆς οὐδέ θαλάσσης κατισπασί. καί παρὰ τὸν ἔμφοιν Αἰάντος νικτῆν ἀγκίσιν, οὐκ ἴδανη.

ALI-

Aliquod lumen, jubarve in caelo cerno.

Qui res cum Achiveis gesserunt statim.

Ajax misso sanguine tepido tullii

Efflanteis volant - - -

a V. E. Quod b tullii

ALIQUOD LUMEN, JUBARVE] Varro ter hunc locum profert: primo l. 5. de l. l. Ennius, Ajax lumen, jubarve in caelo cerno? Ubi proculdubio pro Ajax, Ajace reponendum est. Altero eod. lib. eadem verba reperuntur sine operis inscriptione. Tertio verò l. 6. eodem modo, quo scripsimus. Ubi Jubar, inquit, dicitur stella Lucifer, quae in summo habet diffusum lumen, ut Leo in capite jubam. Verba autem haec vel sunt Chori laetitia exultantis, Ajacem jam ab ira destitisse; vel Ajacis ipsius, qui extremis verbis Solem alloquitur. Quae Graecis fortasse illis respondebant, Νῦν, ὦ ζεῦ, παρὰ λευκὸν εὖ - Ἄμειρον πελάσαι φάος. Vel, Σε δὲ ὦ Φαεινὸς ἡμέρας τὸ νῦν σέλας, Καὶ τὸν διδρευτὴν ἧλιον προσενίπτα.

QUI RES CUM ACHIVEIS GESSERUNT] Vulgati Nonii libri habent Quis est. Forasan melius gesserat, quam gesserunt, ut de Ajace intelligatur, qui dum furore percitus fortè incideret in Graecos praeciantes, vixque hostium impetum sustinentes, cum illis sese immiscuit, manum conferens fortissimè. Unde pugnam statim restituit, ut ait incertus Poeta apud Ciceronem l. 4. Tusce.

Semper Ajax fortis, fortissimus iudex in favore:

Nam facinus fecit maximum, cum Danaas inclinavitibus

Summam rem perfecit manu, praelium cum resistit infansens.

In Graeca Sophoclis nihil reperi, quod huic fragmento videretur congruere.

STATIM] Plautus in Amphit.

Nec recedis loco, quin statim rem gerat.

AJAX MISSE SANGUINE] Scaliger legit, Misso sanguine tepido tullii efflantes volant. Tullius Festus interpretatur Silanos: Silvanos reponcrem: alii (ut est apud eundem) rivos; alii vehementes sanguinis projectiones arcuatim fluentes, quales sunt Tibure in Anienc. Verba sanè haec videntur Teucris, qui in extrema fabula apud Sophoclem loquens cum parvulo Ajacis filio, hortatur, ut pio affectu, quantum potest, se patri admoveat: quod officium facere in mortuos propinqui solent. Satis autem apparet, dum ea dicebantur, calidum adhuc exanimi corpus fuisse à recenti caede. Vulnere confossi obitus similis quaedam extat apud Silium l. 10. descriptio, — supervomit ille calentem Sanguinis effundens per hiantia viscera rivum.

Videretur Sophocles intellexisse σφρηγγες, grandiores corporis venas, quae uberius sanguinem effundunt, ducta translatione ἀπὸ τῶν σφρηγγῶν, quae Siphoncs aliquando sunt Graecè, eadem ratione similitudinis, qua Latine canales à canna dicti sunt. Fabulantur autem Poetae de Ajacis sanguine enatos flores, refertque in Atticis Pausanias, Salaminas incolas referre, post Ajacis interitum apud se primum florem enatum candidum, rubentem modicè, lilio eum caereris partibus, tum foliis minore; inscriptum verò iisdem, quibus Hyacinthus est, literis. De ea quidem refic l. 13. Met. Ovidius;

Dixit, & in pectus tum demum vulnera passum,

Quà patuit ferro, lethalem condidit enseni: Nec vultuere manus infixum educere telum,

Varro l. 5. de lin. Lat. bis. & l. 6.

Non. Statim.

Fest. Tullii.



Expulit ipse cruor, rubefactaque sanguine tel-  
lus

Purpureum viridi genuis de cespite florem.  
Aufonius ita eum loquentem inducit,  
Jam dabo purpureum claro de sanguine flo-  
rem,

Testantem gemitis crimina iudicii.  
Hujusmodi autem flores inscriptos tradunt  
345 nota ai, quae prior est syllaba vocis ai'as,  
id quod significat Virgilianum aenigma;  
Dic, quibus in terris inscripti nomina regum  
Nascantur flores

Sophocles deducit Ajacis nomen ab ai' ai'  
dolentis interjectionibus, ubi ait;

Αἰ' αἰ'. τίς ἄν ποτ' ᾤ ἐθ' ᾧδ' ἐπ' ἄνναρον  
Τοῦτον ζυνοῖσεν ὄνομα τοῖς ἔμοις κηκοῖς;

Affirmat Praxiphanes has interjectiones  
ai' ai', & φεῦ, pro suspiriis, & gemitibus  
assumi: quem eundem esse arbitror, cu-  
jus testimonium affert Marcellinus in vita  
Thucydidis ἐν τῷ περὶ ἰσοπίας. Ajacis au-  
tem sepulchrum, templum, & statuam in  
eo littore, quod proximum est Rhoetio,  
proditum est, fuisse; statuam verò ab An-  
tonio ablatam, ut Cleopatrae gratificaretur,  
in Aegyptum asportatam esse; ean-  
dem demum Augustum Caesarem Rhoetien-  
sibus restituisse. Omnia quidem haec  
satis luculentè atulit Leopardus. Alii verò  
tradunt, Myconem unam è Cycladibus fuisse  
Ajacis sepulchro nobilitatam; alii in Delo  
sepulchrum fuisse volunt.

EX TELAMONE.

346 Aecus Aeginensium rex, quem, quo-  
niam aequi servantissimus fuit, apud  
infernus summo in honore habitum fabu-  
lantur, tres habuit filios, Phocum ex  
Pflammathe Nerei filia, Telamonem, &  
Peleum ex Paenide Ceptionis, ut in fabulis  
ab Hygino proditum est, vel ut Apollodorus,  
& Isfacius testantur, ex Endeide  
347 filia Chironis: quamvis Pherecydes Syrus  
Telamonem dicat non fratrem, sed ami-  
cum Pelei fuisse. At Phocus, quoniam in  
certaminibus Peleo & Telamoni corpo-  
ris robore, atque aptitudine praestare vi-  
debatur, eis vehementer fuerat invidus.  
Quamobrem, paratis insidiis, disci icu  
Phocum è medio sustulerunt. Dorotheus  
verò in primo Metamorphoseon asserit,  
quòd Telamon secum venatum Phocum  
eduxit, cumque aprum simul insequerentur,  
Telamon contorto venabulo Phocum  
confodit. Quod aegrè admodum ferens  
Aecus filios ex regno expulit. Peleus  
Phthiam autugit, Telamon verò Salami-

nam. Cui Cychreus Neptuni filius, nullà  
relictà prole, regnum concessit. Is postea  
Peribocam Alcathoi filiam, ut ait Pau-  
sanias l. 2. uxorem duxit: ex qua ortus est  
Ajax. Quamvis Aretades Gnidius in 2.  
Insulanorum aliter sentiat. Deinde Tela-  
mon cum Hercule in expeditionem Troja-  
nae urbis profectus, primus muros ascen-  
dit, urbemque vi ingressus est. Quocirca  
Hercules eum Hefione Laomedontis regis  
filià praemii loco honestavit; ex qua Teu-  
cum suscepit. Quod ipsemet Teucer in  
Sophoclis Ajace testatur. Sed Telamon  
vergente jam senio, ut & in filiis paterna  
virtus, ac fortitudo elucesceret, utrum-  
que ad extremum bellum Trojanum mise-  
rat: in quo Ajax ob sibi Achillis arma ne-  
gata furore correptus sibimet necem intulit,  
& Teucer in exilium missus est. Ita-  
que cum Telamoni renuntiatum esset hu-  
jus exilium, alteriusque obitus, constan-  
tissimè fertur adversa fortunae telum su-  
stinuisse.

Hiccine Telamon ille est, modò quem gloria ad cae-  
lum extulit;

Cic. lib. 3.  
Tusc.

HICCINE TELAMON ILLE ] Cum Tella-  
monis miseria sibi Ennius describendas

hac Tragoedià proposuisset, arbitrò ab  
ovo (ut ajunt) orium esse, ab exilio sci-  
licet:

Quem adspectabant, cujus ob os Graji ora obverte-  
bant sua?

Pol mi fortuna magis nunc defit, quàm genus: Idem ibid.  
Nanq; regnum suppetebat mihi, ut scias quanto è loco, πείθει.  
Quantis opibus, quibus de rebus lapsa fortuna b accidat.

Audibo, neque aureis tibi c contra utendas dabo. Non. Au-  
dibo.

Deum me sentit facere pietas, civium porcet pudor. Idem Por-  
cet.

d Eandem me in suspicionem sceleris partivit pater. Idem Parti-  
vit.

Ex eo futurum abnueant --- Diom. l. 1.

a vultus b occidat c contrariorum d Tandem

licet: in quo cum patriâ pulsus egeret (ut  
ait Cicero) haec de eo fiebat admiratio,  
Hiccine, &c. Quae verba, quamvis ex  
Ennio non citentur; tamen ejus esse inde  
suspicari sumus, quòd Telamonem nemi-  
nem hactenus praeter unum Ennium scri-  
psisse comperimus. Similis huic est locus  
ille Pacuvii in Duloreste, non absque  
quadam animi commiseratione pronuncian-  
dus, & δεικνυῖας, id est demonstrativè,  
Hiccine is est, quem famae gratiâ ante omnes  
nobilitat viros?

Ad utrumque respiciens Cicero parodia al-  
ludit l. 2. Ep. 10. ad Coelium Rufum scri-  
bens; Hiccine est ille, qui urbem? quem se-  
natus? nosti caetera. Ita etiam de Demo-  
sthenē dicebatur, οὐδὲν ἐστὶν ἐνείκως. Vetu-  
stus quidem liber Telamo habet, quâ ter-  
minatione crebrius Veteres usi sunt, ut  
Agamemno. Sunt autem hi duo versus Tro-  
chaici catalectici.

QUEM ADSPECTABANT ] Cicero ad Pacu-  
rum l. 9. Ep. 26. ita hunc versum inseruit,  
In eo igitur convivio Cicero ille, quem ad-  
spectabant, cujus ob os Graji ora obvertebant  
sua?

OB OS ] pro ad os; ut alibi diximus.  
Plaut. Mil.

Experior ob os caliginem prius mihi obtigisse.

POL MI ] Hos praeterea versus Telamo-

nem protulisse, ex Cicerone ibidem appa-  
ret, qui paullò antè dixerat; Ad hancine  
igitur vitam Telamonem illum revocabis, ut  
leves aegritudinem? Subdit mox; Quaren-  
dum igitur, quemadmodum aegritudine pri-  
vemus eum, qui ita dicat; Pol mi, &c. Sed  
ex Ennio esse, idem planè confirmare vi-  
detur, cum addit; Ecce tibi ex altera parte  
ab eodem Poëta,

Ex opibus summis opis egens, Hæstor, tuae.

Quae verba Ennii esse suo loco ostendimus.  
QUANTIS OPIBUS ] Videtur Ennius ex-  
pressisse versum illum Empedoclis apud  
Clementem l. 4. Strom.

Ἐξ οἷος τιμῆς, καὶ οἷου μῆκος ἄλθου.  
AUDIBO, NEQ. AUREIS ] Legendum at-  
que aureis.

DEUM ME SENTIT FACERE PIETAS, ]  
Rectè admonet Lipsius, lib. 4. Ep. quæst.  
legendum esse hunc versum; Deum me in-  
cendit facere pietas, civium porcet pudor. Sed  
non rectè putat verba haec Orestis esse,  
cum nihil commune cum Oreste haec ha-  
beat fabula.

PORCET PUDOR ] Porcet, prohibet. Pa-  
cuvius Analanta,  
Magnus ut verear eloqui, porcet pudor.

EANDEM ME IN SUSP. ] Fortasse Phoci  
necem intelligit.

PARTIVIT ] Pro partitus est.

PROAVI

Nam ita mihi Telamonis patris,  
Atque facies proavi Jovis gratia ea est,  
Atque hoc lumen candidum claret mihei.

Non. Claret.

Scibas natum ingenuum Ajacem, cui tu obsidionem pa-  
ras.

Fest. obs.  
dio.

Ego quom genui, tum moriturum scivi, & ei rei sustuli,  
Praeterea ad Trojam quom misi ad defendendam Grae-  
ciam,

Cic. lib. 3.  
Tule.  
τὴ αἰτίαν.

Scibam me in mortiferum bellum, non in epulas mittere.

Strata a terra, lavere lacrymis vestem b squalam, & for-  
didam.

Non. Lavit.

Ego Deum genus esse semper dixi, & dicam caeliturum:

Cic. l. 1. de  
Divinat.

a terrae b squalidam.

PROAVI JOVIS] Aeacus Telamonis pater Jovis filius dicitur ex Aegina Afopi filia, quam ignis forma sumpta compresserat. Unde Ovidius Metamor. 6.

Aureus ut Danaën, Afopida luferat igni.

EGO QUOM GENUI] Sub Telamonis persona affert hunc locum Cicero. Quem repetit D. Hieronymus in Nepotiani Epitaphio; Ubi Anaxagorae, & Telamonis semper laudata sententia? Scibam me genuisse mortalem. Quam Anaxagorae sententiam refert ibidem Cicero, & Valerius Max. l. 5. Confolatus erat autem Oilcus ille Telamonem de Ajacis morte, qui tamen cum de suo Ajace idem audisset, fractus animo est. De cujus commutata mente haec à Sophocle apud Ciceronem;

Nec verò tantà praeditus sapientiâ

Quisquam est, qui aliorum aevum diâctis  
allevans,

Non idem cum fortuna mutata impetum  
Conversat; clade ut subitâ frangatur suâ,  
Ut illa ad alios diâta, & praecepta excidant.

Sunt verò Enniani versus Trochaici caractèrici.

SCIDAM] Antiquè, Terent. in Euna.

Neque scibat, neque per aetatem etiam potuerat.

Idem Heautont.

At ego nihil esse scibam, Clinia.

EGO DEUM GENUS] Plato initio libri 10. de Legibus, cum in Deos, ait, impiè, scelerateque facere, atque loqui, qui è tribus his una laborat insania. Quarum prima est, ut quis Deos esse neget; altera, si illos esse arbitretur, minimè tamen rerum humanarum curam gerere, ut hic quisquis is est, qui haec tam petulanter effudit; tertia verò eos facillè placari, & sacrificiis, precibusque conciliari. Verba autem sunt haec; Ἀλλὰ ἐν δὲ τῶν τριῶν πάσχων, ἢ τοῦτο ὅπερ εἶπον, οὐκ ἠγούμενος, ἢ τὸ δεύτερον ὄντας, οὐ φροντίζειν ἐπιπράτων, ἢ τρίτον, ἐπιπραμυδύτους εἶναι τυχαίαις τε, καὶ εὐχαίς παραγομένους. Refert hos duos versus Cicero ex Ennio in 2. de Divinat. hoc modo; Primum enim hoc sumitis: si sunt Dii benefici, in homines sunt. Quis hoc vobis dabit? Epicuriusne, qui negat quicquam Deos nec alieni curare; nec sui? An noster Ennius? qui magno plausu loquitur assentiente populo; Ego Deum genus &c.

Sed

Sed eos non curare opinor, quid agat humanum genus. Idem lib. 3.  
Nam si curent, benè boneis fit, malè maleis; quod nunc de Nat.  
abest. Deor.

Non habeo denique nauci Marsum augurem,

Idem lib. 1.  
de Divin.

Ex quibus verbis proculdubio videntur ex Tragoedia quapiam hi versus esse petiti. Demum subdit Cicero l. 3. de Nat. Deor. Et quidem cur sic opinetur, rationem subiicit. Quae verba in mentem revocarunt locum illum Ciceronis, ubi ait; Telamon autem uno cursu locum totum conficit, cur Dii homines negligant. Nam si curent benè bonis &c. debebant illi quidem omnes bonos efficere; siquidem hominum generi consulebant: sin id minus, bonis quidem certè consulere debebant.

Quare omninò unà tres hos versus connectendos esse opinor. Ex duobus enim superioribus aperte novimus Auctorem, ex postremo fabulam. Cujus etiam novem sequentes versus fuisse videntur: nam postquam Cicero eos attulit in calce primi libri De Divinat. addidit; Atque haec quidem Ennius, qui paucis ante versibus esse Deos censet, sed eos non curare opinatur, quid agat hominum genus. Addimus & decimum, quem ex Ennio citat Cicero, & nos, quoniam sententiae superiorum congruit, cum his conjunximus.

SED EOS NON CURARE] Impiam eandem opinionem videtur in Antigona sequutus Attius;

Jam jam neque Dii regunt,

Neque profecto Deum summus rex omnibus curat.

Virg. Buc. Eclog. 8.

Nec curare Deum credis mortalia quemquam?

NON HABEO DENIQ. NAUCI] Attius inducit hunc, qui haec verba profert, Epicuri sententiam asseverantem, qui omnem funditus sustulit divinationem, invehiturque in vatum superstitionem, aruspicumque & augurum ineptias. Acteus Philologus asserit nauci pro nugis poni. Cincius verò, quòd in oleae nucis esse vult, quòd iustus sit. At Aelius Stilo omnium rerum

putamen esse dicit. Nonnulli tamen volunt ex Graeco ναὶ, καὶ οὐχί, levem hominem, atque inconstantem significari. Galbius [al. Gajus] Bassus Satyra,

Veruina confodiende non te nauci facio.

MARSUM AUGUREM,] Cicero l. 2. de Divinat. Difficilis auguri locus ad contradicendum, Marso fortasse; sed Romano facillimus. Marfi verò Italiae sunt populi inter Pelignos, Vestinos, Sabinos, & Aequos, qui occultà quâdam naturae vi, quemadmodum de Psyllis proditum est, impunè serpentes contrectarunt. Quorum sacerdotes Heliogabali iussu (ut ab Aelio Lampridio traditur) serpentum copiam collegerunt, eosque subito ante lucem, ut solet populus ad ludos celebres convenire, effuderunt, multosque afflictos morfu fugarunt. Valuit haec gens plurimum maleficis carminibus. Unde in Epod. Od. 17. Horarius, ubi queritur, se suis tandem malis adduci, ut credat, confiteaturque, quòd antè negarat, carmina Canidiae Sabellicae plurimum valere ad animorum concitationem, promotionemque;

Ergo negatum vincor ut credam miser,

Sabella pectus increpare carmina,

Caputque Marsa dissilire naenia.

Idem Epod. Od. 5. facit eandem Canidiam ei minantem adè novis, insolitisque maleficiis se ejus mentem esse deturbaturam, ut nunquam recipiat se, etiam si Marfos adhibeat. Auctor elegiae de medicamine faciei,

Et mediae Marsis findantur cantibus angues.

Virgilius l. 7. Aen.

neque eum juvare in vulnera cantus  
Somniferi, & Marsis quaestiae in montibus  
herbae.

Ex hoc Ennii loco liquet etiam augurali disciplinâ fuisse praeditos.

FF

NON

Non vicanos haruspices, non de circo astrologos,  
 Non Isiacos conjectores, non interpretes somnium:  
 Non enim sunt ii, aut scientia, aut arte divinei;  
 Sed superstitioni vates, impudentesque hariolei,  
 Aut inertes, aut infanci, aut quibus egestas imperat:  
 Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam;  
 Quibus divitias pollicentur, ab iis drachmam ipsei petunt:

NON VICANOS HARUSPICES,] Vicini sunt, qui quaestus causa vagantur per vicinos: deridetque hujusmodi circumforaneos, tanquam infimum hominum genus, omnibus ferè invisum. Quamobrem M. Cato in praeceptis De re rust. postquam iussit, parasitum ne quis habeat, addit; *Augurum, haruspicum, Chaldaeorum ne quem consulisse velit.* Carpitque hujusmodi hominum porrenta Physicus quidam apud Paviarium in Chryse;

*Nam istis, qui linguam avium intelligunt, Plusque ex alieno jecore sapiunt, quam ex sero, Magis audientium, quam auscultandum cen-*

*seo.* Graeci haruspices vocant *οἰωνοκόμοι.*

NON DE CIRCO ASTROLOGOS,] Qui hominum corona sese venditant, & in compitis, forisque summâ jactantiâ se ostentant. Circus autem praeter alias significationes apud utriusque linguae auctores pro hominum multitudo in orbem collecta accipitur. Vel cum locum propriè intelligit, qui Circus Romae dicebatur: quem locum hujusmodi hominum genus frequentasse ex hoc Juvenalis loco etiam intelligi potest;

*Plebeium in circo positum, vel in aggere satum.* Livius l. 39. *Quoties hoc patrum, avorumque aetate negotium est magistratibus datum, ut sacra externa fieri vetarent? sacrificulos, vatesque foro, circo, urbe prohiberent?* At sive a loco, sive a multitudine in orbem collecta hujusmodi nugatores, qui inani clamore, verborumque strepitu adstantium aures obtundunt, indeque quaestum faciunt, circulatores appellantur.

NON ISACOS CONJECTORES ] Aegyptios intelligit, ab Iside, quae ab Aegyptiis co-

lebatur, quorum Dea, & regina fuit, ut apud Diodorum l. 1. eosque literas docuit, ut restatur Augustinus. Aegyptios autem tradit Laërtius Diogenes, & Theodoritus in primo lib. *τῆς θεομαντικῆς τῶν ἑλληνικῶν παθῆματων*, fuisse Geometricae, & Astronomiae primos inventores.

NON INTERPRETES SOMNIUM:] *ὄνειροκρίτες* hos Graeci vocant. De interpretatione autem somniorum multi scripsere, & praecipuè Artemon Milesius, Phoebeus Antiochenus, Nicofratus Ephesius, Panyasis Halicarnalleus, Artemidorus.

AUT QUIBUS EGESTAS IMPERAT:] Paupertas impulsit perhaepe non tantum homines de faece ad turpem quaestum, verum etiam interdum ingenuos, ut ait Demosthenes; *πολλοὶ δ' οὐκ ἰκανὰ πρᾶγματα τοῦ εὐδαιμόνου ἢ πενίᾳ βιάσεται ποιεῖν.*

QUI SIBI SEMITAM NON SAPIUNT,] Videtur respexisse ad Thaletis illud, qui cum Astrologiae peritissimus esset, fertur, domo egressum ad stellas inspicendas in foveam, quae ante pedes erat, incidisse. Quamobrem petulanter anus quaedam domestica haec in eum protulit; *Ἦν, ὁ Θαλῆς, cum ea, quae in caelo extant, comprehendere tibi persuadeas, ea quae ob oculos sunt, videre nequis?* Ad quod etiam videtur respexisse antiquus Poeta apud Cicero-nem l. 2. de Divinat.

*Quod est ante pedes nemo spectat, caeli scrutatur plagas.*

Unde Bion admodum ridiculum hominum genus esse Astronomos dicebat, qui cum non viderent pisces juxta se in litoribus natantes, illos, qui in caelo sunt, videre se asserant.

QUIBUS DIVITIAS POLLICENTUR,] Sic etiam

De his divitiis sibi deducant drachmam, reddant caetera;

\* Qui sui quaestus causa fictas suscitant sententias. Idem ibid.

etiam Attius Asryanacte,  
*Nihil credo auguribus, qui aures verbis divi-*  
*tant*  
*Alienas, suas ut auro locupletent domos.*

AB HIS DRACHMAM IPSEI PETUNT:] Vile admodum mercedis praemium. Drachma centesima pars minae.

EX HECTORIS LUSTRIS.

INSCRIPTIO hujus Tragoediae in impressis Festi, & Nonii codicibus, quos quidem viderim, citatur sanè, *Ennius in Hectoris Lustris*; & apud Hyginum, ubi hujus fabulae refertur argumentum, *Hectoris Lustra* quoque legitur. At semel apud Nonium in voce occupo, in *Hectoris Lustris*. Apud Diomedem *Ennius in Lustris*; & iterum *illustris* aliquantulum depravatè. Latinum verò titulum puto fuisse, *Hectoris Lustra*. Lustrum enim, ut est apud M. Varonem lib. 5. de ling. Lat. tempus quinquennale dictum est à luendo, hoc est, solvendo, quòd quinto quoque anno vectigalia, & ultro tributa per censores persolvebantur. Itaque Lustra apud Ennium idem erat, quod apud Graecos *λύτρα*. *λύτρος* autem pecunia est, quae pro redemptione solvitur. Inscriptio igitur ipsa satis

indicat, actum esse in ea Tragoedia, quo pacto Priamus supplex Hectoris cadaver magno auri pondere ab Achille redemisset. Cujus rei historiam prolixè recenset Homerus Iliad. ultimo; referuntque Dares Phrygius, & Dictys Cretensis, quam paullò secùs. Quis autem Graecorum fecerit *Ἐυτροῦς λύτρα* adhuc non comperi. Lucanum adolescentem idem tractasse argumentum, sic testatur Statius in Sylvis;

*Ac primùm teneris adhuc in annis*  
*Ludeo Hectora, Thessalosque curtus,*  
*Et supplex Priami potentis aurum.*

Sed hujus fabulae inscriptionem videtur quodammodo innuisse Virgilius l. 1. Aen. cum in pictura Carthaginensi sic inquit,

*Exanimumque auro corpus vendebat Achil-*  
*les.*

MELIUS est virtute jus: nam saepe virtute malei Nanciscuntur jus, atque aequom, se à malis spernit procul.

MELIUS EST VIRTUTE JUS:] Hiverfus valdè illis antiqui cujusdam Tragicæ respondent, ut penè ausim affirmare ex eis suos Ennium transulisse;

*Ὅσα ἔστιν οὐκ εἰς θεῶν δ' ἀδοκίμους νόμον.*  
*Πρὸς τοῦς πολλοῦς δ' ἔστιν ἀνδρείας καίους.*  
 Verum oratio illa apud nostrum videtur personae haud satis intelligentis. Nam &

qui justum se, atque aequum una in re praestat, in aliis esse iniquus potest. Et qui aliquo in genere praeclearè agit, malus potest esse in caeteris: ut ea quidem ratione immeritò virtus aequo postponatur. *Spernere* autem hic *segregare* interpretatur Nonius. Aliqui legunt *sperni*, & pro virtute *virtutem*.

At ego omnipotens te exposco, ut hoc consilium  
Achiveis auxilii fuat ---

*ἄπονομα-  
σία.*  
Idem *Fuat.*

Quid hoc hinc clamoris? quid tumulti est? nomen  
Qui usurpat meum? quid in castris strepiti est?

Idem *Tu-  
multi.*  
Idem *stre-  
piti.*

Hector re summa armatos educit foras,  
Castrisque castra ultro jam ferè occupat.

Idem *Occu-  
patus.*

Hector quidem haud cessat obsidionem obducere.

Idem *Obsi-  
dione.*

--- & fonit,

Non. *Sonere*

Franguntur hastae, terra sudat sanguine.

Qui cupiant dare arma Achillei, ut ipsei cunctent.

Idem *Cun-  
cto.*

Ecce caligo oborta est, omnem prospectum abstulit,  
Derepentè contulit sese in pedes.

Idem *De-  
repente.*

Servos, & nostrum imperium, & fidem Myrmidonum  
Vigiles commiserescite ---

Idem *Com-  
miserescit.*

a vestrum

AT EGO OMNIPOTENS ] Sunt haec verba Agamemnonis fortasse, vel Achillis Jovi libantis, ab eoque, ut incoeptum consilium benè vertat, implorantis.

ACHIVEIS AUXILII FUAT. ] *Fuat & fiet* pro *fiat & sit*, dixerunt Veteres: ut in emendatis Catonis, Plauti, & aliorum antiquorum libris legitur.

QUID HOC HINC CLAMORIS? ] Achillis opinor verba, qui se quaeri, ac vocari exaudiebat in tentorio. Nonius haec affert, ut ostendat, antiquos Scriptores dixisse *tumulti* pro *tumultus*: extra acroteleution secundi versus, quod seorsum commemorat, ubi *strepiti* pro *strepitus* dictum quondam affert. Nos verò in unum conjunximus. His autem verbis non videtur dissimilis duodenarius ille, quem citat Censorinus ex innominato antiquo Poëta;

*Quis meum nominans nomen excitet, quamvis tumultu in vocans incolarum fidem?*

HECTOR RE SUMMA ] Recensebat hic aliquis Hectoris res gestas, dum fortiter obiret praelia: aut verò à vivo illo incipiebat fabula. Quod si fuit, praecessisse hos versus oportet. *Re autem summâ*, interpretor *omnibus copiis*, quibus per id tempus Trojana res consistebat.

CASTREISQ; CASTRA ] Hanc horum verbum lectionem veram esse arbitror. In quibusdam codicibus perperam legitur, *Hectorei summa*, & pro *educit foras*, *educit vi foras*, & pro *ferè*, *ferre*.

FRANGUNTUR HASTAE, ] Pugna hoc loco quaepiam Trojanorum, duce Hectore, & Graecorum describatur.

TERRA SUDAT SANGUINE ] Virg. l. 2. Aen. *Dardanium sotes sudavit sanguine litus?*

UT

a Inferùm vastos specus ---

Idem *Sper-  
cut.*

Constitit, credo, Scamander: arbores vento vagant.

Idem *Vagas.*

Severiter fortuna ferri cernunt de victoria.

Idem *Seve-  
riter.*

b Quae mea cominus machaera, atque hasta c hostiris  
è manu.

Fest. *Red-  
hostire.*

Nos quiescere aequom est, novimus ambo Ulysssem.

Diom. l. 1.

Sublime iter quadrupedanteis, flammam halitanteis.

Idem *Ibid.*

a Inferam b Quem c hostivit

UT IPSI CUNCTENT. ] pro *cunctentur*.

CONSTITIT, CREDO, SCAMANDER ] Adducit Nonius hunc versum, ut ostenderet, Veteres *vagant* usurpasse pro *vagantur*. Sed deceptus, opinor, est, ut alias aliquando. Non enim congruere videtur, ut cum arboribus vento agitatis commemoretur requies fluminis. Itaque aut legerem cum Nicolao Fabro *confluit*, aut *vacant*, ut etiam rerum inanimatarum significetur attentio ad auditionem, conspectumve rei alicujus admirabilis: ut alibi in re simili isdem verbis Poëta est usus,

*Constitère amneis perenneis, arbores vento vacant.*

Scamander Trojae fluvius est, quem Dii, ut scribit Homerus, Xanthum appellant. Adducit hunc Homeri locum Plato in Cratylo, apud quem ait Socrates multis in locis Homerum distinxisse, quae nomina homines, quaeque Dii proferant. Qua de re nos alibi copiosè disceremus.

SEVERITER FORTUNA ] In antiquo legitur, *severiter ferro cernunt de victoria*.

ATQ; HASTA HOSTIVIT E MANU. ] E manu pro *eminus* videtur dictum: ut denotet cominus machaera pugnatum esse, & eminus hasta.

NOS QUIESCERE ] Vulgati Diomedis codices habent; Ita Ennius: *in Lustris nos quiesceret* &c. cum sit legendum; Ita Ennius in *Lustris*; Nos *quiescere*. Itaque legitur in aliquibus olim excusis.

SUBLIME ITER ] Hoc etiam loco depravata sunt Diomedis exemplaria, in quibus, ut diximus, legitur; Ennius, *Illustres sublime iter*, cum legendum sit; Ennius in *Lustris*, *sublime iter* &c. Hujus autem simile est Euripidis illud,

*Ἥλιε θεῶν ἵπποισιν εἰλίσσω φλόγα,  
Ἢ ὅτι συναλισθέντος πολλοῦ πυρός περι-  
πολεῖ.*

Solis verò equos sic describit Naso l. 2. Met. *Nec tibi quadrupedes animosos ignibus illis, Quos in pectore habent, quos ore, & naribus 355*

*efflant,*

*In promptu regere est ---*

Magnum quidem est equorum animositate indicium, cum calidum anhelitum ignis instar emittunt. Hinc Lucretius, ut maximam Diomedis equorum ferociam describeret, ait l. 5.

*Et Diomedis equi spirantes naribus ignem.*

Cujus acroteleution Virgilius ita mutatus est l. 7.

*Absenti Aeneae curram, geminosque jugales*

*Semine ab aethereo spirantes naribus ignem.*

Idem l. 3. Georg.

*Collectumque premens volvit sub naribus ignem.*

Nemesianus in Cynegeticōn libello equos illos maximè probat, qui

*Fumant humentes calida de nare vapores.*

Hinc proverbii loco dicitur, cum aliquem irā effervescentem ostendere volumus, *πυρός ἀποπνίσι*. Solis equos quatuor esse

F f 3. HALI-

Ducet quadrupedum jugo invitum,  
Domabit infraenum, & junget validè  
Quoius tenacia infraenari nimis nequit.

Non. Tenacia.

Poëtae fixerunt, quibus ab aurora, igne, splendore, ardore nomina indiderunt. Sunt autem Eous, Pyrois, Aethon, Phlegon.

HALITANTES] Anhelantes, quasi cursu fatigati.

DUCE[ QUADRUPEDUM] Quidam Nonii emendator ita hos versus distinxit, quam verò bene, affirmare non ausim. Certum enim est, hunc Nonii locum misere esse depravatum. Alii codices habent, *Ducet quadrupedum jugo invitum doma infraena, & jugo valida, quorum tenacia infraenari nimis.* Alii, *Ducet quadrupedum jugo invita, indoma, infraenis, & pro nimis, minis.* Alii, *Invitam, indomitam, & jugo validam: cujus tenacia in-*

*fraenari nequit.* In Aldino, *Invitam doma, in fraena, & jugo valida, quorum tenacia infraenari nimis.* In aliis habetur *pro nimis minus potest.* Lipsius l. 5. Ant. Lect. c. 14. Vaticani codicis auxilio emendat, *Duce quadrupedem jugo invitum, doma infrenum, & junge valide: equorum tenacia infrenari nimis nequit.* Codex Fulvii Ursini habet, *Ducet quadrupedem jugo invitam, indomitam freno: valida quoius tenacia infrenari nimis.* Sed cum haec Delio natatore indigeant, arbitror tamen esse Caslandrae vaticinium, quo praedictebat, Hectorem ab Achille esse interimendum, rapandumque circum Pergama bigis miserabiliter.

## EX ALEXANDRO.

IN hac fabula (quantum ex his reliquiis licet intelligere) de Trojano agebatur excidio; cujus quidem origo Ale-

xander fuit. Quae res vulgata nimis facit, ut argumentum praetermittamus.

Volans de caelo cum corona, & taeniis,

Fest. Taenias, & Stridulus.

VOLANS DE CAELO] Dubium non est, de aliquo Deo Poëtam loqui, qui è caelo delapsus Paridem admonebat, quanto dedecore, raptâ alienâ conjuge, turpi libidini indulgeret: quemadmodum inducit Virgilius Mercurium, ab Jove missum, Aeneam, novae conjugis amore detentum, rerumque magnarum oblitum objurgantem.

CUM CORONA, ET TAENIIS] Antiquitus quidem, ut ait Plinius l. 16. c. 4. nulla corona, nisi Deo dabatur. Ob id Homerus caelo tantam eas, & praeficio universo tribuit. Virum verò ne in certamine quidem ulli. Sed demum ut in generosis vir-

tus cresceret, & ignavis torpor excutere-tur, diversa excogitaverunt Veteres coronatum genera, prout cujusque virtus non absque quadam convenientia exigere videbatur. Aliae enim erant ex apio, aliae gramineae, aliae quernae, sive iligneae, aliae oleagineae, aliae myrtae, aliae laureae. De quibus librum scripsit Claudius Saturnius, in quo earum origines, causas, species, & solennitates latè complexus est. Et quoniam in eis est aliqua valetudinis portio, privatim de coronis, quae capiti nocerent, Mnestheus, & Callimachus medici volumina ediderunt. De coronis, quae in convivis exhibebantur, ut

carum

Hominem adpellat: a quid lascivis stolide? non intelligit.

O lux Trojae germane Hector,  
Quid ita cum tuo lacerato corpore miser?  
Aut qui te sic respectantibus tractavere nobis?

Macrobr. Saturn. l. 6. c. 2.

Jamdudum ab Iudeis animus, atque aureis avent  
Avidè expectanteis nuntium ---

Var. l. 5. de Ling. Lat.

Nam maximo saltu superavit  
Gravidus armateis equus,  
Qui suo partu ardua perdat Pergama:

Macr. l. 6. c. 2.

a al. quia lascivi stolidi b τὰς c modis

carum fragrantia foetidos axillarum, sudorisque odores, acidorumque ex crapula ructuum occuparent, vel ut somnum conciliarent, vel ut crapulam vitarent, alibi commodius dicemus. Taeniam ait Verrius esse ornamentum laneum capitis honorati. Servius verò ea Virgilio verba l. 5. declarat, *Punicis ibant evincti tempora taeniis,* ait, *vitis roseis:* & significat lemniscatas coronas, quae sunt ex frondibus, & discoloribus fasciis, & sicut Varro dicit, magni honoris sunt.

NON INTELLIGIT] Nam qui amoris laqueis irretiti sunt, tanquam surdae aspides rectas respuunt admonitiones.

O LUX TROJAE] Pindarus Nem. Od. 3. *Αἰανίδαυ φέρυρος.* Macrobius haec verba cum illis Maronis l. 2. Aen. confert, *O lux Dardaniae, spes o fidissima Teucrium, Quae tantae tenuere moras?*

Et paullo post, *quae causa serenos Foedavit vultus? aut cur haec vulnera cerno?*

JAMDUDUM AB IUDEIS ANIMUS] Chori videtur verba. Varro hoc modo locum affert; *Ab auribus videntur dicta verba audio, & ausculto, audio ab auro, quod auribus avemus discere semper. Quod etymon videtur Ennius ostendere velle in Alexandro, cum ait; Jamdudum ab Iudeis &c.*

AVIDE EXPECTANTEIS NUNTIIUM.] Cicero avidè expectare literas, non semel.

NAM MAXIMO SALTU SUPERAVIT] Sunt fortasse Hectoris ad fratrem verba, non respondentis tamen ad ea, quae ille quaesiverat, sed nuntiantis, actum jam esse de civitate; quandoquidem introductus equus plenus esset armatis hostibus. Sic apud Maronem l. 2. Aen. ad Aeneam Hector;

*Non fuge ante Dea, teq; hic, ait, eripe flammis: Hostis habet muros, ruit alio à culmine Troja.* Sed Ennianae orationi similis est illa Virgiliana ibid.

*Ardus armatos mediis in moenibus astant Fundit equus* —

*Eaque simillima l. 6. Aen. Cum fatalis equus saltu super ardua venit Pergama, & armatum peditem gravis attulit alvo.*

Norandum verò est in dictione *salto* apud Ennium, & Virgilium loco supra memorato inesse allusionem, cum id quod equo convenit, lignaeae machinae tribuerunt.

GRAVIDUS ARMATEIS EQUUS] Metaphora ab animali ad non animal.

*scandit fatalis machina muros Foeta armis* —

Permanfit in elegantissima translatione Macrobr., nam superius quidem l. 2. Aen. dixerat, *iterumque armato milite complent.*

Eadem translatione dixit in expugnatione Illi Tryphiodorus *ἐγυμνασ ἱππος.*

SUO PARTU ARDUA PERDAT PERGAMA:] Per-

Multei alii adventant, paupertas quorum obscurat no- mina. Idem lib. 6. c. 1.

Purum putum --- Agel. lib. 6. c. 5.

Quapropter Parim pastores nunc Alexandrum vocant. Var. l. 6. de ling. Lat.

Perfistit Poeta noster in Metaphora equi armati, gravidi, & jam parientis. Lucretius l. 1.

Nec clam durateus Trojanis Pergama partu Inflammasset equus nocturno Grajugenarum. MULTEI ALII ADVENTANT, ] Virgil. l. 5. Multi praeterea, quos fama obscura recondit.

Et lib. 9. --- multam in medio sine nomine plebem. Ovidius l. 2. Met.

Nomina, longa mora est, media de plebe virorum

Dicere ---

Et Silius l. 8.

Cactera in obscuro famae, & sine nomine vulgi.

Fortasse commemoratis Heroibus, qui è foeta equi albo desilierant, dicebat Poeta, alios praeterea adventasse, quorum nomina paupertas obscurabat: quae quidem atrae instar nebulae virtutis lumen obtenebrat. Ante Ennium Euripides expressit in paupertate obscuritatem,

Ἐν τῷ πένεσθαι εἴ ἐστὶν ἢ τ' ἀδοξία.

Ejusdem est sententiae illud Menandri,

Πενία εἴ ἀτίμων καὶ τὸν εὐχρηνή ποιεῖ.

Purum putum. ] Alphenus Jurisconf. l. 34. Digestorum loquens de foedere Romanorum cum Carthaginensibus inquit; Quod inter populum Romanum, & Carthaginenses factum, & scriptum invenitur, ut Carthaginenses quotquot annis populo Romano darent certum pondus argenti puri puri: quae situmque est, quid esset argentum purum putum, respondi ego, esse putum, valde purum.

Afferitque Agellius non solum scriptum esse purum putum in Carthaginensi foedere; sed cum in multis aliis Veterum libris, tum etiam in Q. Ennii Tragedia, quae inscribitur Alexander. Eum locum existi-

mo in Festi fragmentis adduci in verbo Putum; ubi ita Auctor mancus, mutilatusque habetur . . . . in Alexandr . . . . amidio purus p. . . Itaque, Ennius in Alexandro, dimidio purus putus: & in ea re consulendus est Varro l. 1. de lin. Lat. & Nonius. Plautus Pseudulo,

Purus putus hic sycophanta est ---

QUAPROPTER PARIM] Rejecimus hunc verbum in extremum; cum potius inter primos esset collocandus; quoniam non satis nobis constat esse ex hac fabula. Varro quidem, postquam Ennium reprehendit, dum Euripidem imitari voluit, in Andromaches, & Alexandri etymis, ait; Aut Alexandrum ab eo appellatum in Graecia, qui Paris fuisse? à quo Herculeum quoque cognominatum Ἀλεξίκακον, ab eo, quod defensor esset hominum. Ita apud Pindarum in Pythiis Od. 9. quidam ex Teleficratis Cyrenaei progenitoribus Ἀλεξίδαμος appellatur. Hyginus ait in fabulis; Postquam Hecuba peperit Alexandrum, datur interficiendus, quem satellites misericordia exposuerunt: eum pastores pro suo filio repertum expositum educarunt, eumque Parim nominaverunt. Fuit autem Paris appellatus, ut Etymologici Auctori videtur, παρὰ τὸ παρίεναι τὸν μόρον, quasi dicar, quia mortem vitarit, vel παρὰ τὴν πῆραν, à pera scilicet, quod in pera pastorali sit nutritus. Cur autem 359 interficiendus datus fuerat puer, ex Poeta pervertuto liquet, cujus verba apud Cicero- nem l. 1. de Divinat. ita habentur;

Quia mater gravida parere se ardentem facem

Visa est in somnis Hecuba: quo facto pater Rex ipse Priamus, somnio mentis metu Percussus, curae sumptis suspirantibus Exsacrificabat hostiis balantibus.

Tum

Tum conjectorem postulat pacem petens, Ut se edoceret objecrans Apollinem, Quo sese vertant tantae sortis somnium. Ibei ex oraculo voce divina edidit Apollo, puerum, primus Priamo qui foret Post illa natus tempora, hunc si tolleret, Eum esse exitium Trojae, pestem Pergamo.

Sed si liberum licet iudicium in medium afferre, arbitror librorum oscitantia (Alexandri enim notius erat nomen) Alexander pro Alexandra male scriptum esse. Dedit Euripides unoquoque modo fabulam Alexandr, & Alexandra inscriptam, ut ex Clemente Alexandrino l. 6. Stromat. & Stobaeo liquet. Ejus autem, quae superest Lycophronis, Alexandra, sive Cassandra nomen est. At satis constat Priami filiam, quae vaticinandi peritiam tenuit, Cassandram, & Alexandram appellaram esse; quam Apollo praedicendi artem edocuit. Sed quoniam ei pactam mercedem Cassandra negavit (promiserat enim, postquam consecuta esset vaticinandi scientiam, se Deo sui copiam facturam) factum est, ut quamvis ea vera praediceret, pro delira, insanaque haberetur. Unde Virgilius l. 2. Aen.

Dei jussu non unquam credita Teucris. Graecus Poeta apud Plutarchum ἐν πολιτικοῖς παραγγέλλουσι Cassandram loquentem inducit;

Ἄκρατον αὖ μ' ἔθηκε θεοπιζεῖν θεός, Καὶ πρὸς παρόντων, καὶν κακοῖσι κειμέναν, Σοφῆ κέκλημαι ---

Eam (nisi fallor) Ennius induxit, sicut Bacchylides, & Lycophron, vaticinantem Trojanæ urbis excidium. Ac verba illa, Volans de caelo, &c. non tanquam gesta res sit, sed tanquam gerenda, à Cassandra relata opinor. Sicut & illa, O lux Trojae germane Hecitor, ab eadem forte prolata sunt, miseram fratris caedem equis raptati praevidente. Deinde illis verbis, Nam maximo saltu, &c. excidii initium prosequitur.

Caeterum in tanta, quâ modò versamur, obscuritate, satis quidem fore arbitramur, si non facem, at saltem faculam praetulisse. Sed eam ob rem & Ennii esse, quae subscribam, carmina, & ex hac fabula puto. Ita enim in 1. de Divinat. apud Ciceronem Cassandra ἐνδοσιώδης, hoc est, divino concitata furore vaticinatur;

\* Mater optuma, tum multo mulier melior, Missa sum superstitiosis hariolationibus, Neque me Apollo satis sandis dementem invitam ciet.

Virgines verò aequales, patris mei, meum factum pudet

Optumei viri: mea mater tui me miseret, mei piget,

Optimam progeniem Priamo reperisti extra me: hoc dolet

Me obesse: illos prodesse: me obstare, illos obsequi.

\*

Apud eundem ibid.

Adest, adest fax obvoluta sanguine, atque incendio,

Multos annos latuit:

Circis ferte operam, & restinguite.

\*

Apud eund. l. 8. Epist. ad Att. & 1. de Divinat.

Jamque marei magno classis cita Texitur, exitium examen † rapit: Advenit, & fera velivolantibus Navibu' complevit manu littora.

\*

Apud eund. l. 1, & 2. de Divinat.

‡ Eheu videte, judicavit inclutum iudicium Inter Deas treis aliquis: quo iudicio Lacedaemonia

Mulier furiarum una advenit.

\*

De Cassandrae vaticinio multa scripsit Anticlides: paullò verò diversus refert historiam Iliacis Tzerzes.

\* μετακτισμός. † καπιτῆ. ‡ ἰατακτισμός.

EX ANDROMACHA.

Cic. lib. 1. de Divin. Sus rostro si humi A literam imprefferit, num propterea suspicari poteris, Andromacham Ennii ab ea posse describi?

362 H Aec sane Tragoedia, quantum ex fragmentis apparet, ex Euripidea Andromacha minimè conversa videtur. Quandoquidem Euripideae argumentum, quod in promptu quidem est, ab Enniana longè diversum fuisse indicant reliquiae. Quod tale fuisse existimo: Troja eversa, Ilioque funditus diruto, cum Graeci rerum potiti captivas mulieres forte inter se dividerent, Andromacha Neoptolemo obrigit. Quae dum ad naves cum aliis captivis ducitur, Aftyanax, qui unicus ex Hectoris prole supererat, de complexu ejus vi ablatu

oraculorum monitis de sublimi turri praecipitur. Cujus immane fatum non modò in hac fabula desinet Andromacha; sed tantà rei atrocitate rursus suos ante oculos versari coeperunt, atque animum memoria refricare charissimi conjugis caedes crudeliter quadrijugo curru raptati, Priami nex, regia incensa, supremisque florentissimae urbis casus. Sed animadvertere licet, in hanc Tragoediam nonnulla ex Euripidis Hecuba, & Troadibus, prout ei commo-dum visum est, Poëtam transfuisse, ut mox enarrando demonstrabimus.

EXtemplo acceptum me necato, & filium.

Var. l. 6. de lin. Lat.

Ex opibus summeis opis egens, Hector, tuae.

Cic. 3. Tusc.

EXtemplo ACCEPTUM ME NECATO,] Hunc versum quamvis absque Auctoris nomine proferat Varro, quoniam cum argumento convenit, Ennii profectò esse suspicamur. Varronis autem locus sic se habet; Etiam inde idem illud enim, extemplo acceptum me negato, & filium. Ubi quàm malè negato pro necato scriptum sit, liquidò patebit ex Euripidis loco, quem convertit Poëta. Sin autem vera sit Scaligeri opinio, Ennium planè verum, & certum hujus versus auctorem asserabimus. Legit enim hoc modo Varronis verba, Etiam indilem illud Ennii, Extemplo, &c. Ait enim etiam rum aetate Varronis duplices non multùm in usu fuisse. Itaque quod ille scripserat Eni pro Ennii, putarunt enim esse. Fieri praeterea potest, ut his verbis Andromacha Ulysem, vel Talthybium alloquatur, qui cum ab ea Aftyanacta puerum auferre veller, ut de turri dejiceret, eum rogat, ut se cum puero statim interficiat. Idque cò magis verum esse confirmamus, quòd

Ennius ex Euripidis Hecuba (inde enim transfudit) hunc locum ad verbum ferè imitatus videtur. Ubi cum Polyxena in Achillis tumulo immolanda esset, ut illius manes eo sacrificio placarentur, Hecuba ubi obtulisset sese, rogat Ulysem, se ad aram maectent pro filia: neque impetrat quidem, ut cum ea unà interficeretur, quòd terra, & exposcens Heros mortuus duplicem sanguinis fumeret haustum; Υμεῖς δὲ μὲν ἀλλὰ θυγατρὶ συμφορεύσατε, Καὶ δις τόσον πόνον αἵματος γενήσεται, Γαῖα, νεκρῶ τε τῶν τὰδ' ἐξαιτουμένων. Quemadmodum Euripides ibi Hecubam induxit omnia tentantem, omnibusque viribus conantem, ne Polyxena immoletur; ita Ennius hic Andromachen fecit omnia rogantem, ne Aftyanax praecipitetur. Videturque totà hanc fabulã Ennio placuisse, pleraque, quae Euripides Hecubae tribuit, tam in ejus nominis fabula, quàm in Troadibus, Andromachae adscribere.

EX OPIBUS SUMMEIS] Cicero 3. Tusc. neque

a quid petam Praesidii? quid exsequar? quòd nunc aut b exilio, aut fuga Freta sim? arce, & urbe sum orba, quòd accedam? quòd applicem?

Idem ibid.

a πρόσθε b auxilio

neque hujus versus, neque sequentium nominat Auctorem, nec fabulae indicem. Nos tamen ex Ennii Andromache esse suspicamur: & haec verba ab ipsa Andromache pronunciari, quasi cum mortuo colloquente, eique suam infelicitatem, & aerumnas narrante: quomodo scilicet ex summis opibus ad summam miseriam, captivitatemque redacta sit, ex quibus Hectoris tantummodo ope, si viveret, eripi posset.

Quae quidem oratio verè pathetica est, perplexam animi, consiliique rationem indicans. Huic similis illa Medaeae, 364

Quòd nunc me voriam? quòd iter incipiam ingredi?

Plautus Casina, — nescio, unde auxilii, praesidii, Perfugii mihi, aut opum copiam comparem, aut expetam,

Idem Cistellaria, — neque unde auxilium expetam, habeo.

Et illa Hecubae apud Euripidem;

— ὦ μοι μοι Τίς ἀμύνει μοι; ποία γέννα; Ποία δὲ πόλις; Φροῦδος πρέσβυς, φροῦδοι παῖδες Ποίαν ἢ ταύταν ἢ κείναν Στείχο; ποὶ δ' ἦσσι; ποῦ τις θεῶν Ἡ δαιμόνων ἐπαρωγός;

Visi sunt Scaligero hi versus tam aperte Ennianis respondere, ut crediderit verba haec, Quid petam, &c. ab Hecuba dicta, & ex iis Euripideis Ennium convertisse: quod miror ex ore tam docti viri excidisse.

Quandoquidem, ut infra clariùs demonstrabimus, haec ab Andromache proculdubio dicta sunt. Nam (ut antè monuimus) placuit Ennio in hac fabula inducere Andromachen plura dicentem, quae sub Hecubae persona ab Euripide scripta sunt.

ARCE, ET URBE SUM ORBA,] Prosonomasia, quam maximè affectabant Veteres, Plautus Stichò,

Tantum à portu apporto bonum — Ex hoc autem loco dubitatio sublata est, Ennium germanum horum quinque versusum auctorem fuisse. Cicero enim in oratore, ubi de mutatis verbis loquitur, Mutata, inquit, in quibus pro verbo proprio subjicitur aliud, quòd idem significet, sum-

Gg 2 ptura

Quoi nec patriae arae domi stant; fractae, & disiectae jacent:

Fana flamma deflagrata, tosti alti stant parietes, Deformati, atque abierte crispa --- O pater, ô patria, ô Priami domus, Septum altisono cardine templum: Vidi ego te, adstante ope barbarica,

Idem ibid. & 1. de Orat. bis, & 3. in fine. Idem 1. Tusc.

ptum ex re aliqua consequenti. Quod quamquam transferendo fit, tamen alio modo transtulit, cum dixit Ennius, Arce, & urbe orba sum.

QUOI NEC PATRIAE ARAE] Hostium amplificat immanitatem, qui nec aris, nec sacris Deorum locis pepercerint.

ARAE DOMI STANT;] Huic voci jacent postulit.

FOSTEI ALTEI STANT PARIETES,] Tostei, tremati à torreo.

DEFORMATEI] Uberiùs Euripidis chorus in Hecuba,

Ἀπὸ δὲ σεφάνων κέκασται Πύργων, κατὰ δ' αἰθάλου Καπνοῦ κηλὶδ' οἰκτροτάτω κέχρασται.

ABIETE CRISPA] Laquearia, quorum infra mentio fit, demonstrat abiegnis trabibus fuisse contexta. Est enim ejus arboris materies trabibus praecipua, ut tradit Plinius l. 16. c. 10.

O PATER, O PATRIA,] Ab eadem persona haec, & quae superius recensuimus, dicta esse certum est, non modò ex 3. Tusc. ubi sequitur Cicero, scis quae sequantur, & illud imprimis; ô pater, ô patria, &c. Sed etiam ex extremo de Orat. ubi cum Cicero superiora memorasset, Quid petam praesilii, &c. addit, Quam leniter, quam remisè, quam non actuosè insit enim; O pater, ô patria, &c. Andromachen autem haec loquentem satis reor vocem illam Pater indicare: quam omninò indecentem, ac incongruam esse in ore Hecubae, quis non videt? Rectè tamen Andromache Priamum patrem vocat: quia, ut Pomponius ait l. 16. ad Sabinum, parentis locum socer obtinet. Hecuba autem

in confectione apud Euripidem in Troadibus praetermissa, ut absurda, patris voce, tantum inquit; ô patria, ô misera, te desertam lugeo,

Ὡς πατρὶς, ὧ μελέω, Καταλειπομένην σε διακρῖω.

Sunt autem Ennii versus anapaestici dimetri acatalectici. Ad hunc verò locum videtur respicere illud Cornelii Taciti lib. 13. Annal. Ille constanter exorsus est carmen, quo evolutum eum sede, patria, rebusque summis significabatur.

SEPTUM ALTISONO CARDINE TEMPLUM:] Templum hic intelligitur vel pro loco in arce consecrato, in quo erat ara, de qua mox dicemus; vel pro ipsa Priami regia undique confpicua. Septum autem est additum, quia, ut Varro docet, omne templum debet esse circumseptum, nec plus quam unum introitum habere. Eà voce Altisono in Iphigenia est usus.

VIDI EGO TE,] Pathos à visu; acerbis enim quae intuemur, animus afficiunt, quam quae facta audimus. Hinc Virgilianus Aeneas Aen. 2.

Et Priamus apud eundem ibidem, Polyte in conspectu occiso,

qui nati coram me cernere leibum Fecisti

Opat 1. 10. Turnus, ut Pallantis morti, quem mox suis manibus occubiturum animo praecerat, pater Evander spectator adesset. Mofchus in Megara,

Τὸὺς μὲν ἐγὼ δὲ σπυροῖς ἐμοῖς ἴδον δὲ φθαλμοῖσι Βαλλομένους ὑπὸ πατρί

Cicero l. 6. Epist. fam. epist. 1. Oculi augent dolorem, qui ea, quae caeteri audiunt, intueri

Tecteis caelatis, laqueatis, Auro, ebore, instructum regificè. Haec omnia vidi inflammari,

Idem 1. & 3. Tusc.

tueri coguntur, nec avertere à miseris cogitationem sinunt. Et eod. lib. Epist. 4. Equidem nos quod Romae sumus, miserrimum esse dico: non solum quod in omnibus malis acerbius est videre, quam audire: sed etiam &c. Et l. 4. Epist. 13. Nec audio solum, quod ipsum esset miserum, sed etiam video, quo nihil est acerbius, eorum fortunas dissipari. Lib. etiam 7. Epist. 24. Quanquam enim haec etiam auditu acerba sunt, tamen audire tolerabilius est, quam videre.

ADSTANTE OPE BARBARICA,] Virgilius lib. 8. Hinc ope Barbaricâ, variisq; Antonius armis Victor

Est autem apud Ennium collatio à summa felicitate ad summam miseriam, quasi dicat; Vidi te incolomi regno, regis, summisque divitiis affluentem, nunc autem vastam aspicio. Auger enim vehementer affectum rei, quae non est, repraesentatio, ut summa quondam fuit. Barbaricas opes intelligit maximas, nimiumque prolixas: fuerunt enim Barbari opulentissimi. Sulpitius Lupercus, Barbaricae ingenis anteferantur opes. Euripides Iphigenia, Χρυσὴ τε λαμπρὸς, βαρβαρῶν χλιδὴ μαται. Virgilius haec omnia videtur adumbrasse, cum ait l. 2. Aen.

Vidi Hecubam, centumque nurus, Priamumque per aras Sanguine foedantem, quos ipse sacra verat, ignes.

Quinguaingenta illi thalami, spes alta nepotum, Barbarico postes auro, spoliisque superbi Procubere

Ubi Servius aurum Barbaricum interpretaur, aut multum, aut verè Barbaricum, quia πληρημονὴ τῶν βαρβαρῶν. Barbari praeter Graecos omnes dicebantur: & praecipue Phryges, quod & Eustathii auctoritate comprobatur, qui ait Βρίγας, καὶ

Φρύγας ab Antiquis βαρβαρῶν appellari. Unde de se ipso Hector apud Euripidem sic ad Rheium serò ferentem suppeticas, Σὺ δ' ἐγγυεὴς ἂν, βαρβαρῶν τε βαρβαρῶν Ἑλλήσιν ἡμᾶς προύπιες, τὸ σὸν μέγος.

TECTEIS CAELATIS, LAQUEATIS AURO, EBORE,] Hoc est laquearibus auro, ebc- reque ornatis. Horatius l. 2. Car. Od. 18. Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar.

Lucretius l. 2. Nec domus argento fulget, auroque renidet, Nec citharis reboant laqueata, aurataque templa.

Virgilius l. 1. Aen. dependent bychni Laquearibus aureis.

Sed illa Hecubae exclamatio apud Euripidem videtur affimilis; ô decora tecta, ô quondam felices domus, ô opibus, liberisque florentissime Priame,

Ὡς σχήματ' οἰκῶν, ὃ ποτ' εὐτυχεῖς ὀμοί, Ὡς πλείε' ἐχθρῶν κάλλις ἂν εὐτενότητε Πριάμω

HAEC OMNIA VIDI INFLAMMARI,] Haec etiam cum superioribus jungenda esse dubium non est. Ait enim Cicero postquam ea retulit; Ex aggregatis igitur Regis opibus, quae videbantur sempiternae fore, quid adjungit? Haec omnia vidi &c. Quod patet etiam ex 3. de Orat. ubi commemorato eo versu, ô pater, ô patria, ait, & quae sequuntur; Haec omnia &c. Quod si pauci versus interjecti desint, ex continuatione tamen orationis eandem personam locutam apparet. Andromachen autem locutam, unus Cicero idoneus esse testis potest, qui sic inquit; Hi poterant omnes eadem illa de Andromacha deplorare, Haec omnia vidi &c. Quamobrem ab Andromacha haec dicta sunt, Scaligeri pace, qui partem horum Hecubae esse existimavit. Nec de Auctore est dubitandum: si enim in parte eum cognovimus, in toto jam cognitus idem est.



Priamo vei vitam evitare,  
Jovis aram sanguine turpari.  
Heu reliquias femiaffi regis, denudatis ossibus

Idem r.  
Tusc.

VEI VITAM EVITARI,] Vetustè, ac quidem venustè dictum est pro interfici, vitæque privati.

JOVIS ARAM SANGUINE TURPARI.] Priami nimirum sanguine, qui cum funditus dirutam, prostratamque jacere patriam videret, nec humana ope, victoribus omnia diripientibus, vastantibusque obsisti amplius posse, ad aram extremum victorum perfrugium confugit: ubi cum tamen Pyrrhus interemit. Ejusdem arae, quae sub dio erat in impluvio meminit Virgilius exponens & ipse Priami fatum l. 2. Aen.

Aedibus in mediis, nudoque sub aetheris axe  
Ingens ara fuit; juxtaque veterrima laurus  
Incumbens arae

Ovidius l. 13. Met.

Exiguumque senis Priami Jovis ara cruorem  
Combiberat

Ad haec totum hunc locum Ennius ab Euripide mutuatus est, apud quem in Troadibus flens Hecuba insolabiliter dolet, non ex aliorum sermone Priami caedem cognovisse, sed suis ipsius oculis vidisse trucidatum ad Hercei Jovis aram, & urbem incendio pereuntem;

Καὶ τὸν φουουργὸν Πριάμον, οὐκ ἄλλον πᾶρα  
Κλύουσ' ἔκλαυσα, τοῖσδε δ' εἶδον ὄμμασιν  
Αὐτὴ κατασφαιγένη' ἐφ' ἑρκίῳ, πυρρᾷ

Πόλιν θανοῦσαν

Harpocration explicans locum quandam Dinarchi oratoris ex oratione adversus Mofchionem, in qua Jovis Hercei arae fit mentio, ait, Ἐρκείος ζεύς dictus, quod arae ejus intus in septo aedium praefertim optimatam erigerentur. Ἐρκος enim septum, claustrumque significat. Eustathius autem χ. ὄδου. putat aram hanc fuisse extrā ἀδύην sub dio. Quod verum esse, Maronice loco supra citato confirmatur. Ducitque ἑρκείος etymon ab ἑρκείος συναερεσι facta. Meminit & hujus arae Hyginus in Fab. & Pausanias in Meslenicis. Ovidius in Ibin de Priamo,

Nec tibi subsidio praesens sit numen, ut illi  
Cui nihil Hercei profuit ara Jovis.

Tradit lib. 1. Arrianus, qui Alexandri magni res gestas accuratè prosecutus est, magnum illum Ducem, ut Priami manes placaret, ei ad Jovis Hercei aram parentasse. Cujus etiam meminit Lucanus lib. 9. ubi Caesarem facit per Troadem transcurrentem,

Herceas, monstrator ait, non respicias aras? 368  
Seneca in Agam.

Sparsum cruore Regis Herceum Jovem.

Idem in Troadibus utriusque Poëtae locum non satis feliciter imitatur sub persona Hecubae,

Vidi execrandum regiae caedis nefas,  
Ipasque ad aras majus admissum scelus  
Aeacidae armis

Lycophonis interpretis non videtur consentire, Priamum in ara, quae in impluvio est trucidatum fuisse: inquit enim Priamum in Jovis Hercei templum fugâ dilapsum à Neoptolemo fuisse percussim, ob id quod Achilles in Apollinis Thymbraci templo ab Alexandro necatus esset. Cujus verba sunt; ὁ Πριάμος γὰρ ἐν τῷ τοῦ Ἐρκείου Διὸς ναῷ κατασφαιγὼν ὑπὸ Νεοπτόλεμου ἀνῆρέθη, ὅτι καὶ Ἀχιλλεὺς ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἐν τῷ τοῦ θυμβραίου Ἀπόλλωνος ναῷ ἀνῆρέθη.

HEU RELIQUIAS] Cicero septenarios duos hos versus appellat, à quo dissentit Julius Caesar Scaliger, qui in libello de versibus comicis ait; Sed profecto magnos viros auctoritas saepe texit, etiam malè sentientes: sicut Ciceronem quoque fugit ratio, cum in prima quaest. Tusc. septenarios vocat illos. Heu reliquias, &c. Fateor me audacter adjunxisse duos hosce versus, & tres consequentes senarios è diversis lectos locis, cum nihil quicquam nec de Auctore, nec de fabula haberem percepti. Conventientia tamen sermonis fecit, ut confiderem, si adjunxissem, eruditiores non improbaturos. Videtur autem etiam nunc queri

Per terram sanie delibutam foedè divexarier.  
Vidi, videreque passa sum aegerrimè,  
Curru Hectorem quadrijugo raptarier:  
Hectoris natum de moero jactarier.

Idem ibid.

Varr. l. 9. de  
ling. Lat.

Idem lib. 6.

Acherusia templa alta Orci salvetè infera.

queri Andromache, Regis cadaver semicrematum foedè projectum jacere. Praeclare in Troadibus hunc locum expresse Seneca, multaque energiâ, & commiseratione;

— ille tot regum parens  
Caret sepulchro Priamus, et flammâ indiget,  
Ardeat Troja

Huc accedit illud Manilii l. 4.

Priamumque in litore truncum,  
Cui nec Troja rogas

Movet vehementer pathos, profususque miserabile est, alicui deficere, quod passim omnibus in promptu est.

SEMIASSI REGIS,] Pathos à fortuna. Sic Virgilius l. 2. Aen.

— tot quondam populis, terrisque superbum  
Regnavitæm Asiae, jacet ingens litore truncus.

VIDI, VIDEREQ.] Adhuc à visu excitat commiserationem. In Cicrone ita, sed male opinor, legitur,

Vidi videre quod me passa aegerrimè  
Hectorem

369 Hoc verò, quod mox sequitur, de Graeca Andromache Nofter sumpsisse videtur, ubi ea sic queritur;

— Ἡ τις σφαγῆς μὲν Ἐκτορος τροχληάτους  
Κατεῖδον, οἰκτρῶς τ' Ἴλιον πυρρῶμενον;

Virgilius de ea re l. 1. Aen.

Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.  
Et rursus l. 2.

Raptatus bigis, ut quondam, aterque cruento  
Pulvere

Homerus eam rem longiori prosequitur oratione antepenultimo, & extremo Iliados.

HECTORIS NATUM DE MOERO JACTARIER.] In Varrone legitur, Hectoreis natum de moero Trojano jactari. Scaliger putat, epitheton illud Trojano rejiciendum, ut otiosum, & esse alicujus studiosi interpretationem: ipseque primus hunc sena-

rium conjunxit cum praecedente; ac nos eò libentius ejus factum probamus, quod Euripides in principiis Andromaches illam simul facit plorantem Hectoreis necem, & Astyanactis casum, ad hunc modum;

Ἡ τις πόσιν μὲν Ἐκτορ' ἐξ Ἀχιλλείας  
Θυρόν' ἐρείδον, παῖδάδ' ὄντιντα πάσει,  
Ῥιθθέντα πύργων Ἀστυνάκτ' ἀπ' ἐρθίων.

Quod autem περιφραστικῶς, Nofter Hectoris natum, Seneca Hectorem Priami nepotem dixit; sic enim in Troade,

Turre de summa cadat Priami nepos Hectoreus.

Ferunt cum Astyanactia vocatum ἀπὸ τοῦ ἄστου, καὶ ἀνάστω. Homerus cum Scamandrium dictum scribit, sed ab aliis Astyanactem appellatum, quod unus Hector Ilium fervaret,

Τὸν Ῥ' Ἐκτορ καλέεσκε σκαμάνδριον, αὐτὰρ οἱ ἄλλοι

Ἀστυνάκτ', οἷος γὰρ ἐρέετο Ἴλιον Ἐκτορ.

Causam verò cur tam immaniter in puerum saevitum sit referunt; ut nemo ex Priami stirpe superstes remaneret, ne aliquando ulciscendi occasio praerberetur. Ex tota autem Euripidea Andromache duos hos supra memoratos locos videtur Ennius potius imitatus, quàm convertisse. Sed Tragoediam Astyanactis nomine, ut illud etiam non omitramus, apud nostros Actius, & Rutilius Geminus dederunt.

ACHERUSIA TEMPLA] Varro ex Andromache adducit hunc versum: non autem addit ex quo Poëta. Quia verò apud Latinos nemo adhuc legitur hanc eandem scripsisse fabulam, non dubitanter Ennio adscripsimus: Cicero tamen affert longè diversus,

Acherusia templa, alta orci, pallida  
Leti, obscuribula, obsita tenebris loca.

Lucretius sive alium Ennii versum referens, 370  
sive

Andromachae nomen qui indidit, rectè indidit.

Idem ibid.

sive hunc locum imitatus, ait lib. 1.

*Etsi praeterea tamen esse Acherusia templa.*  
Et lib. 4. — *Acherusia templa petentes.*  
Item ibid.

*At contra nusquam apparent Acherusia templa.*

ALTA ] Profunda.

ANDROMACHAE NOMEN QUI INDIDIT, ]  
Varronis locus ita se habet; *Apud Ennium, Andromachae nomen qui indidit, rectè indidit. Item; Quapropter Parim pastores nunc Alexandrum vocant. Imitari dum voluit Euripidem, & ponere etymon, est lapsus. Nam Euripides quòd Graeca posuit, etyma sunt aperta. Ille ait ideo nomen additum Andromachae, quòd ἀνδρὶ μάχεται. Hoc Ennii quis potest intelligere in versu significare: Andromachae nomen qui indidit, rectè indidit? aut Alexandrum ab eo appellatum in Graecia, qui Paris fuisse? à quo Herculem quoque cognominatum Ἀλεξίκακον, ab eo, quòd defensor esset hominum.* Ex quibus apparet, à Varrone Ennium reprehendi, quòd dum Graeca etyma vult transferre, ea dicit, quae non intelligantur. Caeterum cum ea nominis etymologia nusquam legatur in Euripide, quae est in manibus, incidit suspicio, alterius esse Andromachae. Nec quidem excusari potest Euripides, quin in etymis recensendis longior sit, quam par est. Apud quem in Bacchis Dionysus loquens cum Pentheo Thebanorum rege ipsius sacra contemne, audito Penthei nomine, illud ei inquit ad infelicitatem congruere,

Ἐνδυσχῆσαι τοῦνομ' ἐπιτήδειος εἶ.  
πένθος enim Graecis luctus est. Ad quod etiam etymon allusit Chaeremon hoc senario,

Πενθεύς ἐνομίης συμφορᾶς ἐπάνυμος.  
Euripides de Polynice, quòd sit νεκίων ἐπάνυμος, & de Thyeste,

ἐπάνυμα δειπνα Θύετον.

Item de Apolline in Phaeëthonte,  
Ὡ χροσοφειγγές ἦλι', ὡς μὲ ἀπώλεσας,  
Ὅθει σ' Ἀπόλλων ἐμφανῶς κλήζει βροτός.  
Sophocles Ajacem facit querentem suum

nomen suis malis respondere, quasi ab *αὐτῷ αὐτὸν dolentis interjectionibus derivetur,*  
*Αἰ, αἰ. τίς ἄν ποτ' ἀδ' ἐπάνυμος*  
*Τούτων ζυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς.*  
Caeteros verò Graecos, qui ea in re sibi plurimum placuerunt, praetermittimus. Id autem è Latinis invenisse quidem, ac nimis frigidè Plautus est imitatus; apud quem Gelasimus parasitus Stichos,

*Gelasimo nomen mihi indidit parvo pater,*  
*Propter paupertatem hoc addo nomen repperi,*  
*Quia inde jam à paucillo puero ridiculus fui:* 372  
*Eo quia paupertas fecit, ridiculus forem.*

Is paullò post cum à Crocotio ancilla compellaretur, negat eo vocari nomine: cumque illa instaret, certò hoc nomen illi fuisse, respondit Gelasimus,

*Fui disertum, verum id usu perdidit:*  
*Nunc Miccotrogus nomine ex vero vocor.*  
Et in Capt. Hegio ita Philocratem percontatur,

*Quod erat ei nomen? PHI. Thesaurochrysnicochrysidis.*

HEG. *Videlicet propter divitias inditum id nomen quasi est.*

Et apud eundem Chrysalus, qui ab auro nomen habet, inquit in Bacch.

*Quid mihi referi Chrysalos esse nomen, nisi factis probo?*

In Mercatore verò ait Lyfmach.

*Quid ais tu? quod nomen tibi dicam esse?*  
P.A. *Pasicompsae:*

LY. *Ex forma nomen inditum est.* —

Apud eundem Harpax in Pseud.  
*Hostes vivos rapere soleo ex acie, ex hoc nomen est mihi.*

Et in Poen.  
*Vosmet nunc facite conjecturam caeterum,*  
*Quid id sit hominis, cui Lyco nomen sit?*

Quantò verò accommodatiùs Cicero Chrysofoni nomen explicavit, qui pro Rosc. Amer. ait, *Venio nunc ad illud nomen aureum Chrysofoni.* Sed illud durius in Arato: at quoniam Graeci Poëtae sententiam exponebat, venia dignus est,

*Engonasin vocitant, genibus quia nixa ferantur.*

Et enim

Malo torquetis cum aerumnis illum exanclari diem. Non.

Haec a malos annos, multosque longinquè ab domo Idem Summum.  
Bellum gerentes summum summa industria.

Quid sit seditio? tabes ne an numeros augificat suos? Idem.

Nam neque iratei, neque blandei quicquam syncerè Idem.  
sonunt.

Nam ubi introducta est, puerumque ut laverunt, col- Idem.  
locant in clupeco.

a malè annos

Etenim eo nomine, qui siderum rationem profitentur, caeleste illud signum appellant à corporis positione. Id autem Ovidius lib. 8 Metamorph. Nixum genu vocavit; Manilius 5. Nixam genu speciem; Vitruvius 9, cap. 6. Nixum in genibus, & Jul. Firmicus 6. Ingeniculum. Non malè Ausonius Protefilai nominis enodationem explicavit in ejus epitaphio;

*Fatalem adscriptum nomen mihi Protefilao,*  
*Nam primus Danaum bello obiit Phrygio.*  
Et, *Protesilaè, tibi nomen sic fata dederunt,*  
*Victima quòd Trojae prima futurus eras.*  
Huc pertinet illa Laodomaciae apud Ovidium addubitatio;

*Sors quoque nescio quem fato designat iniquo,*  
*Qui primus Danaum Troada tanget humum.*

*Infelix quae prima virum legebit ademptum.*  
*Dii faciant, ne tu strenuus esse velis.*

372 Illud etiam in 12. Metamorph.

*Hectorea primus fataliter hasta,*  
*Protesilaè, cadis —*

Ejusdem generis est illud Cydippes;  
*Mirabar quare tibi nomen Aconitius esset,*  
*Quòd faciat longè vulnus, acumen habet.*  
Graecis enim ἀκόντιον jaculum est.

MALO TORQUEATIS ] Vetus codex, malo torquentis.

EXANCLARI ] Perpeti: in antiquo scriptum est Exanclari.

BELLUM GERENTEIS SUMMUM SUMMA ]

Παρονομασία ex varietate ejusdem nominis casuum. Summum, gloriosum, & laudabile interpretatur Nonius. Ab eodem rursus hi duo versus adducuntur ex Accii Andromache: quia verò non constat aliunde, Accium hanc dedisse fabulam, ibi pro Accius; Ennius est reponendum.

QUID FIT SEDITIO? &c.] Lipsius distinguit, ac legit,

*Quid fit? seditio tabetne, languetque, deficit?*  
AN NUMEROS AUGIFICAT ] Augificat idem quod auget valere scribit Marcellus.

NAM NEQUE IRATEI, NEQ. BLANDEI ] Duplices viros intelligit, qui aliud in corde habent, aliud ore proferunt.

PUERUMQUE UT LAVERUNT, COLLOCANT IN CLUPEO.] Apud Nonium perperam affertur hic locus ex Andromeda pro ex Andromeda: sicut alius contra apud Varro-nem l. 4. de ling. Lat. ex Andromacha pro ex Andromeda. Quid enim ad Andromeda pertinet puer in clupeco allatus? Quae autem hujus loci sententia sit, ex Euripidis Troadibus intelligi potest. Ibi Talthy-bius inducitur asserens Hecubae Astyanactis corpus è turri praecipitatum super aereo Hectoris clypeo, in quo Andromachae nomine Hecubam rogat, ut eum sepeliat.

Ex hoc autem loco videtur Ennius induxisse, mulieres cadaver lavisse. Euripides verò Talthybius facit dicentem, se Hecubam lavandi molestia levasse, quando,

Hh dum

Rapit ex alto naveis velivolae.

Maer. lib. 6. cap. 5.

--- fed quasi

Ferrum, aut lapis dura, rarenter gemitum  
Conatur trahere ---

Non.

--- di..... m est. nam miffare si.....

Fest. Sum-  
miffi.

dum per Scamandrum ipse transfret, corpus, & vulnera abluit. Mos autem in clypeo efferendi funus à Spartanis militibus videtur institutus. Notum siquidem est Lacacnae illius mulieris dictum, quae dum filio ad bellum proficiscenti clypeum daret, Tu, inquit, fili aut hunc, aut in hoc. Ad quem morem respiciens Maro ait l. 10.

--- dependet languida corvix  
Exterior clypeo, crinesque à fronte supini.  
NAVEIS VELIVOLAS] Vide 14. Annalium.  
SED QUASI FERRUM, AUT LAPIS DURA] Eleganti quidem similitudine commiserationis affectus excitatur. Iis enim, qui summo animi moerore affecti sunt, sensus, membraque omnia obtorpescent, ut immobiles videantur, nec pro tempore aut gemere, aut lacrymas effundere possunt, Malè in Nonio pro dura, duras scriptum est, & trahere pro trahere. Nos autem ex conjectura sic legimus.

at socii multo gemitu, lacrymisque  
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.  
Hinc Philippi epigrammatarii effluxit illud,  
Ἄσπις τῦμ' οὐ κόσμος μέγας.  
373 Quò etiam respexit Statius,

EX HECUBA.

376 Hanc Euripidis fabulam Ennius more suo convertendi liberè Latinam fecit. Quamobrem ex Euripidea argumentum peti potest, ne idem nos recensendo im-

moremur. Illud sciendum, Accium quoque aliam ejusdem nominis scripsisse, sed argumento à se quidem excogitato, ut consueverat.

EURIPIDIS.

Ἡ' κω, νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας  
Λιπῶν, ἰν' ἄδης χωρὶς ὤκισται θεῶν,  
Πολύδωρος, Ἐκάβης παῖς γεγῶς τῆς Κισσέως.

ENNII.

Adsum, atque advenio Acherunte vix via alta, at-  
que ardua,  
Per speluncas faxeis structas aspereis pendentibus  
Maxumeis; ubi rigida constat, & crassa caligo inferum;  
Unde animae excitantur obscura umbra, aperto ostio  
Alti Acheruntis, falso sanguine imagines mortuorum.

ADSUM, ATQUE ADVENIO] Non modò non erat, sed ne quidem an ex Ennio. an ex hac fabula essent hi versus, certum Verumenimverò ex Graecis Euripideis, quibus

quibus respondere videbantur, suspicatus tum Ennii esse, quando non constat ab alio scriptam esse hanc fabulam: tum esse ex Hecuba; quam uterque Poëta ex εἰδολοποιῆσι, id est, simulachri effictione inchoavit. Sunt enim haec verba umbrae Polydori indicantis immanem, nefariamque sui ipsius caedem à Polymnestore ob auri potiundi cupiditatem perpetrata, qui sine ullo sepulturae honore in mare eum projecit, cujus corpus queritur haëtenus insepultum fluctibus agitari. Quà in re plurimum Euripides discrepat ab Homero, qui lib. 2. Iliad. scribit Polydorum fuisse à Achille interemptum. Virgilius autem l. 3. Aen. consentit cum Euripide, fuisse à Polymnestore trucidatum: sed ipse sibimet contrarius videtur, nam eum modò dicit fuisse relictis confixum, cum ait;

--- confixum ferrea texit  
Telorum seges, et jaculis increvit acutis.  
Modò vult obruncatum fuisse, cum ait;  
--- Polydorum obruncat

Quae quidem varietas ex scriptorum inter ipsos inconstantia oriri videtur: sed illud, quod queritur, esse insepultum, est omnino Virgilio contrarium; apud quem Polydorus Aeneam rogat, ut sepulto parcat. Insuper Polydorus prologi partes agens denuntiat Achillae umbrae apparitionem, quae, ut ejus soror Polyxena sibi maectaretur, postulabat. Haud diversà sanè ratione Sophocles in Polyxena induxit Achillae animam venientem ab Acheronte, loquentemque his verbis;

Ὡ' τὰς ἀπαιωνίας τε, καὶ μελαμβραφεῖς,  
Λιπῶσα λίμνης Ἀχέροντος ἔξυπλήγεις,  
Ἥχουσα γόους ἡλδοῦ ἄρσενας χροάς.

ACHERUNTE] ἀπὸ πάντων ἀχῶν, hoc est, à doloribus dictus Acheron: indeque Menalippides in Persephone,

Καλεῖται δὲ ἐν κόλποισι γυναικας ἀρμαῖοσι  
προχέων Ἀχέραν.

Et Lycimnius,  
Μοριῶς πάσας δακρύων ἀχέων τε βροεῖ.  
Rursus verò,

Ἀχέραν ἄχρα πορθημύει βροτοῖσι.

Eam verò ob causam antiqui vates finxerunt mortuorum animas per Acherontem transvehì; quòd sibi credula, ac supersti-

tiola vetustas persuaserat, cunctos homines post mortem, ut Apollodorus tradit volum. 20. περὶ τῶν θεῶν, omnibus moeroribus, ac doloribus exui. Praeter hunc autem inferorum fluvium plures alios fluvios Acherontes appellari pròditum est ab auctoribus, quorum unus ad Heracleam Ponti est, ità appellatus, ut refert Andro Telus ἐν περίπλω, ab Acheronte Marian-dynorum Rege; per quorum regionem, ut tradit Euphorion, praeterfluit. Is postea Soonantes à nautis quibusdam Megaren-sibus vocatus est; quoniam ingentem illum maris tempestate incolumes evaserunt, ut in 2. Argonauticor. Apollonius scriptum reliquit. Meminit & Herodotus de Heraclea, quam Acherusiam aëcolae vocant, quòd tradit Cerberum ab Hercule ductum esse, ibique evomuisse bilem, ex qua venenum, quod aconitum appellatur, ortum est. Justinus ex Trogi historia l. 12. mentionem fecit Acherontis, qui est in Epiro, & alterius apud Brutios: apud quem Alexander Epirotarum Rex trucidatus est, Dodonaci oraculi responso deceptus, jubente, ut Pandosiam atque Acherontem caveret. Quae utraque cum in Epiro essent, nescius, & urbem, & fluvium cognomines esse in Italia, ut vitaret fatorum minas, Italiam petiit Tarentinis contra Brutios suppeticas ferens. Qui tandem cum à finitimis auxilia contraxissent, Alexandrum juxta fatalem Pandosiae urbem, annemque Acherusium trucidarunt. Cujus rei mentio quoque est apud Strabonem l. 6. & Livium l. 8. qui aperte ad fluminis etymon respexit, cum ait; Fessus metu, ac labore miles increpans nomen abominandum fluminis, jure Acheros vocaris, inquit. Oraculi autem verba duobus his hexametris comprehensa fuisse dicuntur;

Αἰωνίδη προφύλαξο μολεῖν ἀχερούσιον ὕ-  
δαρ,  
Πανδοσίαν τε, ὅτι τοὶ θάνατος πεπρωμένος  
ἐστὶ.

Vocat in Terpsichore Herodotus Thespotos hos Epiri populos, qui sunt ad flumen Acherontem, apud quos asserit fuisse νεκρομαντήιον, hoc est, defunctorum vaticinia. Quantò verò Latinus Poëta Graeco

magnificentiis, quantoque cultiore dicendi genere haec extulit, ex utriusque collatione cognosci potest. Cicero quidem, ubi hos versus memorat, ait; *Frequens confessus theatrī, in quo sum mulierculae, & 378 pueri, movetur audiens tam grande carmen.*

*Adjum &c.* Est quidem operae pretium in his versibus animadvertere frequentem a literae repetitionem, quae cum crebra vocalium concursione, vastam ac hiantem reddit orationem, praesertim cum crebra vocalium collisione. Et nescio, an versus alius sit, in quo decem a inveniantur, & sex collisiones. Sunt in eodem septem u, quā litera umbrosā, tenebrisque conserta loca aptissimè exprimuntur; sumpta ab hujus literae prolatione similitudine. Cum enim u proferimus, os comprimimus, occludimusque quasi inde lucem arcetes; cujus sonus, quoniam occluso ore proferitur, obscurus sanè est, luporum ululatum penè referens. Contrā verò cum o proferimus, os adaperimus, oris rotunditate characteris formam imitando. Unde maxime haec litera, ad ea, quae patent, exprimenda idonea est; maximeque cum ejusdem literae sequitur collisio, quòd tantò magis aperto ore immorandum est. Habes hic exempla utriusque literae u, excitantur obscura umbra, o, aperto ostio Alti Acherontis. Sed nescio, quid occulioris artificii in his lateat, ut cum Acherontis meminerunt poëtae, semper ferè a literam inculcet, crebrisque utantur collisionibus: quod in illis etiam patet versibus, quos in Andromache retulimus,

*Acherusia templa, alta orci, pallida*

*Leti, obnubila, obsita tenebris loca.*

Eodemque modo concinnatum videtur illud Maronis l. 7. Aen.

— atque imis Acheronta affatur Avernus.

VIA ALTA, ATQ. ARDUA,] Inaccessa, & salebrosa.

PER SPELUNCAS SAXEIS STRUCTAS] Subterraneum specum describit, per quem ad inferos patebat accessus; quam verò idoneis verbis itineris difficultatem, locique caliginem, horroremque exprefit, quam asperis, quam gravibus, quam durè sonantibus usus sit, sine observatione non

est praetereundum. In hoc enim versu praeter novem s, & unicum x, quod duorum ss vim obtinet, quae asperum quandam emittunt sibilum, praesertim alia consonante praecedente, vel subsequente, aut etiam pluribus, omnes consonante terminantur, omnesque praeter unicam dictionem a consonantibus incipiunt. Hujusmodi quoque observatione digna quidem sunt illa Maronis l. 6.

*Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatus, Scrupes, ruta lacu nigro*

In quibus ultimis verbis, ut speluncae denotaret obscuritatem, tres dictiones unamquamque u habentem clegit. Ex quorum collatione discerni potest, quam exilia, & jejuna sint illa Thyestae apud Senecam;

*Opaca linquens Diis inferni loca*

*Adsum, profundo Tiarari emisus specu.*

Sed Lucretius admiratus hujus verius majestatem ita iisdem verbis ex trochaico catalectico hexametrum confecit l. 6.

*Speluncasq; velut saxis pendensibus structas.*

ASPEREIS; PENDENTIBUS] Virgilius l. 1. Aen. *scopulis pendentibus.*

UBI RIGIDA CONSTAT,] Quoniam inferos illos, subterraneosque specus umbris obductos esse dixit; ideo physicè caligini rigidae epitheton addidit. Nigrorem enim, & frigus ejusdem substantiae esse voluit Empedocles: sicut in igne ejusdem substantiae sunt calor, & lux: nam ut lucido sese tenebricosum opponit, sic calori frigidum.

CRASSA CALIGO] Obductum, ac densum aëra intelligit omni prorsus luce carentem, in quo nihil discerni potest: unde dicit τὸ αἰεθὲς orcum, sive Plutonem αἰθρῆ vocaverunt. Est & μεταληψίς, quae a nobis transumptio dicitur, per quam passim procedimus ad id, quod ostendere volumus, & ex rebus, quae praecedunt, ea, quae subsequuntur, insinuamus. Nam hic crassa caligo densum aëra, densus aër nigrorem, nigror tenebras, tenebrae verò speluncam in praecipis profundam denotant. Lucretius l. 6.

*Affixae fulvae nubis caligine crassa.*

Et ibid.

— & crassa volvit caligine sumum.

UNDE

UNDE ANIMAE EXCITANTUR] Est in hoc versu binarum, ternarumque consonantium connexio, quae asperum sonum reddunt: sunt quinque collisiones, quae grandem faciunt orationem. Refert autem duos hosce versus Cicero non longo a tribus superioribus intervallo: qui sanè styli, & sententiae similitudine ejusdem Auctoris esse, atque hoc ordine scripti merito possunt videri. Loquitur autem Poëta de manium nefaria invocatione, quam Graeci νεκρομαντείαν vocant, unde Necromantes sunt dicti, qui magicis praestigiiis à sepulchris elicebant mortuos. De qua re satis abundeque ab Homero λ. ἔδωκ. scriptum est. Heliodorus in historia Aethiopica mirificè anus cujusdam magicas describit artes, quo modo filii cadaver excitabat, loquiturque cogebat, à quo didicit omnia, quae mox sibi eventura erant. Fatebatur Simon ille Magus, ut refert Romanus Clemens l. 2. ἀναγγάσειον, pueri incorrupti, violenterque necati animam cantaminibus ineffabilibus evocant sibi adfistere, ac praesto esse, si quid fieri vellent. Refert Philostratus in vita Apollonii Tyanei l. 4. eum magicis praestigias abominantem iis precibus Achillem ab inferis revocasse, quas pro placandis Heroibus dicere Indorum Sacerdotes consueverunt. Ex Latinis plura fortasse Laberius in fabula, cui nomen Necromantia fecit, & Lucanus l. 6. qui scri-

bit exanimis cadaveris artus vi carminum erectos ventura aperuisse fata.

APERTO OSTIO ALTEI ACHERUNTIS] Euripides σκότου πύλας. Lucretius l. 6. ad hunc fortasse locum respiciens;

*Januae his orci potius regionibus esse*

*Credatur postea; hinc animas Acheruntis in oras*

*Ducere foris deos manes infernè recamur.*

Virgilius l. 6.

*Noctes atque dies patet atri janua Diis.*

Idem ibid.

*Unum oro (quando hic inferni janua Diis*

*Dicitur)*

Et in extremo quoque Georg.

— alta ostia Diis,

*Et caligantem nigra formidine lucum.*

Ostium autem, per quod ad orci fauces

patebat accessus, persuasit sibi vetustas fuisse propter Baias inter Lucrinum lacum, & Avernum. Unde orci janitor à poëtis Cerberus dictus est. Sed & in locis pestilentibus Veteres orci ostium esse crediderunt. Unde festivè Plautus Trinum.

— *Acheruntis ostium in nostro se agro.*

Appellarunt quoque orci ostium Manalem, ut ex Festo liquet.

ALTEI] Profundi.

FALSO SANGUINE] Apparet, evocationes magicas non sine sanguine fieri solitas; sive, ut refert Augustinus de Civit. Dei, quia sanguinem amare Daemones dicuntur; sive quia, ut ait vetus Statii interpret lib. 6. Theb. sanguis propriè videtur animae esse possessio, unde exangues mortuos dicimus. Passim quidem, ut apud poëtas videre est, Veteres sanguine in caeremoniis evocandorum manium, aut libationibus utebantur. Unde Iphigenia apud Euripidem, cum Orestis fratri suo, qui sibi mortuus in somnis apparuit, parentare vellent, sanguinem montanae vitulae, Bacchique liquorem, & mel in terram profudit. Virgilius l. 5. facit Aeneam iisdem rebus inferias Anchisae celebrantem hoc modo;

*Hic duo ritè mero libans carchestia Baccho*

*Fundit humi, duo lacte novo, duo sanguine sacro.*

Idem rursus l. 3. in instauratione funeris Polydori praeter vinum, lactis, & sanguinis meminit;

*Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,*

*Sanguinis & sacri pateras, animamque sepulchro*

*Condimus*

Sed tamen mihi suspectum videtur adjunctum illud falso: ni fortasse innuere voluerit, in ejusmodi sacris multas simulatas res haberi pro veris. Dido apud Maronem l. 4. in magicis operibus,

*Sparserat & latices simulatos fontis Avernii.*

Puto autem meliùs legi, falso sanguine; nam eodem epitheto in Cresphonte usus est Ennius,

*Neque miserae livore lacrumae salum sanguinem.*

Quod poëtice potius, quam physicè dictum

Ω<sup>ς</sup> στεροπα<sup>ς</sup> Διδος, ὡ<sup>ς</sup> σκοτία νύξ.

Τὸ δ' αἰξίωμα καὶν κακῶς λέγει τὸ σὸν,  
Πείσει. λόγος γὰρ ἔκτ' ἀδοξούντων ἰῶν,  
Καίη τῶν δοκοῦντων αὐτὸς, οὐ ταυτὸν σθένει.

\* O magna templa caelium,  
Commixta stelleris splendideis.

Varr. l. 6. de  
ling. Lat.

Haec tu, et si pervorsè dices, facilè Achivos flexeris. Agel. l. 11.  
Nam quom opulentei loquuntur pariter, atq; ignobiles c. 4.  
Eadem dicta, eademque oratio aequa non aequè valet.

arbitror. Sudor enim certè salsus est: san-  
quis autem ferè ad dulcedinem propiùs ac-  
cedit, nisi angoribus animi, aut exercita-  
tionibus incaluerit.

IMAGINES MORTUORUM.] Necyomantia, vel  
Necromantia (nam utroque modo dicitur)  
est, cum ipsa cadavera excitari, & futura praed-  
dicere videntur. Cum verò manes, infero-  
rumque umbrae evocantur, ea Sciomantia  
propriè appellatur. Sed Necyomantiae no-  
men omnes magicae artis complectitur spe-  
cies. Eas imagines mortuorum Lucretius l.  
4. & deinde Virgilius l. 4. Georg. dixerunt,  
— Simulachraque luce carentium.

Virgilius l. 4.

— umbraeque silentes,

innuens inferorum locum umbrarum ple-  
num esse: nam non multò post l. 6. ait,

Umbrarum hic locus est —

Noster verò totidem verbis expressit Ho-  
mericum illud Iliad. ψ. εἰδωλα καμόντων.  
Videntur possidere animas imaginibus spe-  
culorum non dissimiles, quae quamvis  
nostram referant speciem, ac motus, actio-  
nesque imitentur, corporeae tamen natu-  
rae, quae tactui subjaceat, expertes omni-  
no sunt. Unde Virgilius l. 6.

Et ni docta comes tenuis sine corpore vitas

Admonet volitare caeva sub imagine formae.

Sequitur Euripides,

Παύδωρος Ἐκλάτης παῖς γεγώς τῆς Κισσείας.

Non extat hujus versus Ennii traductio:

Servius tamen illud Maronis l. 7. explicans,  
— nec face tantum

Cisseis praegnans igneis enixa jugales,  
sic memorat; Regina Hecuba filia fuit secun-  
dam Euripidem Cissei, quam Ennius, & Pa-  
cuvius sequuntur. Nam Homerus Dymantis  
dicit.

O MAGNA TEMPLA CAELIUM,] Varro  
affert hunc locum ex Hecuba: sed non  
memorat, cujus Poetae sit. Nos Ennii  
esse arbitramur. Turnebus asserit, Ennium  
hic vertisse illud Euripidis,

Αἰθέρ' ἀμπράμενος ἀράων,

Ἵψιπτερός εἰς μέλαθρον,

Quod mihi non videtur; nam nihil (ut  
ajunt) ad rhombum. Sunt enim ea Poly-  
mnestoris ambigentis secum, quò se ver-  
teret, aut quorsum ferretur, num pervo-  
let aetheream plagam sublime ad arrium.  
Porro his Ennianis meliùs respondere ar-  
bitramur Graeca, quae superius adscri-  
psimus: quamvis nudis Euripidis verbis  
Ennius addiderit ornamenta.

HAEC TU ET SI PERVERSE] Loquitur  
ad Ulysses Hecuba, eumque rogar, ut à  
Graecorum exercitu impetret, ne filia ut  
victima immoleretur; quandoquidem ipse  
apud Graecos plurimum auctoritate pol-  
leat, quò facile id persuadere possit. Quam-  
vis enim quae dicuntur, eadem sint, ta-  
men plus in ore virorum clarorum habent  
energiae, quam si ab obscuris proferantur.  
Agel-

Ἡμᾶς δ' ἄγοντες πρὸς πυρὰν Ἀχιλλέως,  
Κτενεῖτε, μὴ Φεῖδεσθ'. ---

Φεῦ, Φεῦ. γέρων μὲν εἰμι, ὅμως δέ μοι θανεῖν  
ἔη, πρὶν αἰσχρᾶ περιπεσεῖν τύχη τινί

Miserere a anuis, date ferrum qui  
Me anima privem ---

Non. Misere-  
rite.

b Senex sum, utinam mortem oppetam prius,  
Quàm evenat, quòd in pauperie mea  
Senex graviter gemam ---

Idem Eve-  
nat.

a Vulg. manus b παῖδες.

Agellius, ubi hunc refert locum, *Hos ver-  
sus*, inquit, *Q. Ennius cum eam Tragoediam  
verteret, non sanè incommode aemulatus est.*  
Sed paulò post ostendit, non satis sibi  
facere Ennium reddentem ἀντὶ ἀδοξούντων  
ignobiles, & ἀντὶ δοκούντων, opulentos.  
Nam ait neque omnes ignobiles ἀδοξού-  
σι, neque omnes opulenti εὐδοξούσι. Sed  
quoniam opulenti, & ignobiles non è dia-  
metro repugnant, cum etiam & ignobiles  
passim opulenti sint: ac ratio insuper tro-  
chaici septenarii dictionem opulenti non ad-  
mittat, Alciati sequens sententiam existimo  
pro opulenti, opinati reponendum esse.  
Videntur enim Veteres, opinatos pro ma-  
gnae opinionis, existimationisque homi-  
nibus usurpasse. Unde apud Agellium opi-  
natissimi auctores sunt, qui majores omni  
exceptione habentur. Quare immeritò  
Poeta noster reprehenditur, cum rectè  
δοκούντες opinatos, non opulentos inter-  
pretatus sit.

MISERERE ANUIS,] Ἀρχαῖοι. Vete-  
res quartae inflexionis gignendi casum  
praeter notam in *is* terminationem etiam  
per *i*, & per *is*, proferebant, ut Senati,  
& Senatuis. Sisenna l. 4. Hist. Lucius Cal-  
purnius Piso ex senaticonsulto duas novas tri-  
bus, C. Fannius Conf. contra C. Gracchum  
Senatuis consulta. Sic fructi, & fructuis.  
Terentius in Adelph.

Nunc exactà aetate hoc fructi pro labore fero.  
Ubi Helenius Acron, & hujus fructuis, &  
Senatuis Veteres extulerunt. Nonii autem ex-  
emplaria pro anuis habent manus, ubi for-  
tasse anuis erat, & prima litera oscitanter  
irrepsit. Janus Palmerius legit mei anuis.  
Consternatae verò mulieris impetum, praec-  
que dolore amensis concitata quidem, ac  
dissolutà verborum compositione describit.

DATE FERRUM QUI] Videtur hunc lo-  
cum adumbrasse Cicero, ubi ait in Epist.  
Ubi non sis, qui esse consueveris, nihil est,  
quòd velis vivere. Prae dolore saepe eò im-  
potentiae deveniunt mortales, ut ultro  
mortem deposcant. Hinc Euryali mater  
apud Virgilium l. 9.

Figite me, si qua est pietas, in me omnia tela  
Conjicite, ó Rutuli: me primam absumite  
ferro.

ANIMA PRIVEM] Ciceroni, atque Lu-  
cretio privare vità familiaris locutio.

SENEX SUM] Πάθος à senili aetate. Sunt  
haec à Talthybio publico Gracchorum ex-  
ercitus ministro, quasi stupore affecto pro-  
lata. Cum enim ei demandatum esset, ut  
Hecubae Polyxenae mortem nunciaret,  
eamque accerseret ad filiae corpus sepeliend-  
um, offendit illam praedolore in pul-  
vere abjectè cubantem: cumque opulen-  
tissimam quondam Trojae Reginam tam  
miserè de gradu dejectam, ac undique for-

--- νῦν τε γὰρ λέγων κακὰ,  
Τέγγω τὸδ' ὄμμα ---

--- Οὐκουν δεινὸν, εἰ γῆ μὲν κακῆ,  
Τυχοῦσα καιροῦ θεόθεν, εὖ στάχυν Φέρει.  
Χρηστέῃδ' ἀμαρτοῦς, ὧν χρεῶν αὐτὴν τυχεῖν.  
Κακὸν δίδωσι καρπὸν. ---

--- Κεῖνος δ' ὀλβιώτατος,  
Ὅτω κατ' ἡμᾶρ τυγχάνει μηδὲν κακόν.

Vide, hinc meae inquam lacrumae guttatim cadunt.

Etsi segetem sunt in deteriore datae  
Fruges, tamen ipsae suapte natura enitent.

\* --- nimium bonei est, quoi nihil est mali.

fortunae vulneribus confectam vidisset, multa tragicè de fortunae inconstantia con- questus suodit, se quidem senem esse, priusque mortem exoptare, quam in turpem aliquam fortunam incidere.

EVENAT ] Eveniat.

VIDE, HINC MEAE ] Πάθος à corporis habitu. Ab eodem haec quoque pronunciantur: qui cum ab Hecuba rogaretur, ut ordine exponeret, quonam pacto Polyxena mactata sit, duplices sibi, ait, ejus filiae commiseratione excitari lacrymas, alteras quidem spectando, dum ad sepulchrum caederetur, alteras verò nunc commemorando.

LACRUMAE ] A Graeco δακρῦμα, hoc est, lacruma, fit δάκρυμα: unde δ in λ mutato, lacryma.

ETSI IN SEGETEM ] Cicero in 2. Tusc. quacst. Nullum verò inquit, id quidem argumentum est. Nam ut agri non omnes frugiferi sunt, qui coluntur, falsumque est illud, ac improbè; Et si in segetem etc. ex Graecorum Euripidis collatione cognovimus hos versus ex sua ipsius Hecuba esse, & inde Ennianos esse suspicati sumus. Sunt

autem haec verba ab Hecuba prolata, postquam ei de filia nunciatum est, quam forti animo, atque intrepido mortem occubuit. Quorum sensus est apud Euripidem, nequaquam admiratione dignum esse, si mala terra desuper clementi caelo tota bona producit segetem. Bona verò destituta, quibus ei opus erat, malum edit fructum. Seges hic pro arvo posita est.

NIMIUM BONEI EST, ] Ὀξόμωρον. Cic. Si tacent, satis dicunt. Virg. l. II.

sequiturque sequentem.

Terentius Eunuchò,

--- nil cum est, nil desit tamen.

Cicero differens in 2. de Finibus contra Epicurcorum opinionem, qui summam voluptatem in dolorum omnium vacuitate positam esse volebant, ait; Non enim si malum dolor est, carere eo malo satis est ad benè vivendum: hoc dixerit potius Ennius; Nimium bonei est, cui nihil est mali. Deinde addit; Nos beatam vitam non depulsionem mali, sed adptionem boni iudicemus. Non indicat tamen ex qua Tragoedia hic locus petitus sit; sed ex hac fabula esse propter Graecae Euripidis sententiae similitudinem arbi-

Et

Ἐν Ψαμάθῳ λευρᾷ  
Πόντου, νιν ἐξήνογκε πειράγισ κλύδων.

Πρὸς σῆσι πλευρῆς παῖς ἐμῆ καιμιζέται,  
Ἥ φοιβὰς, ἣν καλοῦσι κασσάνδραν φρύγες.  
Ποῦ τὰς Φίλας δῆτ' εὐφρόνας δείξεις, ἀναξ,  
Ἡ τῶν ἐν εὐνῆ Φιλτάτων ἀσπασμάτων  
Χάριν τίν' ἔξει παῖς ἐμῆ; κείνης δ' ἐγώ;

Undantem salum ---

Nunquam scripsistis, quis parentem, aut hospitem  
Necasset; quo quis cruciatu<sup>a</sup> perbiteret.

Quae tibi in concubio verecundè, & modicè  
Morem gerit ---

<sup>a</sup> perviteret

tramura. Quod etiam Muretus diligenter observavit in Variarum Lectionum libris, lib. 5. c. 13.

UNDANTEM SALUM ] Hecuba, cognita Polydori caede, dum ab ancilla quaereret, utrum illum ejectum à marinis undis offenderit, an lethali jaculo necatum; respondit, in arenam maris aetsum (quod undantem salum Noster est interpretatus) cadaver projecisse. Virgilius l. I. Aen.

Perque undas superante salo ---

Observat Marcellus hic, ab Ennio praeter notam consuetudinem masculino genere salum positum. Σάλον verò Graeci undarum jactationem appellant.

NUNQUAM SCRIPSISTIS, ] Constat ex Marcello hos versus & Ennii esse, & ex Hecuba. Apud Graecum tamen nihil tale invenitur. Unde patet de suo addidisse Ennium. Videntur autem Hecubae verba esse, quae, viso Polydori cadavere, per conversionem ad legislatores rebatur, quòd nullae poe-nae constitutae essent, quibus singulariter afficeretur, quicumque parentem, aut hospitem necasset. Quae crimina paria esse

videntur ex illo Flacci loco 2. Car. Od. 13.

Illum & parentis crediderim sui  
Fregisse cervicem, & penetralia  
Sparfisse nocturno cruore  
Hospitibus ---

Solon interrogatus, quare in parcidas nullam legem constituisset, respondit; Διὰ τὸ ἀπειπίσαι.

PERBITERET ] Periret, ut exponit Nonius. Utrunque enim verbum à praepositione, & verbo idem significante compositum est: nam apud Veteres *betere, ire* significat, & hinc *perbetere* pro *perire*. Plautus Captivis,

Qui per virtutem perbitat, non interit.

QUAE TIBI IN CONCUBIO ] Hecuba cum cognovisset filium tam crudeliter interemptum, inque undas projectum, Agamemnonis implorat opem ad ulciscendum Polymnestorem: quod ut exoret, commemorat ei amores, suaves noctes, dulcissimosque Cassandrae complexus (ea enim Regi in praecidae distributione contigerat) cujus frater à nefario homine tam inhumaniter necatus esset. Hoc mul-

I i tis

Juppiter tibi summe tandem malè re gesta gratulor. Idem Gratulor.

Heu me miseram, interii: pergunt lavere fanguen sanguine. Idem Sanguis, & Lavere.

tis verbis Euripides: Noster parcius, & verecundiùs. Etenim rem parum honestam, quae amantium conglutinat animos, ut sint δύο σώματα και μία ψυχή, honestis obtegit verbis.

MOREM GERIT] Idem ferè apud Terent. Andr.

Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus. Virgilius lib 4. Aen.

Dulce meum fuit aut tibi quicquam Similis est illa Pelopis precatio ad Neptunum apud Pindarum Olymp. Od. r.

φίλι Adδρα Κυπριας άγ' είτε Ποσειδάων ές χάριτι Τέλλεσαι

JUPPITER TIBI] His porò verbis nihil in Graeco est, quod respondeat. Arbitror ab Hecuba esse pronunciata: quae postquam poenas sumpsit de Polymnestore (quod avidissimè exoptaverat, quamvis in

miserrimo statu essent res suae, & filiis, ac regno orbata, captivaque esset) Jovi gratulatur ob eam vindictam.

HEU ME MISERAM] Haec etiam à Nostro addita videntur, & ab Hecuba eadem dici.

PERGUNT LAVERE SANGUEN SANGUINE.] Lavere, & sanguen, άεχάισμοι. Accius Amphitryone,

Cum patre parvos patrum hostifice sanguine sanguen † hircere suo.

Idem Aeneadis, vel Decio, Patrum hostili fustum sanguen sanguine.

Varro Satyra, quae inscribitur Cosmoterine περί φθοράς κόσμου,

Africa terribilis contra concurret Iberis, Ac gens Aeneae miscet sanguine sanguen.

Virgilius Ennium ferè imitatus Georg. 3. Lavit ater corpora sanguis.

Apud eundem Nonium in lavit hic Ennii versus depravatè legitur, qui ex altero ejusdem Auctoris loco emendari potest. † viscere.

EX EUMENIDIBUS.

EX Aeschylò fabulam hanc vertisse Ennium, duo postremi loci faciunt, ut mihi certius persuadeam, qui apertiùs quàm duo alii superiores, sunt ex Graecis explicari. Nam potiùs mentem, quàm Aeschylì verba referre videntur. Ejus igitur fabulae υπόθεσις haec est. Orestes post Agamemnonis patris caedem, ut à Pyrrandro relatum est in 4. Rerum Peloponnesiacarum, apud Strophium enutritus, postquam adolevit, quò patris mortem ulcisceretur, Aegisthum, matremque Clytemnestram adulteros, qui illum de medio sustulerunt, interfecit. Unde Accius in fabula, quam Aegisthum inscripsit, de Oreste ait,

Quom manus materno sordet spurso sanguine. Qui post perpetratum parricidium insanià captus est, quàm, mirisque modis exagitari coepit, ut ab Hellanico Lesbio proditum est in r. Rer. Aeolicar. Apollinis tandem monitu Athenas venit: cumque illico Minervam adorasset, Deae consilio Diris sese jam exsolvit, Argosque inde reversus est. De quo Virgilius l. 4.

Aut Agamemnonius scenis agitur Orestes, Armata facibus matrem, & serpentiibus aris

Cum fugit, ultricesq; sedent in limina Dirae. Cicero pro Milone de eodem Minervae suffragiis absolutus; Itaque hoc, judices, non sine causa fictis fabulis doctissimi hominis memoriae

Virgilius l. 6. Aen.

Continuò fontes ultrix accincta flagello

Tisiphone quatit insulians

Quid verò earum nomine Poëtae intelligere voluerint, declarat Cicero in Orat. pro Rose. Amer. Nolite, inquit, putare, quemadmodum in fabulis saepenumero videtur, eos, qui aliquid impie, scelerateque commiserint, agitari, & perterreri Esyiarum taedis ardentibus. Sua quemque fraus, & suus terror maxime vexat. Idem non longè post; Hae sunt impiis assidue, domesticaeque Furiae, quae dies noctesque parentum poenas à consceleratissimis filiis repetant. Rurfus l. de leg. Agitant, & insectantur impiis Furiae non ardentibus taedis, sicut in fabulis; sed angore conscientiae. Nullus enim videtur esse testis inferior, nullus tortor saevior, aut carnifex truculentior, quàm mens ipsa mali conscia. Caeterum Lampridius ait, Orestem se purificasse apud tria flumina circa Hebrum, & Orestam urbem condidisse, quam saepè cruentari hominum sanguine necesse esset. Varro Satyra è Menippeis hoc eodem nomine inscripsit.

moriae prodiderunt, eum, qui patris ulciscendi causa matrem necavisset, variatis hominum sententiis, non solum divina, sed etiam Deae sapientissimae sententiâ liberatum. Quoniam verò Furiâ Palladis ope placavit Orestes, eas Eumenides à benignitate, & mansuetudine appellavit. Innuvit hoc Sophocles in Oedipo Coloneo, cum benignas appellat, quòd se supplicem fervaverint,

Ως σφας καλούμεν εὐμενίδας, έξ εὐμενῶν Στέφανο δ' έχεσθαι τον ιετέτην σωτήριον.

Aur verò Eumenides dictae sunt εὐρημισμοῦ ένεκα, quòd bona ominentur. Hac praeterea sive ab indignatione, & commotione vehementi, sive à mentis lite, Erinnyes quoque dictae sunt. Latini eas Furias, vel quia stimulis mentem feriant, vel quia facinorosi scelcerum conscientia, furoreque vexentur. Iidemque Diras quasi Deorum iras appellarunt. Infernorum judicum ministræ esse dicuntur, quae fontes perpetuò devexent. Phornutus ait, igne & flagello eas impios insequi; earumque comites esse terrorem, pavorem & insaniam. Ovidius, Eumenides tenere faces

AESCHYLII.

Εἰμήτι τᾶνδ' έρξαιμι τους έπαιτίους, Σὺτ' ει δικαίως, είτε μη, κρινον δίκην. Πράξας γὰρ εν σοι πανταχῆ τᾶδ' αἰνέσω.

ENNII.

Nisi patrem materno sanguine exanclando ulciscerem.

Id ego aequom aptiùs fecisse expedibo, atque eloquar.

NISI PATREM] Apud Aeschylum legitur, quòd Orestes, ubi exponit factum Minervae, ait, Loxiam etiam maternae caedis causam sustinere, qui respondens ipsius animum affecterat doloribus, quorum stimuli nunquam cessassent: nisi auctores

paternae caedis esset ultus. Sic igitur Graecus Poëta,

Έκτεινα τῆ τεκοῦσαν, οὐκ άγνήσομαι, Αντιπόνοισ ποιναῖσι Φιλτάτου πατρός. Καί τᾶνδε κοινή λοξίας έπαιτίος, Άλλη προφανῶν αντίκεντρα κορδία.

Σιγαῖν ἀρήγει, καὶ μαθεῖν θεσμούς ἐμούς,  
Πόλιν τε πᾶσαν εἰς τὸν αἰανῆ χρόνον,  
καὶ τῶνδ' ὄπος ἀν εὖ καταγνωσθῆ δίκη.

--- ἔνθεν ἔστ' ἐπῶνυμος

Πέτρα, πάγος τ' Ἄρειος ---

--- tacere opino esse optutum,  
Ut pro viribus sapere, atque fabulari tutē a noverint.

Areopagiticam ea de re vocant petram.

a noveris

Non negavit, se occidisse matrem, sed numine auctore fecisse: nec injuria, quando illa ipsius patrem dolo necaverat. Quod Elocstra apud Euripidem his verbis expressit: Φοῖβου δ' ἀδικίαν μὲν τι δεῖ κατηγορεῖν; Πείθει Ὀρέστην μητέρα, ἢ σφ' ἐγείνατο, Κτείνει πρός οὐχ' ἀπαντας εὐκλείαν φέρον, Ὅμως δ' ἀπέκτειν', οὐκ ἀπειθήσας θεῶ.

39 Ex eo loco videtur Demosthenes in Oratione contra Aristocratem ea sumpsisse, quae de hominis nece ab Atheniensium legum latoribus statuta sunt, cum ait; Λοιζόμενοι δ' ὅτι μητέρα Ὀρέστης ἀπέκτονάς, ἀκολογῶν, θεῶν δικαστῶν τυχῶν, ἀπαφυγγάνει, νομίσαι δίκαιόν τινα εἶναι φόνον, οὐ γὰρ ἀν τῷγε μὴ δίκαια θεοῦς ψηφίσασθαι: hoc est, Cum autem considerassent Orestem, se matrem occidisse confiteri, ac Diis immortalibus iudicibus crimine absolutum, statuerunt non omnem caedem esse injustam, non enim Deos injuste aliquid esse pronuntiarios.

EXANCLANDO] Effundendo, ut exponit Marcellus.

ID EGO AEQUOM] Conjunxi hunc versum cum antecedente, Graecorum continuatione monitus. Nam Orestes Apollinis persuasione Palladis amplexans simulachrum pollicetur, sese, quaecumque tandem ab ea lata esset sententia, rem ubique non sine summis ejus laudibus praedicaturum. Laudandi enim significatio, & vis in verbis, Expedibo, & Eloquar, ineffe

videtur. Aeschylus fufius extulit sententiam: Ennius vero ut simplicius, sic etiam obscurius.

ARTIUS FECISSE] Ita lego, quamvis mihi aliquantulum suspectum sit, hunc versum non esse Ennii integrum: nam in versuto Nonii libro habetur hic locus. *Enn. Eumenid. Id ego aequom. Artius fecisse, in alio Accius, ut sit Accius Fidicinis.*

TACERE OPINO] Sunt haec Minervae verba ad praeconeum, a quo jubet exercitum convocari, fierique silentium, ut ejus exaudiantur leges. Ennius, Σιγαῖν ἀρήγει, & ultimum versum, caeteris omisis, expressit. Ubi fuerit operaepretium animadvertere, quod Graecè dicebatur τῶνδ' subaudiendo εὐχρησῆματι, vel quid ejusmodi, Latine redditum, *vid. εὐ καταγνωσθῆ δίκη, pro viribus sapere, ac fabulari.* Obscurè sanè: sed haud quidem ab re. Nam qui rectè sapit, ac fabulatur, ut jus est, agit, loquiturque.

AREOPAGITICAM] Satis quidem feliciter Scaliger hoc modo Varronis locum correxit, qui prodigiosis prius mendis erat conspersus. Sed Hieronymus Aquivivus Hadrianorum Regulus nostri seculi decus ex ejusdem Varronis scripturae vestigiis hoc senario Aeschyli sententiam dilucidè explicavit,

*Areopagum inde eam dixere petram.*

Ubi rectè quidem pro *Areopagiae quid, Areopagum inde fecit explicans* Graecam Aeschyli

Idem Opin.

Varro l. 6. de lin. Lat.

Νικᾷ δ' Ὀρέστης, καὶ ἰσόψηφος κριθῆ  
ἐμβάλλεθ' ὡς τάχιστα τευχέων πάλους.

a Dico ego vicisse Orestem, vos ab hoc faceffite.

Non. Faceffite.

a Al. Dico vicisse

Aeschyli vocem ἔνθεν, & pro *dedere, dixere* reposuit. Est igitur Areopagus, ut ipse inquit Varro, Athenis locus, ubi Marti sacrificabatur: a quo petra illa nomen sortita est. Confirmatur id verbis Chori hujus ipsius fabulae. Martem verò Ἄρην ab ἀκαίρειν, hoc est, a destruendo dictum esse, exponit Chrysippus. Sed referenda sunt verba Pausaniae, quae rei, qua de agimus, aliquid afferant luminis. Ita igitur ille in Atticis; καθὸ καὶ ὁ Ἄρειος πάγος. ἔστι δὲ Ἄρειος πάγος καλούμενος, ὅτι πρῶτος Ἄρης ἐνταῦθα ἐκρίθη. καὶ μοι καὶ ταῦτα δεδῆλωνεν ὁ λόγος. ὡς Ἀλιφρόδιον ἀνεύλοιο. καὶ ἐφ' ὅτω κτείνει. κριθῆναι δὲ καὶ ὕπερον Ὀρέστην λέγουσιν ἐπὶ τῷ φόνῳ τῆς μητρὸς. καὶ βασιλὸς ἐστὶν Ἀθηναῖς Ἀρσιῶς, ὃν ἀνέθικεν ἀποφυγῶν τὴν δίκην. Quae ita vertit Romulus Amasaeus; Quae vero urbis regio Areopagus dicitur, inde nomen accepit, quod eo in loco ab initio Mars capitis causam dixerit. Nam & Halirrhodium ab eo occisum, & qua de causa, ante exposuimus. Eodem vero in loco Orestis de matris caede iudicium est constitutum. Exstat adhuc Minervae Aerae (id est, deprecatrix) ara; quam Orestes jam absolutus dicitur dedicasse. Ferunt aliqui,

post patratum facinus Orestis diem indictam esse apud Areopagitas ab Erinnybus scelerum ultricibus, ut tradit Nymphodorus Syracusius. Dionysiocli verò placet, a Tyndaro Clytemnestrae parente in iudicium vocatum. Ab utroque autem dissentit Amorgius Simonides, qui vult ab Erigone Aegisthi, & Clytemnestrae filio id factum esse. In quo iudicio cum ex utraque parte aequa lata essent suffragia, absolutus est. Hoc verò iudicium in duobus scyphis HS XII. aestimatis Zopyrus caelavit.

DICO EGO VICISSE ORESTEM] Minervae verba sunt, Orestem absolventis, cumque victorem pronunciantis: cuius factum, ut inquit Paternulus, a Diis comprobatum apparuit spatio vitae, imperiique felicitate: quippe vixit annos XC. regnavit LXX. Noster autem Graeco brevius, & significantius. Hic enim non tantum vicisse Orestem decernit Dea, sed addit, ut quod decreverat, exsequatur.

VOS AB HOC FACESSITE] His verbis imperiosè abigit Furias, quae illum exagitabant. Pacuvius Teucro, Faceffite hinc omnes, parumper tu mane.

EX DULORESTE.

TAm multa ab urriusque linguae scriptoribus de Oreste dicta sunt, ut supervacaneum sit ea referre. Dicam tamen, quae ad unius hujus fragmenti explicationem attinent, ex Hygino, qui ait; Orestes Agamemnonis, & Clytemnestrae filius postquam in puberem aetatem venit, studebat patri sui mortem exsequi. Itaque consilium

capit cum Pylade, & Mycenae venit ad matrem Clytemnestram, dicitque se Aeolium hospitem esse, nunciatque Orestem esse mortuum, quem Aegisthus populo necandum mandaverat. Ac id fortasse verba illa, conciebant populum, significabant. Quae verò ad reliquam fabulam spectant, ex eodem peri possunt.



Ex templo a Aegifthi fidem nuncupantes conciebant Non. Con. ier. populum

a. al. Egifti

FIDEM NUNCUPANTES] Hic nuncupare positum pro inclamare. Miror Scaligerum hunc versum asserere ex Pacuvii Duloreste: qui tamen hujus nominis fabulam scripserit, clarè tamen ex Nonio liquet, hunc versum Ennii esse. Naevius hanc etiam scripsit fabulam, ut ex 6. Varr. lib. de Ling. Lat. apparet.

EXERECHTHEO.

Duo maximi Tragicæ poëtae coryphaei fabulam Erechthei nomine inscriptam ediderunt, Sophocles quidem, cujus hic solus, quod hætenus sciam, superest versus, qui à Stobaeo refertur Ser. 57.

Ναὺς ἡ μεγίστη κρείσσον, ἢ μικρὸν σκάφος, & Euripides, cujus apud eundem, & alios plerique adducuntur loci, ex quibus quàm illa fuerit sublimis, gravisque sententiarum pondere, licet coniecere. Ennium autem ab Euripide potius vertisse arbitror, à quo plurimas comperimus transtulisse. Fabulae verò quod fuerit argumentum, ex sequentibus poterit cognosci.

Demosthenes in Epitaphio; Ἦιδεσαν ἄπαντες Ἐρεχθεΐδαι τὸν ἐπάνυμον αὐτῶν Ἐρεχθεΐα, ἐνεκα τοῦ σῶσαι τὴν χώραν, τὰς αὐτοῦ παῖδας, ἃς Ἰακχιθίδας καλοῦσιν, εἰς πρῶτον θάνατον δόντα ἀναλάσσειν, αἰσχρὸν οὖν ἠγοῦντο τὸν μὲν ἀπ' ἀθανάτων περυσίτα πάντα ποιεῖν ἐνεκα τοῦ τὴν πατρίδα ἐλευθερῶσαι, αὐτοὶ δὲ φαῖναι θνήσκον σώμα ποιούμενοι περὶ κλείονος, ἢ δέξαν ἀθανάτων.

322 Lycurgus in oratione contra Leocratem; Φασι γὰρ Εὐμολπον τὸν Ποσειδάωνος καὶ Χιόνης μετὰ Θερακῶν ἰδέειν, τῆς χώρας ταύτης ἀμειψιστηθόντα. τυχεῖν δὲ καὶ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους βασιλεύοντα Ἐρεχθεΐα, γυναῖκα ἔχοντα Πραξιθέαν τὴν Κηφισοῦ θυγατέρα. μεγάλου δὲ στρατοπέδου μέλλοντος αὐτοῖς εἰσβάλλειν εἰς τὴν χώραν, εἰς Δελφούς ἰαν ἠρώτα τὸν θεὸν τι ποιῶν ἂν νίκη λαβοίταρ

τῶν πολεμίων. χρησάμενος δ' αὐτῶ τοῦ θεοῦ, τὴν θυγατέρα εἰθύσειε πρὸ τοῦ συμβαλεῖν τῷ στρατοπέδῳ, κρατήρειν τῶν πολεμίων. ὁ δὲ τῷ θεῷ πειθόμενος, τοῦτ' ἐπραξε, καὶ τοὺς ἐπιστρατευομένους ἐκ τῆς χώρας ἐξέβαλε. διὸ καὶ δικαίως ἂν τις Εὐρεπίδην ἰπαινέσειεν, ὅτι τότε ἀλλ' ἂν ἀγαθὸς ποιητῆς, καὶ τοῦτον τὸν μῦθον προείλε τόποι ποιῆσαι. ἠγοῦμενος κάλλιστον ἂν γενέσθαι τοῖς πολίταις παράδειγμα τὰς ἐκείνων πράξεις. πρὸς ἃς ἀποβλέποντας, καὶ θαυρούστας, συνέξισθαι ταῖς ψυχαῖς τῶ τὴν πατρίδα φιλεῖν.

Apollodorus lib. 3. Biblioth. Καὶ πόλεμον ἐστάντος πρὸς Ἀθηναίους, καὶ Ἐλευσινίους, ἐπικληθεῖς ὑπὸ Ἐλευσινίων, μετὰ πολλῆς συνεμάχου Θερακῶν δυνάμενος. Ἐρεχθεῖ δὲ ὑπὲρ Ἀθηναίων νίκης κραμένῳ ἔχρησεν ὁ θεὸς κατορθώσειν τὸν πόλεμον, ἐὰν μίαν τῶν θυγατέρων σφάξῃ. καὶ σφάζωντας αὐτοῦ τὴν νεωτάτην, καὶ αἱ λοιπαὶ ἐαυτὰς κατέσφαξαν. ἐπεποιήντο γὰρ, ὡς ἔφασάν τινες, συναμοσίαν ἀλλήλαις συναπολεσθαι. γνομένης δὲ μετὰ σφαγῆν τῆς μᾶκρης, Ἐρεχθεὺς μὲν ἀνείλεν Εὐμολπον.

Plutarchus in Parallelis; Ἐρεχθεὺς πρὸς Εὐμολπον πολεμῶν, ἐμάχε νικήσαι, ἐὰν τὴν θυγατέρα πρῶτον, καὶ συγκατανήσας τῇ γυναίκε Πραξιθέα, προσβῆτε τὴν παῖδα: μέμνηται Εὐρεπίδης ἐν Ἐρεχθεῖ.

Suidas in dictione Παρθένος; Τὰς Ἐρεχθεῖας θυγατέρας οὕτως ἔλεγον, καὶ ἐτιμώρησαν ὅτι τὸν ἀριθμὸν ἔχ. ἣν δὲ πρῶτον τὴν μὲν Πρωτογένεια, δευτέρα δὲ Πανδάρα. τρίτη Πέ-

Πρόκρις. τετάρτη Κρέουσα. πέμπτη ἀρείβια. ἕκτη Χθονία. τούτων λέγεται Πρωτογένεια, καὶ Πανδάρα δούναί ἐαυτὰς σφάζειναι ὑπὲρ τῆς χώρας, στρατιῶς ἐλθοῦσης ἐκ Βοιωτίας. Ἐσφυγίσθησαν δὲ ἐν τῷ Ἰακχιθῷ καλουμένῳ πάγῳ ὑπὲρ τῶν Σφενδονίων. διὸ καὶ οὗτα καλοῦνται παρ' ἑθνοῖς Ἰακχιθίδες.

Cicero i. Tusc. Clarae verò mortes pro patria appetitæ non solum gloriæ Rhetoribus, sed etiam beatæ videri solent. Repetunt ab Erechtheo, cujus etiam filiae cupidè mortem expetiverunt pro vita civium.

Idem 3. de Nat. Deor. Sed si sunt hi Dii, est certè Erechtheus, cujus Athenis & delubrum vidimus, & sacerdotem. Quem si Deum facimus, quid aut de Codro dubitare possumus, aut de caeteris, qui pugnautes pro patriæ libertate ceciderunt? Quod si probabile non est, ne illa quidem superiora, unde hæc manant, probanda sunt. Atque in plebisque civitatibus intelligi potest, augendæ virtutis gratiâ, quò libentius reipub. causâ periculum adiret optimus quisque virorum fortium, memoriam honore Deorum immortalium, memoriam honore Deorum immortalium esse consecratam. Ob eam enim ipsam causam Erechtheus Athenis, ejusque filiae ira numero Deorum sunt.

Quibu' nunc aerumna mea libertatem paro? Quibu' fervitutum mea miseria deprecor?

Agel. l. 6. cap. 16. Non. De-precor.

QUIBU' NUNC] In vulgatis Nonii codicibus ita hic locus depravatè habetur; Ennius, Eripite ὁ cui nunc aerumnam, à libertate para quibus fervitutum meam miseriam deprecor. Aliqui ex conjectura pro, Eripite ὁ cui, reposuerunt, Eripite ὁ cives. Sed in vetusto Fulvii codice legitur, Ennius Erechtheo, cui nunc aerumnam. Integri autem versus sunt apud Agellium, quorum collatione cum verbis, quæ ex Nonio retulimus, videre licet, quàm tertris tenebris reliqua hujus Poëtæ obsita sint. Sunt autem verba hæc, ut videntur, sive ab Erechtheo prolata, sive à Praxitheæ ejus uxore. Quod magis probamus propter Euripideorum versuum similitudinem, quos infra adscribemus. Cuius filia, cum pro patriæ salutem esset

immolanda, ad cives illa conversa ait; se suâ ipsius aerumnâ, nempe filiae victimâ, patriæ libertatem parare, suâque miseriâ ab Atheniensibus fervitutum depellere.

DEPRECOR.] Amolior, depello, propulso, interpretatur Nonius. De cujus verbi significatione plura Agellius loco prædicto. Cicero lib. 2. Tusc. de Anaxarchi constantia loquens, ait; Qui cum in manus Cyprii Nicocreonis regis incidisset, nullum genus supplicii deprecatus est. Turnus apud Virgilium, l. 12.

— equidem merui, nec deprecor, inquit. Ovidius i. de Ponto eleg. 2.

Saepe precor mortem; mortem quoque deprecor idem.

Staius lib. 7.

— lucemque timent, lucemque precantur.

Arma rigent, horrescunt tela ---  
--- lapideo

Sunt corde multei, quos non miseret neminis.

LAPIDEO SUNT CORDE MULTEI,] In Pompeji fragmento nullum est Auctoris nomen, sed tantum scriptum est in Erechtheo. Quam fabulam cum Latinorum nemo alius scripserit, non dubium est, esse Ennii. Ait autem, eos prorsus stupidos esse, omnique exutos humanitate, qui nullam moventur commiseratione. Quod hominum genus ferreos, adamantinos, & fibris cornis dicimus. In sacris literis saepe cor lapideum dicitur, cum hominum durities exprobat. Huc referri potest illud Nafonis l. 7. Met.

Hoc ego si patriar, tum me de tigride natam;  
Tum ferrum, & scarpulos gestare in corde scelerbor.

Idem rursus l. 9. ejusdem.  
Nec rigidus silices, solidumve in pectore ferrum,  
Aut adamantina gerit

Tibullus l. 1.  
--- non tua sunt duro praecordia ferro  
Vincta, nec in tenero stat tibi corde silex.

Sed Enniana illa non sunt prorsus remota ab his Aeschyli, apud quem ita Chorus cum Prometheo loquitur;

Σιδηρόφρων τέ, καὶ πέτρας ἐργασμένος  
Ὅστις, Προμηθεύ, σοῖσιν οὐ συνασχμαλὰ  
Μάχθοις

QUOS NON MISERET NEMINIS] Plautus in Capt. --- neminis  
Misereri certum est, quia mei miseret neminem.

Videtur Ennius Graecorum exemplo duabus usus negationibus, apud quos vehementius negant. Atque haec in reliquias Latinae Erechthei. Quoniam vero Graeca etiam aliquot fragmenta inveniuntur, quae si minus respondent Latinis, sunt tamen ex eadem fabula, fueruntque certe Latina in Enniana, placet hic ponere, quasi mem-

bra ejusdem corporis. Lycurgus igitur in Oratione ante commemorata Atheniensibus ait, dignum esse Euripideos versus audire, in quibus Poeta Praxitheam matrem de puella immolanda loquentem induxit: in qua quidem Oratione videre licet animi magnitudinem Athenarum civitate dignam, & generosa Cephisi patris origine;

Τὰς χάριτας ὅστις εὐγενῶς χαρίζεται,  
Ἦδισον ἐν βροτοῖσιν. οἱ δὲ δράσι μὲν,  
Χρόνῳ δὲ δρῶσι, πολλὰ δυσγενέστεροι.  
Ἐγὼ δὲ δάσω τὴν ἐμὴν παιῖδα κτανεῖν.  
Λογίζομαι δὲ πολλά. πρῶτα μὲν, πόλιν  
Ὅκ ἀν τιν' ἄλλην τῆσδε βελτίω λαβεῖν.  
Ἦ πρῶτα μὲν λέως οὐκ ἐπακτός ἄλλοθεν,  
Ἀυτόχθονες δ' ἔφικεν. αἱ δ' ἄλλαι πόλεις  
Πεσοῦν ὁμοίως διαφοραῖς ἐκτισμέναι,  
Ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν εἰσαγάγμαι.  
Ὅστις δ' ἀπ' ἄλλης πόλεως οἰκίζει πόλιν,  
Ἄρμος ποιηρὸς ἄσπερ ἐν ξύλῳ παγείς,  
Λόγῳ πολίτης ἐστὶ, τοῖς δ' ἔργοισιν οὐ.  
Ἐπειτα τέκνα τοῦ δ' ἐκτικτομεν,  
Ὅς θεῶν τε βωμῶς πατρῖδα τε βράμβη.  
Πόλεως δ' ἀπάσης τούνομ', ἐν πολλοῖς δέμν  
Νόμοισι, τούτους πῶς διαρθεῖραι μεχρη,  
Ἐξὲν πρὸ πάντων μίαν ὑπὲρ δόδναι θανεῖν;  
Εἴπερ γὰρ ἀριθμὸν οἶδα, καὶ τοῦ λάσσοις  
Τὸ μείζον, ἐγὼ μὲν οἶκος οὐ πλείον σθένει  
Ἰπταίας ἀπάσης πόλεως οὐδ' ἴσον φέρει.  
Εἰ δ' ἢ ἐν οἴκοις ἀντὶ θηλέωσ τάχῃς  
Ἄρσῃν, πόλιν δὲ πολεμία κατεῖχε φλόξ,  
Ὅυκ ἂν μιν ἐξέπεμπον εἰς μάχην δορός,  
Θάνατον προταρσοῦσ'. ἀλλ' ἐμοίγ' εἴη τέκνα,

A' καὶ μάχετο καὶ μετ' ἀνδράσι πρίποι,  
Μησχήμετα δ' ἄλλως ἐν πόλει πεφυκότα.  
Τὰ μητέραν δὲ δάκρυ', ὅταν πέμπῃ τέκνα,  
Πολλοὺς ἐδῆλον εἰς μάχην ὀρμαμένους.  
Μισῶ γυναῖκας, αἵτινες πρὸ τοῦ καλοῦ  
Ζῆν παῖδας εἴλοντο, καὶ παρήνεσαν κακά.  
Καὶ μὴ θανόντες γ' ἐν μάχῃ παλλῶν μέτα,  
Τύμ.

Maect. l. 16. c. 4.  
Fest. Nemi-  
ni.

Τύμειον τε κοινὸν ἔλαχον εὐκλειάντ' ἴση.  
Τῆ μὲν δὲ παιδὶ σέφανος, ἡ μία μόνη  
Πόλεως θανοῦσα τῆσ δ' ὑπερδοθήσεται.  
Καὶ τὴν τεκούσαν καὶ σὲ δὴ ὁμοσπόρους.  
Ὅς εἴτι τούταν οὐχὶ δέξασθαι καλὸν,  
Τὴν οὐκ ἐμὴν γε πλὴν φύσει δάσω κόρην  
Φύσαι πρὸ γαίας. εἰ γὰρ αἰρεθήσεται  
Πόλις, τὶ παῖδων τῶν ἐμῶν μέτεσι μοῖς;  
Ὅκυον ἅπαντα γούν ἐμοῖ σωθήσεται,  
Ἄρξουσί τ' ἄλλοι, τὴν δ' ἐγὼ σώσω πόλιν.  
Ἐκείνο δ' οὐ τὸ πλείστον ἐν κοινῷ μέρος,  
Ὅκ ἐσθ' ἐκούσης τῆσ ἐμῆσ ψυχῆσ ἄστερ.  
Προγόνων παλαιὰ θέσμιά τις ἐκθαλεῖ.  
Ὅδ' ἂν τελείας χρυσέας τε Γοργόνος  
Τρίαιναν ὄρθην εἶσταν ἐν πόλεως βάρβορις  
Εὐμολπος οὐδὲ Θρηξ ἀνωστρέψει λέως,  
Στεφάνοισιν οὐδαμού τιμήσεται.  
Χρῆσθ' ἂ πολιταί, τοῖς ἐμοῖσ λοχεύμασι,  
Σώζεσθε, κικᾶτ'. ἀντι γὰρ ψυχῆσ μιάσ  
Ὅκ ἐσθ' ὅπως οὐ τῆδ' ἐγὼ σώσω πόλιν.  
Ὡ πατρίσ, εἴθε πάντες, οὐ ναίουσί σε,  
Ὅτω φιλεῖν, ἄσ ἐγὼ. καὶ γε βραδίωσ  
Οἰκοῖμεν ἀν σε, καὶ δὲν ἂν πάσχοις κακόν.  
Stob. Ser. 14.  
Φίλους δὲ τοὺς μὲν μὴ χαλᾶντας ἐν λόγοις,  
Κέκτησο. τοὺς δὲ πρὸς χάριν σὺν ἰδούῃ  
Τῆ σῆ ποιηρὸς, κλιῖτρον εἰργέτω σέγης.  
Idem Ser. 29.  
Ἐκ τῶν πόνων τοὶ πάγασ' αἰξεται βροτοῖς.  
Idem Ser. 42.  
Καὶ τοὺς ποιηρὸς μὴ ποτ' αἰξείν ἐν πόλει.  
Κακοὶ γὰρ ἐμπλησθέντες, ἢ νομίσματος,  
Ἦ πόλεως ἐμπεσόντες εἰς ἀρχὴν τινα,  
Σκιρτῶσιν ἀ ἀδόκητ' εὐτυχησάντων δομῶν.  
Idem Ser. 49.  
Ὀλίγοις ἐπαίνῳ μᾶλλον ἢ πολλοὺς κακοῦς.  
Idem Ser. 52.  
Ὅς σὺν θεοῖσι τοὺς σοφοὺς κινεῖν ὄρου  
Στρατηλάτας χρεῖ, τῶν θεῶν δὲ μὴ βίας.  
Idem ibid.  
Ὅδεῖς στρατεύσασ ἀδικα, σῶσ ἦλθεν πάλιν.  
Idem ibid.  
Μισῶ δ' ὅταν καὶ χθονὸς στρατηλάτης,  
Μη πᾶσι b πάντων προσφερέη μειλίγματα.  
a ἀδικίας εὐτυχήσαντες δόμω. b πάντως

Τοῖσ πράγμασι γὰρ οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεών.  
a Μέλλει οὐδὲν γὰρ αὐτοῖσ οὐδὲν ἄλλ' οὐδ  
τυγχάνον,  
Τὰ πράγματ' ὀρθῶσ ἦν τιθῆ, πράσσει καλῶσ.  
Idem Ser. 53.  
Ἄρκεῖτω μοι μίτον ἀμφιπλέκειν ἀράχνα,  
Μετὰ δ' ἡσυχίας πολλοῖ γήραῖ συνοικίω,  
Ἄείδοιμι δὲ σέφανοῖσ καέρα πολλὸν σέφανῶσ  
σας.  
Θρηκίον b πείταν πρὸσ ἀθηνῶν,  
Περί κίσιν ἐγκυρεμάσασ θαλάμοις,  
Δέλταν τ' ἀναπήησοιμι γῆρυν, ἀν σοφοῖ  
κλέανται.  
Idem Ser. 77.  
Ὅκ ἐσιν οὐδὲν μητρός ἕδιον τέκνοῖσ.  
Ἐρᾶτε μητρός παῖδες, ἄσ οὐκ ἐσ' ἔρωσ  
Τοιοῦτος ἄλλοσ, οἶοσ ἦδιον ἔρᾶν.  
Idem Ser. 89.  
Ἐχέιν δὲ περῶ, τοῦτο γὰρ τό τ' εὐγενέσ,  
Καὶ τοὺσ γάμοις δίδωσι τοὺσ πρώτουσ c ἔ-  
χεν.  
Ἐν τῷ πένεσθαι δ' ἐσιν ἦτ' ἀδοξία,  
Κᾶν ἢ σοφοῖσ τις, ἢ ἀτιμία d βίου.  
Idem Ser. 92.  
Ἄδικωσ δὲ μὴ κτῶ χρέματ' ἂν βούλη πολλὸν  
Χρόνον μεθέσθωσ ἐμμένειν. τὰ γὰρ κακῶσ  
Οἶκουσ εἰσελθόντ' οὐκ ἔχει σωστηριαν.  
Idem ibid.  
Τὰσ οὐσίασ γὰρ μᾶλλον, ἢ τὰσ ἀρπαγῶσ  
Τιμῶν δίκαιοι. οὔτε γὰρ πλοῦτουσ ποτὲ  
Βεσῖοισ ἀδικωσ  
Idem Ser. 114.  
Ὅμιλίασ δὲ τὰσ γεραιτέρας φίλει.  
Ἀκόλασα δ' ἦβη, λαμπρᾶ σὺν γελῶν μόνον,  
Μισοί. βραχέια τέσψις ἠδονῆσ κακῆσ.  
Steph. de Urb. in Αἰθίοψ.  
Αἰθιοπίαν νῖν ἐξίσωσασ ἐπὶ χθόνα.  
Clem. Alex. 6. Strom.  
Εὐδουσιν ἐν ἀσπράτω πέδω, πηγῆσ δ' οὐχ  
ὄγραίνουσι πάδασ.  
Idem ibid.  
Αἰδοῦσ δὲ αὐτοὺσ δυσκρίτωσ ἔχω περί,  
Καὶ δεῖ γὰρ αὐτῆσ, καῖσιν οὐ κακὸν μέγα.  
a μέλει. b fortè ποικίλῶν, pro ποιη-  
τῆν, aut παιῶν c αἰεὶ d μένει.

EX CRESPHONTE.

398 CResphontes Aristomachi filius, quâ arte, quâve affutiâ Aristodemi filios deceperit in educendis sortibus, Messeniaeque regnum sibi usurpaverit, infra explicabimus. Duxit hic uxorem Meropen Cypseli Arcadiae regis filiam; ex qua quidem tres suscepit liberos; quorum duo unâ cum patre non multo post adeptum imperium à Polyphonte, sive Deiphonte necantur; qui regno simul & Merope illius uxore potitus est. Solus autem ex Cresphontis filiis Aegyptus, sive, ut alii dicunt, Telephon natu minimus superstes

fuit; qui apud Cypselum maternum avum eo tempore educabatur. Aliis verò placet, Meropen, occiso viro, cum clam in Aetoliam ad hospitem quendam misisse alendum. Quî, cum adultam attigit aetatem, per insidias patris fratrumque mortem ultus, patrium consecutus est regnum. Hanc verò fabulam scripsit, ut ex Cicerone l. r. Tusc. Plutarcho in Consolat. ad Apollon. Stobaeo, aliisque liquet, Euripides: unde hanc ipse suam, ut opinor, mutuatus est Tragoediam.

**I**Njuria abs te afficior indigna, pater, Nam si improbum Cresphontem existimaveras; Cur me huic locabas nuptiis? sin est probus, Cur talem invitum invitam cogis linquere?

Auctor ad Heren. l. 2.

INJURIA ABS TE AFFICIOR ] Verba haec Meropes sunt cum Cypselo patre expostulantis, quibus ad vivum apparet expressus optima uxoris in conjugem affectus. Ratione enim illa animi sui sententiam confirmat, nolle se ullo pacto à viro, qualiscunque ei tandem obtigerit, qui semel à patre sit datus, divertere: quemadmodum apud Plautum Sticho Panegyris, & Pinaceum sorores ad Antiphonem patrem, qui eas à viris abducere conabatur; *At enim nos, quarum res agitur, taliter auctores sumus;* *Nam aut olim, nisi tibi placebant, non datus oportuit,* *Aut nunc non aequum est abduci, pater, illis absentibus.* Adducit eos versus Auctor ad Herenn. ubi de confirmatione agit, *Uruntur*, inquit, *studiosi in confirmanda ratione duplici conclusione hoc modo; Injuria abs te afficior &c.* Tum ibi sic subjungit; *Quae hoc modo concluduntur, aut ex contrario convertentur, aut*

*ex simplici parte reprehendentur. Ex contrario hoc modo; nulla te indigna &c.* Tum postea, *Ex simplici parte reprehendentur, si ex duplici conclusione alterutra pars diluitur hoc modo; Nam si improbum Cresphontem existimaveras,* *Cur me huic locabas nuptiis? Duxi probum, Erravi* — & quae sequuntur. Enniana haec verba nuda, puraque sunt, veterisque Romani sermonis candorem, & elegantiam prae se ferunt. Cicero lib. 5. Epist. *Quâ injuriâ nemo unquam in aliquo magistratu improbissimus civis affectus est, ea me consulem affecti.* **CUR ME HUIC LOCABAS NUPTIIS?** ] Cur me Cresphonti nuptui dabas? Plautus *Aul. Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem,* *Neque eam queo locare quovisquam.* — **INVITUM INVITAM** ] Venustè quidem paucis his reciprocum viri, uxorisque amoris significavit. Quare immeritò, qui ar-

Nulla te indigna, nata, afficio injuria: Si probus est, bene te locavi: sin est improbus, Divortio te liberabo incommodis.

--- duxi probum, Erravi, post cognovi, fugio cognitum. Duxit uxorem sibi liberum quaesendum caussa. Audis, atque auditis, hostimentum adjungito. An inter se sortiunt urbem, atque agros?

Ibidem.

Fest. Quas- so.

Idem Red- hostire.

Non. Sortiunt.

stissimo amoris vinculo conjuncti viverent, separari Cypselus cogebat.

SIN EST IMPROBUS DIVORTIO, &c.] Apparet ex his olim apud Graecos, quemadmodum deinde apud Romanos, etiam mulieri divortium facere licuisse. Apud Hebraeos mutuum divortium non permittebatur, sed soli viro facultas erat uxoris reudiandae.

DUXI PROBUM,] Purgat se Cypselus, atque deceptum se, quòd illum probum virum existimaverat: nunc autem quando improbum cognoverit, meritò eum talem fugere.

DUXIT ME UXOREM SIBI LIBERUM] Ductam se à Cresphonte ait Merope librorum gratiâ procreandorum, qui matrimonii finis est. Rursum Ennius *Andromeda, Liberum quaesendum caussa familiae matrem tuae.*

Afranius Privigno, *Uxorem quaerit firmamentum familiae.*

HOSTIMENTUM ADJUNGITO.] Hostimentum Festus *beneficii pensionem* interpretatur. Aliqui hostimentum interpretantur *aequalitatem*: unde hostes dicti, quod aequali jure invicem existant. Indeque *hostire* verbum pro *aequalia facere*.

AN INTER SE SORTIUNT] Puto hic intelligendum, quod refert Pausanias in Messenicis his verbis; *Τημενοι τῶν Δωριέων Ἄργος ἐφίντων ἔχεν, Κρεσφόντης γῆν σφῶς ἦτει τὴν Μεσσηνίαν ἄτε καὶ αὐτὸς Ἀριστόδημου πρεσβύτερος. Ἀριστόδημος μὲν οὖν ἐτυ-*

*χῆανεν ἤδη τεθνεώς. Θήρας δὲ ὁ Αὐτεσίανος τῷ Κρεσφόντῃ μάλιτα ἠγωνιόυτο. τὸ μὲν ἀνέκαθεν Θεσπείος τε καὶ ἀπόγονος πέμπτος Πολυνείκους τοῦ Οἰδίποδος, τότε δὲ ἐπετρόπειεν Ἀριστόδημου τοὺς παῖδας. Θεῖος ἂν πρὸς μητρός. Αὐτεσίανος γὰρ θυγατέρα Ἀριστόδημος ἔγχεεν ὄνομα Ἀργείαν. Κρεσφόντης δὲ γενέσθαι γὰρ οἱ, ἤθελε τὴν Μεσσηνίαν πάντας μοῖραν, Τημενοὺς δέεται, παρεσκευασμένους τούτων τῷ κλήρῳ δῆθεν ἐφίησι. Τημενος δὲ ἐς ὕβριαν ἐνότος ἐν αὐτῇ καὶ ὕδατος, καθίστησι τῶν Ἀριστόδημου παίδων καὶ Κρεσφόντου τοὺς πάλους. ἐπὶ διηρημένοις μοῖραν ἀναιρεῖσθαι τῆς χάρας προτέρους, ὁ ποτέραν ἂν πάλος ἀνέλην πρότερον. τοὺς μὲν δὲ πάλους ὁ Τημενος ἐπεποίητο ἀμφοτέρους, ἀλλὰ ταῖς μὲν Ἀριστόδημου παισὶ, ἑξῆρας ὑπὸ ἡλίου, Κρεσφόντῃ δὲ ὀπίης πυρὶ. ὅτε δὲ τῶν Ἀριστόδημου παίδων πάλος κατέτηκτο, καὶ ὁ Κρεσφόντης οὕτω λαχὼν, γῆν αἰρεῖται τὴν Μεσσηνίαν. Μεσσηνίαν δὲ τῶν ἀρχαίων οὐκ ἐγένετο ὑπὸ τῶν Δωριέων ὁ δῆμος ἀνάστατος, ἀλλὰ βασιλευσθεὶς τὸ συγχωροῦσιν ὑπὸ Κρεσφόντου. καὶ ἀναδάσασθαι πρὸς τοὺς Δωριέας τὴν γῆν. ταῦτα δὲ σφισιν εἰκεν παρὶσσιον ὑπεροψία πρὸς τοὺς βασιλευσόντας, οἱ τῶν ἐξ Ἰωλκοῦ τῶ ἀνέκαθεν ὀμιλίου. Quae sic Amalaeus amicus noster, cum Romae unâ effemus, Latina reddidit; Cum Temeno Dorientes Argos assignassent, ab illis Cresphontes terram sibi Messeniam deproposcit, quippe qui Aristodemum suum fuit major. Aristodemus enim ipse è vita*

O pie eam secum advocant, eunt ad fontem, nitidant corpora.

Ego quom meae vitae parcam, letum inimico deprecor.

Eho tu, Dii, quibus est potestas motus superum, atque inferum,

Pacem inter sese conciliant, conferunt concordiam.

jam exceperat. Theras vero Autestonis filius majorem in modum Cresphonti adversabatur, Thebanus ille quidem, Polynicis Oedipi filii atnepos. Tutelam enim is tunc Aristodemi filiorum gerebat, quod eorum erat avunculus: uxorem siquidem duxerat Aristodemus Autestonis filiam nomine Argiam. Cupiebat Cresphontes Messeniam sibi assignari, quare Temenium rogat, rem ut forti committat. Ille in simulam, cum eam jam aqua compleberet, sortes mittit, re ita constituta, ut fors utra prior exisset, illi Messenia adjudicaretur. Ac subdole quidem Aristodemi liberum sortem de sicca sole argilla, Cresphontis de cotilide laterculo fecit. Quo factum est, ut illa soluta, haec constituerit, et per eam Cresphonti Messenia obtigerit. Neque vero prisca Messenii ad Dorien-sibus ejecti sunt: nam facile illi et Cresphonti novo regi paruerunt, et Dorien-ses in agri partem receperunt: atque eo libentius, quod invidiosa jam erat apud ipsos regum superiorum potentia, qui erant ab Iolco oriundi. Apollodorus 2. Bibl. libro; "Επειδη εκράτησαν Πελοποννήσου, τρεις ιδρύσαντο βωμούς πατρώου Διός. και επί τούτων έθυσαν, και εκληρούντο τας πόλεις. πρώτη μεν ουν λήξας Αργος, δευτέρα Λακεδαιμων, τρίτη δε Μεσσηνη κομισάντων δε υδρίαν υδατος, έδοξε ψήφον βαλείν εκαστος. Τήμενος ουν, και οι 401 Αριστοδημου παιδες Προκλής, και Εύροστίνης, έβαλον λίθους. Κρεσφοντης δε βουλόμνος Μεσσηνην λαχείν, γης ενέσταλε βάλων. Γαούτης δε διαλυθείσης, έδει τους δύο κληρους πρώτους αναφανήναι. Ελευσθείσης δε, πρώτης μεν τής Τήμενος, δευτέρας δε τής κληρου των Αριστοδημου παιδων, Μεσσηνην έλαβε Κρεσφοντης. Aegius haec ita Latine convertit; Post ubi Peloponneso potius sunt, tres

aras Jovi patrio excitarunt, in quibus peractis sacris urbes sortium inter se partiumur. Prima itaque sortitio fuit Argos, secunda Lacedaemon, tertia demum Messene. Illata deinde simul aqua plena, placitum est cuique in eam sortes conjici. Tum Temenus, et Aristodemi filii Procles, et Eurysthenes calculos conjecerunt. Cresphontes autem Messeniam sortitio habere volens terrae glebam iniecit, qua resoluta, priores illas duas sortes ante prodire necesse erat. Edueta igitur prius Temeni sorte, secunda Aristodemi liberum sortitio fuit. Quo factum est, ut illa soluta, haec constituerit, et per eam Cresphonti Messene obtigerit. Ad hoc respiciens Plautinus Olympio Casina ait;

Sed utinam tua quidem, sicut Hercules praedicant

Quondam prognatis, ista in sortiundo sortes delituerit.

Ex callido hoc facto natum est proverbium, ut refert Suidas, δραπέτης κληρος, fugitivus fors; quod dicitur de re per dolum parata, quo usus est Sophocles.

O PIE EAM SECUM] Sunt haec puellarum officia, aequales advocare, simul ad fontem ire, unaque lavare. Sed illud, opis, mihi valde suspectum est, fortasse propter Janus autem Gulicimus in Plautinus quaest. legit, Pie Deam.

NITIDANT] Abluunt exponit Festus a nitore.

LETUM INIMICO DEPRECOR] Plura de hujus verbi vi Agellius differit, ubi assertit hunc locum.

DII, QUIBUS EST POTESTAS] Auctor ad Herenn. loco supra commemorato; Item vitiosum est, cum id pro certo sumitur, quod inter

Neque terram injicere, neque cruenta Convestire mihi corpora licuit, Neque miserae lavere lacrumae falsum sanguinem.

Macr. lib. 6. cap. 2.

inter omnes non constat, quia etiam nunc in controversia hoc modo; Eho tu, Dii, quibus etc. Et infert; Nam ita pro suo jure hoc exemplo usum Cresphontem Ennius induxit, quasi jam satis certis rationibus ita esse demonstrasset. Ea vero oratione Deorum auget potestatem. Sic Virgilius l. 5.

Dii, quibus imperium est pelagi Idem l. 6.

Dii, quibus imperium est animarum Puto autem post Cresphontis verba Chororum haec in pacis laudem prorupisse, quae ex Euripidis Cresphonte apud Stobacum Serm. 53. leguntur;

Είρηνη βαθύπλουτε, και καλλίστη μακάρων θεών,

Ζήλος μοι σέθεν, ως χρονίζεις. Δέδοικα δε, μη πριν πόνοις υπερβάλη με γήρας.

Πριν α γάρ χάριεσσαν b προείδε έραν, Και c καλλιχροίους αοιδάς, φιλοσεφάνους τε κάμους.

"Ιθι μοι πότνια πόλιν τάνδε, έχθράν εάσιν έργ' άπ' οίκων,

Τών μαυρομένων τ' έριν, θηκτώ γερομένων σιδίρω.

NEQ TERRAM INJICERE] Verba haec Meropes sunt, quae audita mariti librorumque nece, Tragicis querimoniis complebat caveam. Dolebat, quod non licuisset sibi officia exsequi, quae fieri solent interfectis, scilicet lavare lacrymis, convestire nudata corpora, terram injicere, ac tumulare. Piaculum quidem apud Veteres habebatur, inhumata relinquere cadavera. Unde Ariadna apud Catullum queritur, pro tot in Thecum collatis beneficiis insepultam esse remanuram,

— Nec injecta tumulabor mortua arena.

Dido l. 4. Aen. Aeneae fugienti imprecatur, Sed cadat ante diem, mediaque inhumatus arena.

— lavit improba teter Ora cruor

Ovidius l. 13. Metam.

— lavit improba teter Ora cruor

Ovidius l. 13. Metam.

Palinurus apud Virgilium l. 6.

— aut tu mihi terram

Injice

Genus autem fuerat sepulturae, ut inquit Servius, injectio pulveris. Poterat autem fieri hujusmodi terrae injectio juxta Pontificalem ritum, & circa absentium corpora quibusdam solemnibus sacris: ac circa cadaver, quod si manu plena non obrueretur, injecto ter pulvere pro sepultura haberetur. Ad quem morem respexit Horatius l. 1. Carm. Od. 28. cum ait;

Quaquam festinas, non est mora longa: licebit

Injicere ter pulvere curras.

M. Tullius, humatos proprie dictos esse eos, tradit l. 2. de leg. quos humus injecta contegeret, cumque morem a jure Pontificali confirmari, quod priusquam in os injecta gleba sit, locus ille, ubi crematum corpus est, nihil habeat religionis. Theocriti Scholiastes in Pharmaceutria ait, sepulchra ηρία appellari, ab ea, quae mortuis injicitur, terra. Munus quoque officii erat erga morientes, quod Noster praetermissit, oculos eorum claudere. Cujus rei meminit l. 9. Maro hunc locum in reliquis imitando. Sic enim apud eum Euryali mater,

— nec tua funera mater

Produxi, pressive oculos, aut vulnera lavi. Ovidius l. 3. Amor.

Hic certe manibus frigentis pressit ocellos Mater, et in cineres ultima dona dedit.

Idem lib. ultimo de Arte amandi, Jam morior, chara lumina conde manu.

NEQ MISERAE LAVERE LACRUMAE] Accius Phoenissis,

Salvis cruorem gutteis lacrumarum lavi. Virgilius l. 10.

— lavit improba teter Ora cruor

Ovidius l. 13. Metam.

Nam nos decebat, coetus a celebranteis domum  
Lugere, ubi esset aliquis in lucem editus,  
Humanæ vitæ varia reputantes mala.  
At qui labores morte finisset graveis,  
Omneis amicos laude, & lætitia exsequi.

Cic. 1.  
Tusc.

a celebrantis

Huic quoque dat lacrymas, lacrymas in vulnere fudit.

Hoc verò acroteleution ita Starius l. 8. Theb. sibi usurpavit,

403 Fessū pios gemitus, lacrymasque in vulnere fudit.

Ovidius rursus 3. de arte amandi, Sustinet, & lacrymis vulnere saeva lavat. Apud Macrobiū in quibusdam codicibus, ubi ii afferuntur versus, malè pro Cresphonte, Ctesiphonte legitur.

NAM NOS DECEBAT] Cicero refert hos versus ex Euripidis Cresphonte. Quam fabulam quoniam, ut diximus, ex Euripide Ennium convertisse putamus, ipsius etiam hos versus esse, credere par est. Cicero enim indicat ferè, ubi ipse converterit, nec vertere solet denuò, quae verterint Poëta antiquiores. Sic autem Euripidis fragmentum apud diversos legitur, a Ἄλλ' ἐχρῆν ἡμᾶς σύλλογον β ποιουμένους, c Τὸν Φῶντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά. Τόνδ' αὖ θανόντα καὶ d πόνων πεπαυμένον Χαίροντας ἐφημοῦντας ἐπέμπειν δόμων. Καὶ ἔπει τι δεῖ βροτοῖσι πλὴν θνεῖν μόνον Διμητρὸς ἀκτῆς, πόνιατός θ' ὑδρηχόου. Καὶ Ἰὼ τυραανὶ βαρβάρων ἀνδρῶν φίλη, καὶ ἡ βροτῶν τ' εὐπραγία —

Duo priores versus leguntur apud Aristidem in Oratione Pro quatuor viris, cum totidem sequentibus apud Clementem Alex. in 3. σομαμάτων. Eosdem adducit Petrus Victorius suis in Tusc. quæst. annotationibus ex l. 3. Pyrrhoniæ hypotyposion Sexti Empirici cap. τίς ἐστὶν ἡ λογομένη τέχνη περὶ βίον. Qui quidem viden-

a ἐχρῆν μὲν ἡμᾶς: εἶδει γὰρ ἡμᾶς. b ποιούμενους c τὸν ζῶντα εἰ ὅσα. d κακῶν.

tur deesse in Graeco Henrici Stephani exemplari, ut ex Latina ipsius interpretatione apparet. Iidem afferuntur à Stobæo Serm. 119. sed malè ex Euripidis Themistocle. Reliqui omnes, excepto primo, existant in extremo Plutarchi libello, Πῶς δεῖ τῶν ποιημάτων ἀκούειν, represso tamen Auctoris nomine, quod ab aliis exprimitur. Secundus præterea tanquam satis notus adducitur à Platone in Axiocho, quem ex Euripide cum duobus aliis refert Strabo l. 11. ubi pro ἔρχεται, ἄρχεται legitur. Dion verò Chrysostomus in Oratione, ὅτι εὐδαίμων ὁ σοφός, postquam Homeri auctoritate dixit, Homine nihil esse aerumnosius inter omnia animantia, quae super terram spirant, & repunt: subdit hoc modo hanc eandem Euripidis sententiam; Ἐπιρός δὲ ποιητής, οὐκ ἴδια οὔτως, ἀλλὰ κοινῆ πρὸς θέατρον ἀγωνίζομενος, εἰσηγεῖται, Τὸν Φῶντα θρηνεῖν εἰς ὅσα ἔρχεται κακά, Τὸν δ' οὖν θανόντα, καὶ πόνων πεπαυμένον, Χαίροντας καὶ συνδοκίμενος, οἴεται, δεῖν ἐπέμπειν. Latine sic; Alius Poëta non ita privatim, sed publicitus in theatro certans, consulit, Natum hominem lamentiū prosequendum propter ea, in quae venit, mala: & rursus mortuum, & absolutum laboribus cum gaudio, & exsultatione censet efferrī oportere.

DOMUM LUGERE UBI, &c.] Alludit ad Thracum morem, qui infantem in lucem editum lugent, ut ex lib. quem citavimus, Sexti Empirici patet. De qua re existat Archiae Epigramma;

Θρήνιας αἰνεῖται τις, ὅτι σοναχεῖσι μὲν ἕϊας Μητέρας ἐκ κόλπων πρὸς Φάος ἐρχομένους,

Ἐμ.

Ἐμπαλι δ' ὀλέζουσιν, ὕσους αἰῶνα λιπόντας,  
Ἀπρόιδῃς κηρῶν λάτρις ἔμαρψε μόρος.  
Οἱ μὲν γὰρ ζῶντες αἰεὶ παντοῖα περῶσιν  
Ἐς κακά, τοὶ δὲ κακῶν εὖρον ἄκος φθιμένοι.

Idemque prodit Valerius Max. lib. 11. c. 1. & Herodotus de Traufis Thraciae populi in Terpichores initio. De Effledonibus tradit Solinus cap. 20. & Mela l. 2. eis morem esse, parentum funera cantibus prosequi. Refert Stobæus Ser. 119. (ex Plutarcho opinor) Causianos nascentes lugere, mortuosque beatos existimare. De qua re plura diximus in explicatione proverbii, *Optimum non nasci*. Hujusmodi autem gentes cantu ad sepulturam mortuos esterebant; quoniam animam harmoniam esse crederunt. In qua opinione fuit Herophilus, & qui ab eo profecti sunt. A quibus non multum ferè discrepat Dicaearchus, qui voluit animam quatuor elementorum harmoniam esse, atque concertum:

ut Pythagoram, & Platonem omittam, quorum prior animam censuit esse numerum se ipsum moventem, alter verò substantiam intelligibilem suapte mobilem naturā, quaeque ad concinnum movetur numerum. Macrobius autem l. 2. de Somnio Scip. ait; *Mortuos ad sepulturam persequi oportere cum cantu, plurimarum gentium vel regionum instituta sanxerunt, persuasione hæc, quæ post corpus animæ ad originem dulcedinis musicae, id est, ad caelum redire credantur.*

Euripidis Fragmenta alia ex Cresphonte.

Stob. Serm. 31.

Αἰδῶς ἐν ὀφθαλμοῖσι γίγνεται τέκνον.

Idem Ser. 92.

Κέρδη τοιαῦτα χρῆ τινα κτᾶσθαι βροτῶν,  
Ἐφ' οἷσι μέλλει μὴ ποθ' ὕπερον σέβειν.  
Μὴ μοι ποτ' εἶη χρημάτων νικωμένων,  
Κακὸν γενέσθαι, μὴδ' ὀμιλοῖν κακοῖς.

EX ATHAMANTE.

405 Athamas Acoli filius Thebanorum rex ex Nephele uxore, vel, ut Pindarus in hymnis prodiit, ex Demotice, vel, ut Hippiae placuit, ex Gorgopide, vel ut ait Pherecydes Syrus, ex Themisto duos suscepit liberos, Phryxum scilicet, & Hellen. Dimissa autem, quæacunque ex his fuerit, priore uxore repudii lege, sive, ut Apollonii Scholiastes vult, defuncta, alteram, cui nomen Ino, duxit Cadmi filiam, quae injustarum nocverarum more privignos odio prosequens, Aeolicis foeminis persuasit, ut etiam testatur Nonnus in 1. Dionysiacon, uti frugum semina, priusquam terrae mandarentur, insciis viris torrerent. Quæ re cum terra redderetur infoecunda, fameque tota ea opprimeretur regio, legatisque ad Apollinis oraculum decretis, ut durissimi anni ejus temporis causam inquirerent, eos Ino corruptis muneribus, monuitque ut cum reversi fuerint, Apollinis nomine Phryxum,

& Hellen in victimas efflagitarent. Quorum mendacis fidem habens Athamas, arae utrunque, vel, ut tanquam victimam macaret, imposuit. Ac cum eorum innocentiae Dii miserti essent, aureo ariete inde eos per aëra sustulerunt: dumque Helle se arietis dorso sustentare nequiret, in mare decidit, cui mox Helleponti nomen impostum est: Phryxus verò in Colchos delatus est. Aliis autem placet, Athamantem, Inus insidiis detectis, eam, ejusque filium Melicertam Phryxo necandos dedisse. Qui cum ad supplicium ducerentur, Liber pater subitâ abortâ caligine nutricem suam Ino obtexit, letoque eripuit. Ac inde Jupiter ad infantiam redegit Athamantem. Aliqui tamen volunt ob Junonis iram, qua Thebanos omnes prosequeretur, quia Bacchus ibi ex Semele ortus esset, Athamantem furore correptum, qui Learchum filium, quem ex Ino susceperat, cervum existimans jaculo trans-

transfixit. Tum Ino timore percussa furentem maritum fugiens, altero filio Melitima certa infante in ulnas accepto, in proximum mare è petra Moluride desiluit. Apollodorus tradit, Athamantem, & Ino à Junone in furorem actos: quoniam illis à Mercurio Bacchus alendus traditus fuerat: Inoque Furiis exagitatam Melicertam in ferventem lebetis aquam deiecisse; vel ut Dorian in lib. de piscibus ait, jugulasse, & cum perempto filio in mare se praecipitem dedisse. Quorum Neptunus misc-

ratus, illam in marinam Deam, indito Leucotheae nomine, quam Latini Matutam vocant, permutavit; Melicertam verò Palaemonem appellavit, quem Latini Portunum dicunt: in quorum honorem quinto quoque anno Isthmia celebrabantur. Scripsit hanc fabulam, ut ex Pindari Scholiaste videre licet in Isthmiis, Sophocles, & ex nostris Accius. De Athamante furore exagitato, qui, ut opinor, ejus fabulae erat hypothesi, Ovidius quaedam artigit in Metamorph. l. 6.

**I**S erat in ore Bromius, heis Bacchus pater,  
Illeis Lyaeus vitis inventor sacrae.

Charif. l. 2.

**I**S ERAT IN ORE BROMIUS,] Chori verba esse videntur, referentis quoniam pacto Bacchantes foeminae vi numinis impulsae, furore correptae Orgia celebrabant. In quibus diversis sanè nominibus Bacchum inclamabant. Ovidius l. 4. Met.

— *Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyaeumque,*

*Ignigenamque, satumque iterum, solumque bimatrem:*

*Additus his Nyseusque, indetonfusque Thyoneus,*

*Et cum Lenaco genialis confitor uvae, Nycteliusque, Eleleusque parens, & Iacchus, & Euan,*

*Et, quae praeterea per Grajas plurima gentes Nomina Liber habes*

**BROMIUS,]** Ita appellatus est Bacchus, ut Diodoro placet, & ex eo refert Eusebius l. 2. de praep. ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν γένεσιν αὐτοῦ βρόμου, quasi dicat, ab ignis strepitu, qui in ipsius nativitate insonuit; vel ἀπὸ τοῦ βρομίου, quod est, *stremio*. Cornutus, περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως, vult hoc nomen deduci à voce, quā primū utuntur ii, qui calcibus vinum exprimunt. Apud Telectiden, ut refert Hesychius, Bromius non solum Bacchum, sed etiam Satyrum significat. Orpheus in Dianae hymno eam Bromiam vocat.

**BACCHUS PATER]** Bacchus vocatus est ἀπὸ τοῦ βαχχέειν, ab incompōsitè vocifera-

rando, vel βαχχέω, quod est *insanio*.

**LYAEUS]** Notum est ἀπὸ τοῦ λύειν hanc vocem derivari, quod est *solvere*: nam vinum meracius haustum nos à curis solutos reddit. Quā ratione Latini Liberum Bacchum dixerunt. Ad Lyaei nominis crymon videtur respexisse Euripidis Chorus in Bacchis, ubi inter caetera, quae Bacchici muneris sunt, recenset proprium ipsius esse, ἀποπαύσαι μερίμνας, hoc est, *sedare curas*, & sollicitudines. Horatius in Epodo Od. 9.

*Curam metumque Caesaris rerum juvat  
Dulci Lyaeo solvere.*

Idem 3. Carm. Od. 21.

— *tu sapientium*

*Curas, & arcanum jocofo  
Consilium reteris Lyaeo.*

Silius Ital. lib. 11.

*At cum pulsa famas, & Bacchi munera duram*

*Laxarunt mentem; cum fronti reddita demum*

*Laetitia, & positae graviores pectore curae.*

Muretus Galliambo,

*Nova munera, apta curas animis procul agere.*

Ibidem,

*Tu animis acerba fessis curarum onera abigis.*

**VITIS INVENTOR SACRAE.]** Bacchus quoniam omnium primus mortalibus vitium satus ostendit; ideo communi omnium

Tum

Tum pariter Evan, Evhyus:  
Ignotus juvenum coetus alterna vice  
Inibat alacris, Bacchico insultans modo.

consensu divinos honores fuerat adeptus. Graecis dictus est *οἰουργίας εὐχέτης*. Ovidius l. 4. Met.

— *Genialis confitor uvae.*

Hinc Vitifator ab Accio dictus est in Bacchis,

*O Dionyse pater optime vitifator*

*Semela genitus Eubhyia.*

**EVAN EVHYUS:]** Proditum est in fabulis, cum Gigantes è caelo Jovem ejicere molirentur, Bacchum in leonem conversum, mox unum è Gigantibus strenuè interemisse: Jovemque filii audacia delectatum acclamasse, *εὐσε, εὐσε*, id est, *bone*

*fili, bone fili*. Quae vox postea inter Bacchi cognomina relata est. Sed de his Bacchi cognominibus plura prodita sunt à Lilio in hist. Deorum, & ab Juliano Aurelio.

**BACCHICO INSULTANS MODO.]** Lydium intelligit, ut ex Luciano liquet, qui ubi Harmoniden facit Timotheo magistro gratias agentem, qui eum jam docuit modos concinnos facere, choroque congruos, ac postremò conservare singulorum concentuum proprietates, mox sequitur *τῆς φρυγίου τὸ ἐνδεον, τῆς Λυδίου τὸ Βακχικόν, τῆς Δαρίου τὸ σεμνόν, τῆς Ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν*.

## EX ANDROMEDA.

**N**ON dubium est, ut ex Graecis reliquiis, quas infra adducemus, apparet, Euripidem scripsisse Andromedam, quam eandem ex Graecis Sophocles edidit, ut ex Polluce, l. 10. Hesychio in *κούριον*, & Athenaeo l. 11. liquet. Ex Latinis autem Livius Andronicus, & Accius, quem ego proprio Marte eam fecisse fabulam puto: quando liberum ejus ingenium minime pati videbatur aliorum sequi vestigia. Illum de Sophocle convertisse fortasse non ineptè suspicari possumus: Nostrum autem ex Euripide, vel ex uno Euripidis loco, quem infra adducemus, ex Aristophane, & ex Theocriti Scholiaste. Fabulae verò argumentum ex iis Auctoribus intelligi potest.

Hyginus in Fabulis; *Castiope filiae suae Andromedae formam Nereidibus anteposuit. Ob id Neptunus exposulavit, ut Andromeda Cephei filia ceto objiceretur. Quae cum esset objecta, Perseus Mercurii talaribus volans eo dicitur venisse, & eam liberasse à periculo. Quam cum abducere vellet, Cepheus pater*

*cum Agenore, cujus sponsa fuit, Perseum clam interficere voluerunt. Ille, cognitā re, caput Gorgonis eis ostendit, omnesque ab humana specie sumi informari in saxum. Perseus cum Andromeda in patriam redit. Polydeutes, sive Proetus, ubi vidit Perseum tantam virtutem habere, periclitum, eumque per dolum interficere voluit. Quae re cognitā, Perseus caput Gorgonis ei ostendit, & is ab humana specie est immutatus in lapidem.*

Apollodorus lib. 2. Biblioth. *Παρωγενόμενος δὲ εἰς Αἰθιοπία, ἧς ἔβασιλενε Κηφεύς, εὐρε τὴν τοῦτου θυγατέρα Ἀνδρομέδαν παρακειμένην βράχιν θαλασσίῳ κήτει. Καρσιπέει γὰρ ἡ Κηφεύς γυνὴ Νηρηϊῶν ἦρσε περὶ κάλλους, καὶ πατῶν εἶναι κρείττων ἡυχησέ. ὄθεν αἱ Νηρηίδες ἐμίσησαν, καὶ Ποσειδῶν αὐταῖς 409 συνοργισθεῖς, πλημυράν τὴ ἐπὶ τὴν χεῖραν ἔπεμψε, καὶ κήτος. Ἀμειβόμενος δὲ χρῆσαντος τὴν ἀπάλλαγὴν τῆς συμφορῆς, εἰὼν ἡ Καρσιπέειας θυγατρὸς Ἀνδρομέδα προτεθῆ τῷ κήτει βορά. τοῦτο ἀναγκασθεῖς ὁ Κηφεύς ὑπὸ τῶν Αἰθιοπῶν ἔπραξε, καὶ προσέθηκε τὴν θυγατέρα πύτρη. ταύτην δεσασάμενος ὁ*

Ll

Hes.

Περσεύς, καὶ ἑρασθεῖς, ἀναίρησεν ὑπέσχετο Κεφεί τὸ κήτος, εἰ μέλλει σωθεῖσσαν αὐτὴν αὐτῷ δάσειν γυναῖκα. ἐπὶ τούτοις γενομένην ὕρκων ὑπόσας τὸ κήτος ἔκτεινε, καὶ τὴν Ἀνδρῶμεδάν ἔλυσεν. ἐπιβουλεύοντος δὲ αὐτῷ

Φινέως, ὃς ἦν ἀδελφὸς τοῦ Κηφείως ἐγγυάμενος πρῶτος τὴν Ἀνδρῶμεδαν, μαθὼν τὴν ἐπιβουλήν τὴν Γοργόνα δείξας, μετὰ τῶν συν-ἐπιβουλεύοντων αὐτὸν ἐλίθωσε παραχρήμα.

**Q**uae cava caeli signitenentibus  
Conficis bigeis ---

Filiis propter te objecta sum innocens Nerei.

Var. l. 4. de ling. Lat.

Prisc. lib. 7.

QUAE CAVA CAELI] Malè apud Varro- nem legi animadvertit Scaliger; *Itaque dicit Andromacha*, Noctique cava caeli signitenentibus conficis bigis; cum legendum sit; *Itaque dicit Andromeda nocti*, Quae cava caeli, &c. Cognovit etiam ante Scaligerum Antonius Augustinus, verba ita esse interpungenda. Sed in fibulae nomine error eum decepit: nam *Andromeda* pro *Andromacha* reponendum esse, liquidò ex Aristophanis fabula patet, quae *ἑσμοφοριάζουσαι* inscripta est. In qua facitissimus poeta falsè Euripidem cavillans, ejus focerum Mnesilochum inducit, & sub Andromedae persona haec verba referentem;

Ὡ' νύξ ἰερά.

Ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις

Ἄσπεροιδέα νῶτα διερέου ---

Σ' αἰθέρος ἰεράς

Τῷ σερμοτάτῳ δὲ δλόμπῳ.

Tres superiores versus adducit ex Euripide Theocriti Scholiastes in calce Pharmaceutriae, ut confirmaret noctem curru vehi. Ea autem verba videntur jactata ab infelici Andromeda ceto exposita, cum noctu sola quereretur.

CONFICIS BIGEIS] Virgilius l. 5. Ennium secutus, ait,

Et nox atra polum bigis subvesta tenebat.  
Claud. de raptu Proserp.

--- sparso nox humida formo

Lanquida caeruleis invexerat oia bigis.

Tibullus autem l. 3. Eleg. 4. quadrigas ei tribuit,

Jam nox aetherium nigris emensa quadrigis

Mundani caeruleo laverat amne rotas.

Caeterum communior est opinio, quadri-

gas dari Soli, bigas Lunae, albo, & nigro equo junctas: sive quòd nocte, & die luceat; sive quòd hyeme, & aestate splendidiòr sit, quàm autumnò & vere: equos verò singulos sideribus. Ad quòd respexisse videtur Statius 6. Theb. ubi his verbis ostendit Luciferum, & Hesperum eundem esse; *Roscida jam novies caelo demiserat astra Lucifer; & totidem Lunae praevenerat ignes Mutato nocturnus equo* ---

Ovidius l. 15.

--- Cumque albo Lucifer exit.

Clarus equo, rursusque alius, cùm praevia lucis

Tradendum Phoebo Pallantias inscit orbem.

Claudianus l. 2. de raptu Proserp.

Dum meus humectat flaventes Lucifer agros

Rovanti provehens equo ---

Ovidius iterum 3. Trist. Eleg. 5.

Hoc utinam nitidi Solis praenunciis ortus

Afferat admisso Lucifer albus equo.

Alii Lunae currum tauris vehi asseruerunt; unde eam ferunt dictam *ταυροπόλος*, & *ταυροπόλα*. Aliqui verò voluerunt, mulos Lunae currum trahere, quòd mulus non *ἰδιογόνου* generis, sed *κοινογόνου* sit; & Luna non proprio, sed emendicato luceat lumine. Lucretius l. 5.

Lunaque sive notho fertur loca lumine lu-  
strans.

Catullus,

Tu potens Trivia, & notho es

Dicta lumine Luna.

Quod verò Ennius bigas signitenentes dixit, lepidè noctivagum currum dixit Actius in Bacchis.

FILIIS PROPTER TE] Sunt verba Andro-

Scrupeo investita saxo, atque ostreis, quam excaperent: Non. Sca-  
pres.

Circum sese vruat ad pedes à terra quadringentos ca-  
put. Fest. Vruat.

Rursus prorsus reciprocatur fluctus feram. Non. Rur-  
sus.

Corpus contemplatur, unde a corporaret vulnere. Idem Corpo-  
rare.

Alia fluctus differt, dissipat visceratim membra: Idem Viscer-  
atim.

Maria<sup>b</sup> salsa spumant sanguine ---

a V. C. corporet b V. C. sparfa

Andromedae jam scopulo alligatae, cum matre querentis, quòd ejus culpa, scilicet linguae petulantia, ipsa innocens Nerei filiis, hoc est, marinis monstris objecta sit. Hic autem filiis pro *filiabus* dictum, Grammaticus adnotavit.

SCRUPEO INVESTITA SAXO, ATQUE OSTREIS] Videtur ceti formam describere, qui ob magnitudinem, aspersamque tergicudem, marinis conchis conspersam, scopulum videbatur repraesentare: de quo Ovidius l. 4. Mer.

--- nunc terga cavis super obsita conchis.

Idem de ipsius magnitudine paulò superiùs;

--- nondum memoratis omnibus unda

Insonuit, veniensque immenso bellua ponto  
Imminet, & latum sub pectore possidet ae-  
quor.

Hujus autem ossa immania, ut tradit Mela l. 1. in Joppe tanquam clarum servatae à Perseo Andromedae vestigium accolae ostentabant. Unde postea, ut tradit Plinius l. 9. c. 5. Romam apportata inter reliqua miracula aedilitate suà ostendit M. Scaurus, longitudine pedum 40. altitudine costarum Indicos elephantis excedente, spinacraffitudine sesquipedali. Ex hoc Nonii loco resarciri potest Festi fragmentum in dictione *Scrupi*. Ubi legitur; *Ennius in Ar* ..... *tita saxa, atque hos* ..... Unde videtur legendum esse; *Ennius in Andromeda*, non autem, ut conjiciebant aliqui, in *Armorum* judicio. Festus nuper

editus citat ex Andromacha; *Scrupeo investita saxa, atque hos treis, quam excaperent*.

CIRCUM SESE VRUAT] Postquam Poëta 411 ceti formam descripsit, nunc quo pacto se ipsum in orbem sinuabat, demonstrat. Haec verba mutila erant in olim impressis, nunc apertè leguntur in codice è Farnesiana Bibliotheca descripto.

RURSUS PRORSUS] Narrabatur hic Persei conflictus cum ceto, atque ita (ut videtur) ut ipsis planè offeratur oculis. Ex hoc autem loco alter ille Nonii corrigi potest, ubi declarans, *Reciproca, recipe* significare, ait; *Ennius Andromeda Risors prorsus reciprocatur, fructus feram*.

CORPUS CONTEMPLATUR] Loqui videtur de bellua, quae conspectà Andromedà scopulo devinctà contemplabatur, quam potissimùm partem devorandam, ac deglutinandam iniret.

CORPORARE] Vetus codex, *corporet*. Corporare autem *interficere* est, ut tradit Marcellus, & quasi corpus solum sine anima relinquere.

ALIA FRUCTUS DIFFERT,] Differt, idem quod sequitur, *dissipat*, nimirum. Quà significatione est illud Lucretii l. 1.

--- & nubila differt.

Demonstratur autem iis, feram jam dilatam membratim supernataste.

MARIA SALSA SPUMANT SANGUINE.] Ovidius l. 4. Mer.

Libertum quaesendum causa familiae matrem tuae. Fests. Quaesere.

Bellua punico mistos cum sanguine fluctus Ore vomit, maduere graves aspergine pennae. Vetus codex pro maria salsa, &c. habet maria sparsa spumant sanguine.

LIBERTUM QVAESENDUM CAUSSA ] Librorum quaesendorum.

Euripidis Fragmenta ex Andromeda.

Stob. Ser. 29.

Εὐκλειαν ἔλαβον οὐκ ἄνευ πολλῶν πόνων.

Idem ibid.

Οὐκ αἰσχρὸν οὐδὲν τῶν ἀνωμαλίαν βροτοῖς,

Ἄλλ' ἥδ' ὅτι σωθέντα μνηστῆραι πόνων.

Idem Ser. 34.

Σιγῆς; σιωπῆ δ' ἄπαρος ἐρμηγεύς λόγων.

Idem Ser. 50.

Νεότης μ' ἐπῆρε, καὶ σθένος τοῦ νοῦ πλέον.

Idem Ser. 61.

Ἄσσοι γὰρ ἔγρατα πίπτουσι βροτῶν,

Ἐσθλῶν ὅταν τύχῃσι τῶν ἐρωμένων,

Οὐκ ἔστι ποίας λείπειται τόθ' ἡδονῆς.

Idem Ser. 62.

Ἐρωτὰ θεῖον ἔχομεν. ἐκ δὲ τῶν λόγων

Ἐλοῦ τὰ βέλγη; ὡς ἄπιστοι ἔς' ἔρωτος,

Κἄν τῷ καίσιω τῶν φρενῶν αἰκεῖν φιλεῖ.

Idem Ser. 65.

Τῶν γὰρ πλαύτων ὄτ' ἀριστος, γενναῖον λέγῃσιν εὐρεῖν.

Idem Ser. 79.

Ὡ' τλήμων, ὡς σοὶ τὰς τύχῃς μὲν ἀσθενεῖς

Ἐδωγ', ὁ δαίμων. μέγα φρονούσι δ' οἱ λόγοι.

Idem Ser. 89.

Χρυσὸν μάλιστα βούλομαι δόμοις ἔχειν.

Καὶ δοῦλος ἂν γὰρ, τίμιος πλούτων ἀνῆρ.

Ἐλευθερός δὲ, χρεῖδ' ἂν, οὐδὲν σθένει.

Χρυσοῦ νόμισ' αὐτὸν οὐκ' εὐτυχεῖν.

Idem Ser. 96.

Χρήμασι γὰρ εὐτυχῶ. ταῖς συμφοραῖσι δ', ὡς ὀρέσιν οὐκ εὐτυχῶ.

Idem Ser. 97.

Ἦπου τὸ μέλλον ἐκφοβῆε καθ' ἡμέραν,

Ὡς τοῦτο πάσχειν τοῦ πῶν μείζον κακόν.

Idem Ser. 103.

Ὁ μὲν ὀλβίος ἦν, τόδ' ἀπεκρυψεν θεός,

Ἐκείνων τῶν ποτε λαμπρῶν, νεύει βίβλος,

Νεύει δὲ Τύχη κατὰ πνεῦμ' ἀνέμων.

Idem ibid.

Μὴ δ' ὄτ' ἔχει γὰρ καταφυγὴν, θῆξ μὲν πέτραν.

Δούλοιο δὲ βωμὸς θεῶν. πόλις δὲ πρὸς πόλιν

Ἐπ' ἰχθε χειμασθεῖσα. τῶν γὰρ ἐν βροτοῖς

Οὐκ ἔστι οὐδὲν διὰ γέλους εὐδαιμονίου.

Idem ibid.

Οὐκ ἔστι ὅστις εὐτυχῆς ἔφυ βροτῶν,

Ὅν μὴ τὸ θεῖον ὡς τὰ πολλὰ συνίλεει.

Idem Ser. 111.

Τὰς συμφοράς γὰρ τῶν κακῶς πεπραγῶν

Οὐ πάποθ' ὑπερῖσ' αὐτὸς ὀρθῶν παθεῖν.

Idem ibid.

Εἶδ' ἔγὼ πρόσσω κακῶς,

Μηδὲν ἴδ' αὖχει. καὶ σὺ τοι πράξειαι ἄν.

Idem Ser. 112.

Συνάλησον, ὡς ὁ κάμνων δακρύων μεταδός

Ἐχει κοφύτητα μόχθων.

Idem Ser. 122.

Τὸ ζῆν' ἀφέντης, τὸ καλὰ γῆν τιμῶσι σου.

Κενόν γ' ὅταν γὰρ ζῆ τις εὐτυχεῖ Κρέων.

Ex alio Stob. l. i. περὶ φυσικῆς Ἐκλο. Τὸ δαιμόνιον οὐχ ὀρέσ' ὅπῃ μοῖρα διεξέρχεται

Στρέφεις δ' ἄλλους ἄλλως εἰς ἡμέραν.

Athen. l. ii. c. 8.

Ὁ μὲν γάλακτος κισσῶν φέρων σκύφος

Πόναν ἀναψυκτήρ' ὁ δ' ἀμπελῶν γάτος.

Macr. l. v. c. 21.

Πᾶς δ' εἰ ποιμένων ἔρρει λιεὺς

Ὁ μὲν γάλακτος κισσῶν φέρων σκύφος

Πόναν ἀναψυκτήρ', ὁ δ' ἀμπελῶν γάτος.

EX TELEPHO.

413 E Uripideae Telephi hanc Strabo l. 13. affert hypothefin, Augem ab Aleo patre (cum ab Hercule corrupta deprchendendetur) in arcam quandam cum Telepho filio impositam, & in mare dejectam esse. Sed Minervae providentiâ arcam ad Caici ostia transmissam evasisse: Teuthrantem, cum eos excepisset, Augem uxorem duxisse: Telephum verò pro filio habuisse. Diodoro autem l. 4. placet, Aleum detecto facinore Auges filiae, cuidam nauclero amico in mari mergendam dedisse; quae urgentibus partus doloribus in proximam silvam, tanquam rem necessariam actura descendit; ibique clam est enixa, infante inter vespres abscondito; indeque ad naviculam rediens ad Endaplium Arcadiae portum pervenit. Ubi nauclerus ille miseratione compulsius, noluit eam juxta patris praecceptum demergere; sed quibusdam in Asiam ex Caria profecturis dono dedit. Qui Augem secum vehentes Teuthranti Mysiae regi tradidit. Infantem verò cum in Parthenio monte, ubi editus fuerat, relicto pastores Corythi regis reperissent à cervæ exhibito ubere nutriti, ad regem detulerunt. Quem Corythi ut filium educans Telepho, eo quod fuerat à cervæ nutritus, quam Sophocles Κερβετώσα appellavit, nomen dedit. Quod confirmat Hyginus, & Aelianus l. 12. Var. hist. Graeco enim idiomate cervæ ἔλαφος appellatur, & Apollodorus l. 2. Bibl. θῆλην μὲν γὰρ ἀρτίτοκος ἔλαφος ὑπέσχετο αὐτῷ. ποιμένες δὲ ἀνελεόμενοι τὸ βρέφος, Τηλεφὸν ἐκάλεσαν αὐτόν: quamvis rem ipsam explicando à Diodoro, & aliter ab altero dissentiant, & Apollodorus à se ipso quoque l. 2. & 3. Bibl. Telephus igitur adulta jam ætate matrem investigans, Delphos contendit; ubi ab oraculo monitus, ut in Mysiam navigaret ad Teuthrantem regem, inventa matre summo in honore habitus est. Teuthras masculinâ orbatu prole Argiopen filiam Telepho in

matrimonium collocavit, regniq; successorem instituit. Cum igitur Mysiae rex esset, per ejus regionis oras Graecos, cum primùm Trojam petissent, viâ aberrasse ferunt. Qui, cum è navibus exiissent, regionem omnem illam, quam Caicus fluvius praeterlabitur, vastarunt. Quod cum Telephus cognovisset (ut Dictys Cretens. ait l. 2. qui rem hanc figillatim exponit) in Graecos impetum fecit. In qua pugna cum equis, in quo insidebat, cecidisset, grave ei Achilles vulnus infixit. Quod quidem cum nullâ arte, nullisque medicamentis sanari posset, oraculum sciscitatus responsum accepit, ὁ τρώσας ἰώσεται, quasi innuere vellet, ut ferruginem gladii, vel hastæ, quæ Chironis Centauri fuisse perhibetur, quæve cum vulneraverat, adhiberet ulceri. Kubiginem enim esse in remediis, ait Plinius l. 34. c. 15. subditque; Et sic Telephum proditur sanasse Achilles, sive in aerea, sive ferrea cuspide fecit, ita certe depingitur esse decutiens gladio. Aristoteles apud Plutarchum in Symposiacis refert, aerea cuspidè, aut gladio facta vulnera curari minus difficulter, celeriusque coire, quàm quæ ferrum infixit; propterea quòd medicinae aliquid in se habet æs. Oraculum quidem sic Tzetzes Chil. 6. explicavit, Ὅν Ἀχιλλεύς κατὰ μηροῦ Τηλεφὸν τότε τρώσας Ἰστέρας ἀνιάσσειεν ἐκείνων προσελθόντα. Cujus ambiguitatem sic exponit Hyginus; Hoc Telephus ubi audiuit, ad regem Argemmonem venit, & monitu Clytemnestrae Orestem infantem de cubilibus rapuit, nimitis se eum occisurum, nisi sibi Achivi mederentur. Achilles autem quod responsum erat, sine Telephi ductu Trojam capere non posse, facile cum eo in graviam redierunt, & ab Achilles petierunt, ut eum sanaret. Quibus Achilles respondit, se artem medicam non posse. Tunc Ulysses ait, non te dicit Apollo, sed auctorem

EX



Etorem vulneris hastam nominat. Quam cum rasset, remediatus est. Hinc apud Ovidium l. 13. Met. de Achille;

ego Telephonum hastam pugnantem domui, victum, orantemque refeci.

Appulejus autem dicit in hist. de herbarum virtutibus, curationem accepisse herba quadam, quae Achillea dicitur, cujus inventum Achilli tribuit. Ait autem; Hanc herbam Achilles invenit, unde vulnera ferro facta sanabat, et ob id Achilleos vocatur. Hac sanasse Telephonum dicitur. Claudianus,

Sanus Achilleis remediavit Telephus herbis, Cujus pertulerat vires, et sensit in uno Lethalem, placidamque manuum; medicina per hostem Contigit, et pepulit, quos fecerat ipse, dolores.

Herbarum verò cognitionem Achilles à Chirone didicerat. Hinc in proverbium ferè abiit, ut cum auxilium ex eo petimus, qui mali alicujus causa existiterit, Achillis hastam, vel Achilleo more, vel Achilleum vulnus dicamus. Ovidius de remedio amoris,

Vulnus Achilleo quod quondam fecerat hosti, Vulneris auxilium Pelias hastam tulit.

Idem l. 1. Trist. Eleg. 1. Nanque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit, Solus Achilleo tollere more potest.

Idem l. 2. Eleg. 1. Forfitan ut quondam Teuibrantia regna tenenti,

Sic mihi res eadem vulnus, opemque feret,

Idem l. 5. Eleg. 2. Telephus aeternam consumptus tate perisset,

Si non, quae nocuit, dextra tulisset opem.

Propertius l. 2. Eleg. 1. Mysus et Haemonia juvenis qua cuspide vulnus

Senserat, hac ipsa cuspide sensit opem. Quo illud Epigramma videtur alludere,

Palam mutire plebeo, piaculum est.

PALAM MUTIRE ] Festus mutire, loqui exponit. Arbitror haec Telephi verba esse,

Τηλεφος ειμι κερου, συ δε γινεο πιστος Α. χιλλεος,

Καλλιει σα παυσον τον παθον, ως εβαλες. Quod sic vertit Jacobus Cruquius, Telephus en ego sum, tu sis mihi fidus Achilles,

Ore puella necas, ore beare potes. Publius Syrus,

Amoris vulnus idem qui sanat, facit. Sic etiam Horatius Epod. 17.

Canidia parce vocibus tandem sacris, Citumque reira solve, solve turbinem.

Movit nepotem Telephus Neveium, In quem superbus ordinat argmina Mysorum, et in quem tela acuta torserat.

Quasi verò dicat (ut interpretatur vetustus quidam Grammaticus) Tu me, o Canidia, quem illigasti imprecationibus, mutatis tuis jam sana carminibus. Lucianus in Nigrino; Λουκ. πανο μεν ουν, και προσετι δεομαι γεσου κοινή τινα την θεραπεϊαν επινοειν. Φιλ. το του Αρα Τηλεφου ανανγκη ποιειν. Λουκ. ποιον αυ λεγεις; Φιλ. επι τον τρασωγα ελθοντας, ιασθαι παρακαλειν.

Hunc igitur Telephum, ut ex antiquorum reliquis, quae existant, apparet, ex alto fortunae gradum, regnoque ejectum, rerumque omnium egentem Tragici induxerunt. Unde Horatius ad Pisones dixit,

Telephus, et Pelias cum pauper et exsul uterque

Projicit ampullas, et sesquipedalia verba. Timocles Comicus,

ο μεν γαρ αν πεινης, Παχυτερον αυτου καταμαθων Τηλεφον

Πενόμενον, ηδη την πενίαν ερον φερει. Aristophanes νεφελ.

συ δε γ' ευ πραττεις. Καί τοι πρότερον γ' επλάχευες, Τηλεφος είναι Μυθος φάσκων.

Verum & Telephi nomine Philetas Cous opus inscripsit, ut Lilius ait in poetarum historia: Tragoediam verò Agathon, ut Athenaeus l. 10.

Fest. Mutire.

quem Tragici induxerunt moestum, ac tacitum, neque oculos nisi humo defixos habentem:

Regnum reliqui septus medici stola.

Non. Stola.

Cedo, & caveo vestitus, squalida septus stola.

Idem ibid.

Verum, quorum liberei letho datei sunt in bello, Non lubenter haec enodari audiunt.

Idem Enoda.

Deumque de consilio hoc itiner credo conatum modò. Idem Itiner.

Te ipsum hoc oportet profiteri, & proloqui,

Idem Adversum.

a peripetia b syncope.

habentem: quemadmodum solent ii, qui maximo aliquo fortunae vulnere sint confecti, alicui importune percontanti respondisse, non decere infimum, & abjectum hominem palam loqui. Quòd si aliquando loquentem induxerint, non nisi invitum respondentem faciunt. Quocirca Amphicomicus in fabula, cui πλώτος ab impostore quodam nomen fecit, de piscium venditoribus inquit,

εκυψεν άσπερ Τηλεφος Πρώτον σιωπή Demisit oculos, quemadmodum Telephus, Primum silentio

Alexis in Parasito, Καλοῦσι δ' αυτον πάντες οι νεώτεροι Παράσιτον υποκόρησμα τῶνδ' ουδεν μελει Δειπνεί δ' άφανος Τηλεφος, νεύων μόνος Τους επερωτώντας τι, ώσε πολλakis αυτον κεκληκώς τα Σαμοθράκι εύχεται, Λήξει πνέοντα, και γαληνίσαι ποίε, Χειμώνό χειμών ό μειρακίσκος έστι τοίς φίλοις.

De ejus nimia taciturnitate haec Accius Telepho,

Qui neque cuijatis esset unquam potuimus multi rogantes scire.

REGNUM RELIQUI ] Peripetia, quae à sordido hominis cultu augetur. Sunt ejusdem Telephi verba. Sed pro melici, mendici legendum est. Adnotat Nonius, Veteres, stolam non honestam vestem solum, sed etiam omnem, quae corpus tegeter, dixisse.

CEDO, ET CAVEO ] Apud Festum in

squalidum, qui modò semivivus prodiit, habetur hic locus ex eadem fabula, Quam vestitus squalida septus stola. Accius de eodem loquens, Nam etsi opera squalitate est, lucetque horrificali.

Squalor cum de corpore dicitur, intelligitur magna sordium congeries, ad similitudinem squamarum piscium: à quarum asperitate, tunicam auro squalentem, dixit Maro Aen. l. 10. Quà quidem voce in univèrsum uti possumus, cum quicquam nimis inculcatum, obstitumque est, aut re pretiosa, aut sordida, ut incuteret visentibus quodammodo horrorem.

VESTITUS, ] Aliqua exemplaria habent contvestitus, fortasse convestitus.

LETHO DATEI ] Pacuvius in Duloreste, Is quis est? qui tunc si tu illum occupas letho dabis.

Virgilius l. 5. Millia multa darent letho, gemerentque repleti

Amnes Magna trophaea ferunt, quos dat tua dextera letho.

Idem l. 12. Multa virum volitans dat fortia corpora letho.

Varro l. 6. de lin. Lat. Ollus letho datus est.

DEUMQUE DE CONSILIO ] Forfitan aliquis haec dicebat de Graecorum itineris errore, qui deorum permisso acciderat.

Ad-

Advorsum illam mihi ---

<sup>ω</sup>  
a Et civitatem video Argivum incendier.

<sup>ω</sup>  
Qui illum Dii, Deaque magno mactassint malo.

a pathos à visu

ADVORSUM ILLAM MIHEI] Observat Nonius, *advorsum* hic pro *apud* positum esse. QUI ILLUM DII, DEAEQ. MAGNO MACT. M.] Comica imprecatio. *illum ἐπιφώνημα* criminis auctorem. Pomp. Pracone posteriori,

*At te dii omnes cum consilio, calvae, mactassint malo.*

Afranius Privigno,

*A fulica penè peristi, dii te mactassint malo.*  
Plautus Poenulo contra,

Idem Civitas.

Idem Mactare.

*Dii omnes, deaque ameni. —*

Idem Casina, & Persa,

*Ut illum dii omnes, deaque perdant —*

Et Mostellaria,

*Dii te, deaque omnes perdunt cum isto crimine.*

Et rursus ibidem,

*Malum quod isti dii, deaque omnes dunt. 411*

Terent. Eunucho,

*Ut illum dii, deaque senium perdant.*

## EX THYESTE.

419 **A**Treus, & Thyestes ex Pelope Tantalici, & Hippodamia Oenomai filia orti sunt. Atreum autem, cum adolevisset, ferunt Chrysipum fratrem ex alia matre, quem pater admodum diligebat, in puteum demersisse. Quod cum aegrè Pelops tulisset, illum in exilium egit. Mortuo denique Pelope, sese Mycenae recipit: cumque natu major esset, paternum sibi regnum deferri petiit: quod Thyestes prius immeritò occupaverat. Volunt tamen aliqui, inter se eos convenisse, ut alternis vicibus regnum administrarent. Sed aliqui malunt, eos pactos esse, ut iter prior portentum aliquod protulisset, is regno potiretur. Per ea igitur tempora in Atrei ovilibus agnus aureis villis reperitur. Quem cum ut maximum portentum ostenturus esset Atreus, prodidit hoc Thyestae Aërope Atrei uxor, quam sibi Thyestes stupri consuetudine conciliaverat: cui sublatum dolo agnum tradidit. Quem cum in medium Thyestes protulisset, regnum adeptus est. De qua re sic Cicero lib. 3. de Natura Deor. *Nec tamen*

*ille ipse est praetereundus, qui non sat habuit conjugem illexisse in stuprum: de quo rectè, & verissimè loquitur Atreus,*

*Quod re in summa summum esse arbitror Periculum, maures coinquinari, regiam Contaminari stirpem, admisceri genus.*

*At id ipsum quam callidè, qui regnum adulterio quaereret?*

*Adde (inquit) huc, quod mihi portento caelestium pater*

*Prodigium misit, regni stabilimen mei, Agnum inter pecudes aurea clarum comâ Quondam Thyesten clepere ausum esse ò reginâ: Qua in re adjuvicem conjugem cepit sibi.*

Quos quidem versus ex Accii Atreo esse suspicor: quamvis sciam duos ex iis Nonium in *Clepere*, non ex poeta aliquo, sed ex Cicerone ipso afferre. Sunt ejusdem ferè sententiae hi Senecae trimetri, qui in sua Thyeste ita Atreum loquentem facit,

*Fas est in illum, quicquid in fratrem est nefas.*

*Quid enim reliquit crimine intactum? aut ubi*

*Scleri pepercit? conjugem stupro abstulit, Re.*

*Regnumque furto, specimen antiquum imperi*

*Fraude est adeptus, fraude turbavit domum.*

*Est Polopis alitis nobile in stabulis pecus*

*Arcannus Aries, ductor opulenti gregis.*

*Hic jus per omne corpus infuso coma*

*Dependet auro, cuius è tergo novi*

*Aurata reges sceptrà Tantalici gerunt.*

420 *Pressor hujus regnat —*

Ob cujus facti memoriam tradit Pausanias l. 2. Corinth. in Thyestae sepulchro, quod est in Argivorum finibus, arietem marmoreum esse impositum. Quin Atreus, ut debitas à fratre poenas sumeret, cum eo in simulatam gratiam rediit, propriosque ei filios Tantalum scilicet, & Plifthenem, ut tradit Hyginus; vel, ut aliis placet, Aglaum, Orchomenum, & Caleum caecos, comedendos apposuit; sanguinemque eorum patera libavit. Quorum capita tandem inter feralis convivii epulas, ut à Thyeste cognoscerentur, afferri iussit. Quo diro spectaculo Solem ferunt cursum deflexisse, ne tam nefarium scelus divinum ipsius foedaret aspectum. Ovidius l. 1. de Arte amandi;

*Cressa Thyesteo si se abstinuisse amore*

*(Ab quantum est uni posse placere viro!)*

ω

ADSPICE HOC ] Refert Cicero hunc locum in principio, & circa medium l. 2. de Nat. deor. Rursus initio, & medio tertii, ex quo tantum Ennii esse cognovimus; sed à Festo ex hac fabula esse didicimus. Refert eundem locum ex Ennio Probus in Sileno, qui aliquantò diversius ita legitur apud Appulejum in lib. de Mundo,

*Adspice licet sublime tuens, quem invocant omnes Jovem.*

Sed Scaliger ex veteribus Appuleji libris legit,

*Adspice hoc sublimem candens &c.*

Vult enim duplex esse limen, superius, & inferius: hoc superius sublimem vocasse, & hinc caelum ab Ennio hoc loco sublimem dictum.

*Non medium rapuisse iter, curruque retorto Auroram veris Phoebus adisset equis.*

Statius l. 4. Theb.

*Fumerae tum namque dapes, mediique recurfus*

*Solis —*

Quò videtur Virgilius l. 1. Aen. respexisse, *Nec tam averjus equus Tyria Sol jungit ab urbe.*

Cujus rei veritatem aliqui fuisse credunt, Atreum primum apud Mycenae Solis defectum observasse. Praebuit autem multis terribi hujus facinoris immanitas scribendi ansam: nam hujus nominis fabulam è Graecis apud Stobaeum comperio Sophoclem, & Euripidem scripsisse; & apud Athenaeum l. 12, & 13. Agathonem, & Chaeremonem. E nostris verò Pacuvium, ut ex Placiadis glossis, tum Varium, ut ex Dialogo Cornelii Taciti, & ex Ovidio in extremo de Ponto patet. Ex quo, & ex Prisciano lib. 6. cognovimus etiam, Gracchum eam scripsisse; & ex Acrone & Porphyrione Cassium Parmensem. Ennius verò hanc fabulam dedit, ut ait in Bruto Cicero, Q. Martio, & Cn. Servilio Coss. cum C. Sulpitius Gallus Praetor Apollini ludos faceret.

--- adspice hoc

Fest. Sublime.

Hoc ] Non est absque observatione praetereundum, frequenter à nostro Poëta hujusmodi pronomen usurpatum esse, cum de caelo loqueretur, quasi eâ voce illud tanquam digito demonstraret. Rursus enim, *Quo quod in me est, exsecrabor hoc, quo lucet quicquid est.*

Et in Telamone,

*Atque hoc lumen candidum claret mihei.*

Plautus Milite,

*Vigila, inquam, expersiscere, inquam, lucet hoc, inquam —*

Idem rursus Amph.

*— lucet hoc jam —*

Rursus Curcul.

*Nam hoc quidem aedepol haud multò post luce lacet —*

Mm

Non

Sublime candens, quem<sup>a</sup> vocant omnes Jovem.

<sup>b</sup> Et me Apollo ipse delectat, ductat Delphicus.

Quàm mihi maximè heic hodie contigerit malum.

Heu mea fortuna, ut omnia in me conglomeras mala.

<sup>c</sup> Impetrem facilè ab animo, ut cernat vitalem <sup>d</sup> Baebium.

<sup>e</sup> Inflaccebunt conditiones, repudiato, & reddito.

Sed sonitus aures meas pedum pulsu increpat.

Ibei quid agat, secum cogitat, parat, putat.

Quemnam te esse dicam? qui tarda in senectute.

--- ipse summeis faxeis fixus asperis

<sup>a</sup> invocant <sup>b</sup> δελταμορβός <sup>c</sup> Impetrent <sup>d</sup> halitum <sup>e</sup> Sin flaccebunt

Non est ab hoc dicendi modo omnino alienum Ciceronis illud in prima contra Catilin. *Potestne tibi hujus vitæ lux, aut hujus cæli spiritus esse jucundus?* Et pro Rabirio; *Quem non modo foro, sed etiam cælo hoc, ac spiritu censoriæ leges, atque urbis domicilio carere voluerunt.*

QUEM VOCANT] Apud Ciceronem semper invocant legitur.

JOVEM] Jovem esse cælum antiquos credidisse, in Epicharmo demonstravimus.

ET ME APOLLO IPSE DELECTAT,] Delectat, illicit, & attrahit, exponit Nonius: in cujus quibusdam exemplaribus pro *En. Thyeste* legitur *En. Thyeste*.

CONGLOMERAS MALA!] Idem conglomerare, involvere & superaddere, interpretatur. Malè, ut opinor, quidam Nonii codices pro *Thyeste*, *Tithe* habent.

CERNANT VITALEM BAEBIUM] Melius fortasse aliqui legunt, *vitalem halitum*. Sed hic cernit pro *judicat* positum est.

SED SONITUS] Lucretius l. 2.

--- subterque virtum vi  
Excitatur pedibus sonitus ---  
Virgilius l. II.

Adventumque pedum, flatusque auditur  
equorum.

INCREPAT.] Ferit.  
PUTAT] Animo disputat.

QUEMNAM TE ESSE DICAM?] Cicero, ubi refert hunc versum, non nominat auctorem, sed tantum ait; *Velut ille in Thyeste*. Nos verò Ennii esse suspicamur.

TARDA IN SENECTUTE] Epitheton ab effectu. Horatius l. 2. Serm. Sat. 2.

Dura valetudo incidit, seu tarda senectus?  
Tibullus l. 2. Eleg. 2.

--- dum tarda senectus  
Inducat rugas, inficiatque comas.

IPSE IN SUMMEIS FAXEIS] Cicero ita hunc locum affert; *Exsecratur luculentis sanè versibus apud Ennium Thyestes, primum ut naufragio pereat Atreus. durum hoc sanè: talis enim interitus non est sine gravi sensu. illa inaniam,*

--- ipse summeis faxeis &c.

Non. Delectare.

Idem Contingere.

Idem Conglomerare.

Idem Cernere.

Idem Flacceret.

Idem Crepare.

Idem Putat

Cicero Oratore.

Idem I. Tusc.

Idem

<sup>a</sup> Evisceratus, latere pendens, saxa spargens tabo,

Sanie, & sanguine atro ---

Neque sepulchrum, quò se recipiat, habeat, portum corporis, ubi

Remissa humana vita, corpus requiescat à maleis.

<sup>a</sup> nōdes à corpore discrepto

Idem rursus in L. Pisonem; *Neque verò ego, si unquam vobis mala precaver, quod sæpe feci, in quo dii immortales meas preces audiverunt, morbum, aut mortem, aut cruciatum precaver. Thyeste ista execratio est, poetæ vulgi animos, non sapientum moventis;* *Ut tu naufragio expulsus uspiam saxis fixus asperis,*

*Evisceratus latere penderes (ut ait ille) saxa spargens tabo,*

*Sanie, & sanguine atro ---*

Marcellus verò in *Spargere* hoc modo ex l. 19. Lucilii,

*Latere pendens, saxa spargens tabo, & sanguine atro.*

Puto autem Lucilium hanc Ennii execrationem inter sua interuisse poemata, tanquam vulgò jactatam, & inde Nonium Lucilii existimasse. Nec solum hujusmodi Thyestæ preces, ut Horatius in Epodo ait, in proverbium abierunt, sed etiam illud apud Græcos celebre est, *Οιδιπδος ἀπὸ*. Hujus argumenti fuit Callimachi Ibis; quem postea imitatus Ovidius suam Ibin scripsit. In quo genere egregium illud poemation scriptum est, quod cum Virgilianis legitur *Diræ* inscriptum; cuius auctorem Val. Catonem Grammaticum fuisse cruditi credunt.

FIXUS ASPEREIS] Exsecrabilis est hujusmodi apud Tragicos imprecatio, ut quis sublimi scopulo pendens insepultus jaceat. Quod supplicium apud inferos etiam haberet immanissimum. Sic Virgilius l. 8. in descriptione clypei Aeneæ,

--- & te Carilina minaci  
Pendentem scopulo ---

EVISCRATUS LATERE PENDENS,] Turneb. Advcr. 23. cap. 3.

*Visceratus, latere pendens saxa spargens tabida Sanie ---*

SANGUINE ATRO] Virgilius l. 3. Aen. --- & sanguine vescitur atro.

Thyestius in libello de coloribus, *Sanguis, inquit, calor, atque coloris ignei particeps, effusus, ac frige factus amisso rubore, tanquam in carbonem mutatus, ater ab omnibus vocatur.* Dicitur est autem ater velut *ἀνδραγῆ*, id est, carbo: nam propriè est carbonis extincti, unde anthracinae dicuntur lugentium vestes. Varro l. 3. de vita Pop. Rom. *Propinqua adolescentulae etiam anthracinis, proximae amiculo nigello, capillo demisso sequerentur luctum, ut dum supra terram essent, vicinis lugerent, funere ipso, ut pullis pallis amictæ.*

NEQ. SEPULCHRUM, QUO SE RECIPAT,] Sequitur Cicero; *Vides, quanto hic in errore versetur: portum esse corporis sepulchrum, & requiescere in sepulchro putat mortuum. Magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium, nec docuerit, quatenus esset quidquam curandum.*

HABEAT, PORTUM CORPORIS,] Imprecatur Thyestes, ut insepultus jaceat Atreus frater, semperque vagus oberret: id sibi persuadens, sepulchrum esse corporis portum, & malorum omnium sempiternam quietem. Sed Virgilianus Anchises, sive juxta Epicureorum opinionem, <sup>423</sup> qui volebant, nihil post mortem superesse; sive quia contemnebat, quòd post è vita migrationem sensu non percipitur, ait l. 2. Aen.

--- facilis jactura sepulchri est.

Unde illud Maecenatis,

*Non sumulum curo: sepelit natura relictos.*  
A Seneca verò in Agamemnone mors ipsa portus dicitur,

*Portus aeterna placidis quiete.*

Cic. 1. Tusc. *Paratum nobis portum, & per fugium mortem putemus; quò utinam velis passis provehi liceat.*

Nolite hospites a ad me adire, illico istic  
Ne contagio mea boncis, umbrave obsit,  
Tanta vis sceleris b in corpore haeret.

a adire ad me b meo in corpore

Idem 3.  
Tusc.

NOLITE HOSPIITES, AD ME] Hos versus ex hac esse Tragoedia suspicor, quos Cicero sic adducit; *Tetra enim res est, misera, detestabilis, omni contentione, velis, ut ita dicam, remisque fugienda. Qualis enim tibi illo videatur Tantalos prognatus, Pelope natus, qui quondam a socero Oenomaos rege Hippodamiam raptis nactus est nuptiis? Jovis iste quidem pronepos: tamne ergo abjectus, tamque fractus? Nolite etc.*

ILICO ISTIC] Hemistichium hoc cum sequenti versu repetit Cicero 3. de Orat.

NE CONTAGIO MEA] Adeo improborum perniciofa est contagio, ut terra, marique ab eorum consuetudine refugendum moneat Horatius l. 3. Car. Od. 2.

— *vetabo, qui Cereris sacrum  
Vulgarit arcanae, sub iisdem  
Sit trabibus, fragilemque tecum  
Solvat fufulum* —

Quod postremum verbum ex Euripidis Electra desumpsit,

*Μηδ' ἐπιόρων μέτα συμπλείτω.*

EX PHOENICE.

424 **Q**UAMVIS de duobus Phoenicibus apud auctores fiat mentio, de altero quidem Agenoris filio, Cadmi fratre, qui Phoeniciae nomen dedit, de altero vero Amyntoris filio, qui cum Achille, ut tradit Homerus, ad bellum Trojanum contendit, & Hygino auctore cum Pelope conjunctissime vixit: non est verendum, de hoc Phoenice Ennium hanc scripsisse Tragoediam. Nam, ut saepe diximus, non tantum imitatus est, sed saepissime vertit Euripidem. Quem porro Tragoediam hanc edidisse, pluribus locis ostendit Stobaeus, Demosthenes in oratione *περί τῆς παραπροσεβείας*, & Erotianus in Onomastico. Atque hunc intellexisse Phoenicem, ex Eustathio vel satis constat, qui ut ejus societatem, comitatumque cum Achille ostenderet, ait, *καὶ Εὐριπίδης ἐν Φοίνικι ἀπίστον τὸν ἥρωα συντηρεῖ*; hoc est, & in

Phoenice Euripides indivisum (ab Achille scilicet) conservat heroem. Hunc igitur, cum matris Hippodamiae precibus impulsus Clytiam patris pellicem stuprasset, cumque id rescisset Amyntor, odiosum, atque invisum jam inde habuit. Quamobrem ut à patre decederet, cujus jurgia ferre non valebat, ad Peleum sese contulit, à quo Dolopum rex est constitutus; et si Apollodorus l. 3. dicat, Phoenicem, cum falsò à Clytia esset infimulatus, oculorum luce à patre fuisse privatum. Ejus verba sunt haec; *οὗτος ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐτυφλώθη καταψευσαμένης Φορῆ Κλυτίας τῆς τοῦ Πηλεΐδος Παλλαιδός. Πηλεὺς δὲ αὐτὸν πρὸς Χείρονα κομίσας, ὑπ' ἐκείνου θεραπευθῆναι τὰς ὄψεις, βασιλεία κατίσχυσε Δολόπων.* Scripserunt hujus nominis fabulam Sophocles, ut est apud Athenaeum l. 2. & Ion Chius.

SED

**S**ED virom vera virtute vivere animatum adjecit fortiter;

Agel. lib. 7. cap. 17.

a Eumque innoxium vocare: adversus adversarios  
Ea libertas est, qui pectus purum, & firmum gestitat.  
Aliae res obnoxiae nocte in obscura latent.

Ibei tum derepentè ex alto in altum despexit mare.

Non. Devenentè.

Severiter suspicionem ferre falsam, futilium est.

Idem Severiter.

Ut quod factum est futile amicei b nos feramus fortiter.

Idem Futilè.

Plus miser sum, si c scelestum faxim, quod dicam fore.

Idem Faxim.

d Stultus est, qui cupida cupiens cupienter cupit.

Idem Cupienter.

e Quam tibi ex ore orationem duriter dicteis dedit.

Idem Duriter.

a προσονομασία b vos feratis c V. C. scelestim. d καταπραΰσιμος e δειλακισμός

SED VIROM VERA VIRTUTE VIVERE] Al-ludat ad viri etymon, quem volunt Grammatici à virtute dici.

ANIMATUM] In primo Ann. *Homo animatus*, dixit.

ADVERSUS ADVERSARIOS] Nullus hostium metus virum probum perterret; at quadam cum animi libertate, & alacritate omnia intrepidè aggreditur. Libertas enim virtutis est, servitus verò vitii, ut ait Ifo-crates in Enchiridio; *ἐλευθερία καὶ δουλεία, τὸ μὲν ἀρετῆς ὄνομα, τὸ δὲ κακίας.*

PECTUS PURUM] Nullis scelerum for-dibus coinquinatum. Horatius l. 1. Ser. Sat. 6.

Non patre praeclearo, sed vitio, & peccatore puro. Item l. 1. Epist. 2.

— *Nunc adhibe puro*

*Pectore verba puer* —

Virgilius in Culice, *puro pectore*, dixit.

FIRMUM] Non tantum ab omni vitiorum genere abhorreere debet vir bonus, sed in utraque fortuna forti, ac constanti animo uti. Hinc Theognis ad Cynrum suum inquit, virum bonum animum semper habere constantem, & cum prosperis,

adversisque rebus colluctari. Sic enim ait; *Κύρη, ἀγαθὸς μὲν ἀνὴρ γνώμην ἔχει ἔμπεδον αἰεὶ, Τολμῶ δ' ἐντ' ἀγαθοῖς κείμενος, ἔντε κακοῖς.*

Vocem illam *ἔμπεδον*, quae propriè significat *ἐν πέδω ἄν*, in solo stans, sic expressit Horatius l. 2. Ser. Satyr. 3.

*Sias animo? & purum est vitio tibi, cum tumidum est cor?*

SI SCELESTUM] In antiquo, *si scelestim*.

STULTUS EST, QUI CUPIDA CUPIENS]

Plautus Casina,

— *quid istuc tam cupide cupis?*

*Haec ex Euripidea Phoenice  
exstant Fragmenta.*

Stob. Serm. 38.

*Φθόνον οὐ σέβω, φθονεῖσθαι δὲ θέλω μ' ἄν ἐπ' ἐσθλοῖς.*

Idem Ser. 39.

*Σὺ δ' ὦ πατρώα χθρὸν ἐμὴ γενητόρων, Καῖρ'. ἀνδρὶ γὰρ τοι καὶ ὑπερέλλη κακοῖς, Οὐκ ἐστὶ τοῦ θρέψαντος ἡδίων πέδον.*

M m 3

Idem

Idem Ser. 69.

Μοχθηρὸν ἐστὶν ἀνδρὶ περσεύτη τέκνος  
Διόωσιν ὄσσις, οὐκέτ' ὀρώσιος γαμεῖ.  
Δέσπονα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή.

Idem ibid.

Πικρὸν νέε' Ἰνυακίῳ περσεύτης ἀνδρὶ.

Idem Ser. 71.

Γυνή τε πάντων ἀγριώτατον κακόν.

Idem Ser. 88.

Μέγιστον ἄρ' ἦν ἡ Φύσις. τὸ γὰρ κακὸν  
Οὐδέεις τρέφον ἐδ', χρῆσθον ἂν θεῖη πατρί.

Idem Ser. 89, & 91.

Ὡ' πλοῦτ', ὅσῳ μὲν ῥέσσον εἰ βάρος Φερεῖν. 426

Πᾶνοι δὲ καὶ σοί, καὶ θάρασι πολλοῖσι βίου  
Ἔνεσι'. ὁ γὰρ πᾶς ἀσθενής δι' ἄν βροταίς.

EX MELANIPPA.

T Ametfi ex his, quae Poëta noster scripsit, licet intelligere, quantum poetica facultate praefiterit, tamen in fabulis scribendis Graecis potius Latinè extulisse, quam ipsum novas confinxisse videtur. Itaque hanc etiam ex Euripide vertisse existimo. Scripserat enim ille hanc fabulam, ut testatur Aristophanes, apud quem in *Thesmophoriazousais* mulier queritur, Euripidem Melanippas, Phaedrasque repraesentare, eò quòd improbae, scelestaeque essent mulieres; Penelope autem, quòd temperans esset, nunquam egisse. Sed quemadmodum ambiguum hujus fabulae est nomen, nam Menalippe, & Melanippe legitur, sic etiam dubium argumentum. Quod tamen id esse potuit. Melanippe Desmontis, sive (ut aliis placet) Aeoli filia, cum Neptuni congressu gravida facta esset, eamque ob rem à patre excaecata, conjecta est in carcerem. Cum autem enixa esset gemellos, iussu est, eos feris objici; quibus tamen vacca lactans ubera praestabat. Quod cum armenti custodes conspexissent, eos educaverunt. Per ea verò tempora Metapontus Icariae rex ab uxore sua Theano admodum flagitabat, ut procrearet sibi filios, nisi repudiari veller. Quod ea timens regii pecoris magistris significavit, darent operam, ut aliquis sibi mittatur infans, qui pro suo supponeretur. Illi inventos misere. Mox autem accidit, ut Theano ipsa duos verè parceret. Sed cum Metapontus priores ob formae praefiantiam haberet chariores, quaerere ipsa coepit, qui eos de medio tolleret, ut re-

gnum conservaret suis. Rex fortè discessurus erat sacrorum faciendorum causa: itaque per eam occasionem illa indicat filiis, alteros esse supposititios, jubetque ut, cum venatum contenderent, eos interficerent. Cum autem id essent aggressi, Neptuni ope ab ejus filiis victi sunt, cumque mortui relati essent in regiam, Theano se gladio confodit. Boeotus & Acolus (sic enim dicebantur Melanippes filii) ad consuetam stabula confugerunt; ubi à Neptuno audierunt, ex ipso sese editos esse, matremque in custodia coërceri. Quamobrem profecti matrem, necato Desmonte, liberarunt, quae à Neptuno oculos recepit. Tum filii una cum ea ad Metapontum regem perrexerunt, indicatque Theanus perfidia, ille Melanippen duxit uxorem, ipsosque adoptavit. Qui deinde in Propontide Bocotiam, & Aeoliam à suo nomine condiderunt. Haec ferè ab Hygino in fabulis. Melanippen autem idem l. 2. Poët. astron. tradit Chironis Centauri fuisse filiam, quae cum ab Aeolo Hellenis filio compressa, gravida esset, jamque instaret partus, patrem fugiens deorum commiseratione in equam versa est. Hoc verò ex Euripide refert. Ex quo autem prius illud argumentum extulerit, non indicat. Sed utramque scripsisse Euripidem opinor: nam apud Athenaeum l. 13. c. 2. citatur Euripides in *Desmōtidi*, ἢ *Μελανίππη*, quod sine dubio ad priorem pertinet fabulam, ut illud etiam Strabonis l. 6. ἐνθάδε δὲ καὶ τὸν Μετάποντον μωθεύουσι, καὶ τὴν Μελανίππην τὴν δεσφῶν, καὶ τὴν ἐξ αὐτῆς βιωτὸν. De alte-

altera autem planè ex Hygino notum est. At utram convertisse Ennium dicemus? Dubium est hoc: nam illud, *Regnumque nostrum ut sospitent, superstitentque,* Itaque illud,

*Mihei ausculta nate, pueros cremari jube,* manifestè de Melanippe fuisse apparent. At illud rursum,

*Certò hic est nulla, quin monstrum fiet.*

ad Melanippen in equam convertam referri posse videtur. Utrunque autem res sese habuerit, initium Melanippes Euripideae fati celebre apud praeficos auctores fuit. Nam Plato in convivio Eryximachum ita loquentem inducit; ἡ μὲν μὲν ἀρχὴ τοῦ λόγου ἐστὶ κατὰ τὴν Εὐριπίδου Μελανίππην. Caetera tanquam nota tacuit. Sed Plutarchus in Erotico ita de principio hujus fabulae; Ἀκούεις δὲ δήπου τὸν Εὐριπίδην ὡς ἐθορυβήθη ποιησάμενος ἀρχὴν τῆς Μελανίππης, Ζεὺς γὰρ οἶδα πλὴν ἐγὼ, μετὰ τὸν δὲ ἔχθρὸν ἄλλον ἐθάψρει ὡς ἔοικε τῷ δράγματι γεγραμμένῳ πανηγυρικῶς καὶ περιστῶς, ἢ ἄλλωξεν τὸν εἶχρον, ὡς τὸν γέγραπται, Ζεὺς ὡς λέλειπται τῆς ἀληθείας ὑπὸ. Quae Latinus interpres vertit; *Audis sanè quomodo Euripides perturbatus est, cum fecit principium Melanippae;*

*Juppiter ut equidem sentio: verum facta mutatione verborum propter quendam suum inimicum confidebat (ut videtur) fabulae scriptae magnificè ac egregiè, et mutavit versum, ut nunc est scriptus;*

*Juppiter ut aevi fama verax comprobabat.* Sed ex uno Euripideae Melanippes loco, quem refert Diodorus, cognoscere licet, quantà sententiarum gravitate, ac pondere scripta fuerit; inquit enim l. 1. Biblioth.

Ὡς οὐρανὸς ἦεν γαῖα τ' ἦν μορφῇ μία.  
Ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίκαια,  
τίκτουσι πάντα κανέδωκαν εἰς φάος,  
Δένδρη, πελεινά, θήρας, οὐς δ' ἄλγη τρέφει,  
Γένος τε θνητῶν

Scaliger autem ait, Ennium Melanippen ex Sophocle convertisse: quod puto *μημονικῶ ἀμαρτήματι* dixisse; nam adhuc non comperi, Sophoclem hujus nominis fabulam dedisse. Scripsit tamen Accius Melanippum, sive Melanippum fabulam longè sanè diversam: sed ex loco, qui adducitur à Cicerone, & repetitur à Nonio;

*Florem quisnam liberum invidit meum,* arbitror etiam Melanippen scripsisse: ea enim magis Melanippae de ablati filii conquerenti, quam Menalippo videntur convenire.

REGNUMQUE NOSTRUM UT SOSPITENT, SUPERSTITENTQUE

Non. Sospitent, & superstitent.

Mihei ausculta nate, pueros cremari jube.

Idem Auscultare.

Certò hic est nulla, quin monstrum fiet:  
Hoc ego tibi dico, & conjectura auguro.

Idem Auguro.

Quòd saxum sciciderit ---

Prisc. l. 10.

Lumine sic tremulo terra, & cava caerulea cudent.

Macr. l. 6. c. 4.

α κατπακισμὸς

REGNUMQUE NOSTRUM] Videntur haec verba esse Metaponti ab uxore petentis, ut sibi, quòd regnum retineri possit, liberos procrearet.

altero ex Menalippa, in altero verò ex Menalippo. Unde patet, saepe nominis similitudine librariorum fuisse deceptos. Utrunque tamen verbum in utroque loco pro *salvare* positum esse, idem tradit.

SOSPITENT, SUPERSTITENTQUE] Affert Nonius duobus locis eundem versum: in

LUMINE SIC TREMULO] Hexametrum in

Stata forma ---

in Tragoedia miscuit; quod Seneca quandoque imitatus est. Virgilius l. 7.

Splendet tremulo sub lumine pontus.

Idem l. 8.

Sicut aqua tremulum labris ubi lumen abest

Sole repercusso

Nec longe absunt ea Lucretii de Sole l. 4.

Famque rubrum tremulis jubar ignibus erigere alid

Cum coeplet natura

Et rursus l. 5.

Sub terris ideo tremulum jubar haesitat ignis.

STATA FORMA ] Agellius ita hunc locum affert; *Inter enim pulcherrimam foeminam, & deformissimam, media quaedam forma est, quae à nimio pulchritudinis periculo, & à summo deformitatis odio vacat. Qualis à Q. Ennio in Melanippe perquam eleganti vocabulo stata dicitur: quae neque koinh futura sit, neque koinh. Quam formam modestam, & modestam Phavorinus non mebercle inscite appellat uxoriam. Ennius autem in ista, quam dixi, Tragoedia, eas sepe foeminas ait incolumi pudicitia esse, quae stata formam forent.* Ad hujus vocis significationem fortasse respexit Lucretius l. 3. ubi de animi varietate loquens ait,

Est etiam quoque pacati status aëris ille.

Quo loco doctè quidem Gifantius inquit; *Ita egregie vocat ingenium, nec fervidum, nec frigidum nimis, sed iis interjectum, moderatum scilicet, in quo aër, & calor sit temperatus.* Alterum enim audaces, inflatosque animos reddere, alterum dejectos, & illiberales. Circumfertur vulgatum distichon ab hac re non alienum;

Cum media semper gaudebam ludere forma:

Maior enim mediis gratia semper inest.

∞

∞

Agell. l. 5, c. 11.

Euripideae Melanippes Fragmenta alia.

Stob. Ser. 30.

Ἄγχιος πολίτης κείνος, ὡς κακός γ' ἀνὴρ.  
Ἄγχιος γὰρ οὐδείς, θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα  
βίαν δύναιτ' ἀν συλλέγειν ἀνευ πόνων.

Idem Ser. 50.

Παπταί, νέος καὶ σκαιὸς οἷος ἔσ' ἀνὴρ.

Idem Ser. 60.

Δούλον γὰρ ἐσθλὸν τοῦνομ' οὐ διαφθείρει.  
Πολλοὶ δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν ἐλευθέρων.

Idem Ser. 67.

Τῆς μὲν κακῆς, κἄκτιον οὐδὲν γίνεται  
Γυναικῶς, ἐσθλῆς δ' οὐδὲν εἰς ὑπερβολὴν  
Πέφυκ' ἀμείνον. διαφέρουσι δ' αἱ φύσεις.

Idem ibid.

Ἄλγιστόν ἐστι θῆλον μισθὲν γένος.  
Αἱ γὰρ σφαλεῖσαι ταῖσιν οὐκ ἐσφαλμένοις  
Αἴσχος γυναικί, καὶ κεκοίνωται ψόγος  
ταῖς οὐ κακαῖσιν αἱ κακαί. τὰ δ' εἰς γάμους,  
οὐδὲν δοκοῦσιν ὑγίει ἀνδράσι φρονεῖν.

Idem Ser. 68.

Γάμους δ' ὅσοι σπαύδουσι καὶ πεπραμένοις,  
Μήτην ποιοῦσιν. ἢ δὲ αὐτὸν χρεῶν πόσει  
Μένουσα, καὶ σποῦδάστος ἄλθεν εἰς δόμους.

Idem ibid.

Μὴ σπαίρει τέκνον ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ.

Idem ibid.

Ὅσοι γαμοῦσι δ' ἠγέει κρείστους γάμους,  
Ἡ' πολλὰ χρέματα, οὐκ ἐπίστανται γαμῶν.  
τὰ τῆς γυναικῶς γὰρ κρατοῦντ' ἐν δώμασι  
Δουλοῖ τὸν ἀνδρα, κοῦκέτ' ἔσ' ἐλευθερος.  
Πλοῦτος δ' ἐπακτός ἐκ γυναικείων γάμων,  
Ἄνοητος, αἱ β' γὰρ διαλύσεις ῥέδιαί.

Idem Ser. 70.

Μετρίαν λέκτρων, μετρίαν δὲ γάμων μετ᾽ ὅσῃ  
φροσύνης κύρωται θνητοῖσιν ἄριστον.

Idem Ser. 71.

Πλὴν τῆς τεκούσης, θῆλον πᾶν μισθὸν γένος.

Idem Ser. 74.

Ἴσω δ' ἄφρων ἂν, ὅστις ἀλέκτος ἂν τὸ πρῖν,  
Παιδῶς θυραίους εἰς δόμους ἐκλήσατο.  
Τὴν μοῖραν εἰς τὸ μὴ χρεῶν παρασφραγῶν.

a τῷ b δ'

Ω

ὦ, γὰρ θεοὶ δίδωσι μὴ φῶναι τέκνα,  
οὐ χρεὶ γκαλεῖσθαι πρὸς τὸ θεῖον, ἀλλ'  
εἶν.

Αὐτὸς γὰρ οὐδείς οἶδε πᾶς ἐγένετο.

Idem Ser. 81.

Ὅστις δ' ἀμείλικτον πατέρ' ἔχει νεανίας,  
σττυγόντ' ἐν οἴκοις, μεγέλα κέκληται κακά.

Idem Ser. 92.

ὦ τέκνον, ἀνθρώποισιν ἔστι οἷς βίος  
Ὀ' μικρὸς εὐκράτος. ἐγένετο δ' ὄγκος κακόν.

Idem Ser. 106.

τὰ τυγχάνοντα δ' ὅστις εὐφροεῖ βροτῶν,  
σοφὸν νομίζω, σωφρονεῖν γ' ἐμοὶ δοκεῖ.

Idem Ser. 114.

Παλαιὸς αἶνος. ἔργα μὲν νεωτέρων,  
βουλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος.

Idem Ser. 115.

τί δ' ἄλλο, φωνὴ καὶ σκυὰ γέρον ἀνίγ.

Idem Ser. 123.

τί τοὺς θανόντας οὐκ εἰς τεθνηκέναι,  
καὶ τ' ἐκχαθέντα συλλέγεις ἀλγήματα;

EX ALCMAEONE.

431 Amphiarus, cum esset vaticinandi peritissimus, optimè se nosse arbitrabatur, si ad Thebanam expugnationem proficisceretur, ibi mortem esse appetiturum. De quo per imaginem l. 6. Epist. ait Cicero; *Itaque vel officio, vel fama doctorum, vel pudore victus, ut in fabulis Amphiarus, sic ego prudens, & sciens ad pelitem ante oculos positam sum profectus.* Ut igitur formidatas fatorum minas Amphiarus declinaret, abdidit sese, conscià duntaxat Eriphyle conjugæ. Cui Adrastus frater unus ex septem, qui ad Thebas profecti sunt, unde ipse solus evasit incolumis, persuasit, ut latentem virum proderet: quamquam aliquibus placeret, Eriphylen, accepto aureo monili, ab Hermione Cadmi uxore adductam fuisse, ut mariti latebras patefaceret. Quod mirum in modum ægrè ferens Amphiarus Alcmaeonis filio

absorptus est, ibique conditum est oppidum, quod vocatur ἄρμα, hoc est currus. Sed Pindarus Nem. Od. 9. confirmat Amphiarum terræ hiatu fuisse, annuente Jove, cum equis absorptum, ne Pericleyleni telo transfugeretur. Alcmaeon autem paterni jussu non immemor matrem interemit. Quamobrem eum deinde vehementer Furiis exagitatum proditum est. Unde à Propertio l. 3. Eleg. 4. Furiae Alcmaeoniae dictæ sunt. Cui aliquando percontanti, quonam pacto ab infania liberari possit, hæc Apollo, ut refert l. 6. Athenæus, respondit;

τιμῆν μ' αἰτεῖς δῶρον μανίαν ἀποπαῦσαι.

καὶ σὺ φέρειν τιμῆν ἐμοὶ γέρας, ὃ ποτε κήτηρ

Ἀμφιάρων ἐκρυψ' ὑπὸ γῆν ἀλγοῖσιν σὺν ἱεραῖς.

432 Cujus quidem jussu Alcmaeon in Delphico templo omnem Eriphyles ornatum depulerat. Quem postea, cum hoc tenplum Onomarchus, Phaulus, & Phalæccus diripiissent, eorum mulieres sustulere, ut tradit Ephorus, ejusque filius Demophilus lib. Hist. 30. Rem aliquantò diversius narrat in 3. Apollodorus, Diodorus Siculus Rer. Antiquar. l. 4. & Didymus ex Asclepiade. Refert Plutarchus in libello περὶ φουγῆς Alcmaeonem, quò Eumenidas effugeret, juxta limosum Acheloi aggerem inhabitasse. Eandem fabulam scripsit à Græcis Euripides, ut ex 3. Aristotelis

Thrasymachus l. 3. κτισίαν, terræ hiatu

Nn Eth.

Erichorum liquet; à quo hanc Noster fortasse convertit. Apud Athenaeum l. 4. affertur Ἀλκμαίων σατυρικὸς Achaei Eretrien- sis, qui in Satyrico dramate Tragicam personam, mente captum scilicet, & furentem Alcmaeona post maternam caedem non incongruè induxerat cum Silenis, Satyris aliisque ejusdem generis; quos bacchantes, & furentes etiam Poëtae sinxerunt. In quo genere esse arbitrator Euripidis Κούλων. Ex Latinis verò scripsit Accius; cujus quaedam apud Nonium fragmenta reperiuntur. Homerus Odyf. λ. Eriphylen dixit aurum viro praetulisse;

Ἡ χρυσὸν φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο τιμωρίῳ. Idem rursus Odyf. ο. ait, Amphiarum muliebrium donorum causa periisse; Ἀλλ' ἔλετ' ἐν Ἠφέσει γυναιῶν ἔνεκα δώρων.

Idem ferè expressit in Electra Sopholes; Οἶδα γὰρ ἀνακτ' Ἀμφιάρου Χρυσόδετοις Ἐρπεσι κροῖσθ' ἐπὶ τῷ γυναικῶν ἀπώτοις.

433

Quod quidem argumentum latius pertractavit idem Poëta in fabula, quam Eriphylen inscripsit; cujus meminit Clem. Alex. 6. Strom. Tetigit eam rem per exemplum quàm brevissimum Plato l. 9. de Republ. Εἰ δὲ τὸ ἐαυτοῦ θεϊότατον ὑπὸ τῷ ἀθεωτάτῳ τι καὶ μιαιωννύτα δουλῶνται, καὶ μὴδὲν ἐλαΐ, οὐκ ἔρα ἀθλιός ἐστι, καὶ πολὺ

ἐπὶ θεωτέρῳ ἀλέθρη χρυσὸν δωροδοκεί, ἢ Ἐριφύλη, ἐπὶ τῇ τοῦ ἀνδρὸς ψυχῇ τὸν ὄρμον δεξαμένη, hoc est, Si verò partem sui divinissimam impiissimae, ac sceleratissimae sub- jicit in servitutem, et nihil miseretur, non miser est, et ob multa majorem perniciem auri munera accipit, quam Eriphyle monile accepit, ut virum de medio tolleret. Horationius l. 3. Car. Od. 16.

concidit auguris Argivi domus ob lucrum Demersa excidio Statius l. 4. Theb.

nec conjugis absunt Infidae: vetitque domus jam fulserat auro. Hoc aurum vati fata exitiale monebant Argolico. scit et ipse nefas. sed perfida conjux

Dona viro mutare velit Virgilius de eadem à filio interempta l. 6. moestumque Eriphylen Cruelis nati monstrantem vulnura cernit. Ovidius l. 1. Amor. Eleg. 10. Ex quibus exierat, irajecit corpora ferro Filias, et poenae causa monile fuit. Propertius l. 2.

Astice quid donis Eriphyle invenit avaris. Idem l. 3. Tu quoque; ut auratos gereres Eriphyla lacertos, Dilapsis nusquam est Amphiarus equis. Sulpitius Lupercus; Sic latebras Eriphyla viri patefecit, ubi aurum Accepit turpis materiam sceleris.

Non. Jam- diu.

Cic. l. 4. de Fin. & 3. de Orat.

Factum est jamdiu

Multi' modis sum circumventus morbo, exsulio atque inopia:

FACTUM EST JAMDIU] Nonius olim interpretatur.

MULTI' MODIS] Cicero in extremo libro de Orat. ait; Aliud metus, demissum, et haesitans et abjectum. Multi' modis etc. Idem eodem libro ait; Novantur autem verba, quae ab eo; qui dicit, ipso gignantur, ac sicut, vel coniungendis verbis, ut haec; Eum pavor sapientiam mihi omnem; etc.

Et l. 4. Tusc. Timorem, ait, metum mali appropinquantis: pavorem, metum mentem loco moventem, ex quo illud Ennii; Tum pavor etc. Verum haec, ut ex 4. de Fin. liquet, ab Alcmaeone dicta sunt, qui cum matris caedis poenas lueret, 434 ut ostenderet se ad summam devenisse miseriam, dicebat hisce omnibus se circumventum malis, quorum singula magna essent.

Tur.

Tum pavor sapientiam mihi omnem a ex animo expectoratur.

Sed mihi neutquam cor consentit.

Idem 4. Acad. quaest.

Unde haec flamma oritur?

Idem ibid.

Incede, incede, adfunt, adfunt, me, me expetunt.

Idem ibid.

Fer mi auxilium, pestem abige à me

Idem ibid.

a exanimato, exanimato

Turnebus Adv. l. 7. cap. 17. ait; Exanimato valet exanimato. Nam qui duobus verbis ex animo scribitur, ridiculari reddunt translationem: cum ex animo expectorare non minus risum commoveat, quam si quis vicissim ex pectore exanimare dicat. Non animadvertit sanè Turnebus, cum haec scripserat, id ἐπεργαλίαν dictum esse, ut in hoc Accii loco ex Phoenissis;

Inciunt ubero, à fortuna, opibusque omnibus Desertum, abjectum, afflictum a ex animo expectorant.

Sed mirè hoc versu Ennius timentis affectum expressit; nam cum quis timore corripitur, mentis tota acies hebetatur, obtunditurque. Singulae autem circumstantiae movendae, augendaeque commiserationis vim habent, & inter praecipuas tragicas execrationes commemorantur. Unde dicere solebat Diogenes Sinopeus de se ipso, se implere & ferre tragicas omnes execrationes, scilicet erromem esse, domo, patriaque carere, mendicum agere, tenui amictu tegi, inque diem vivere.

SED MIHI NEUTIQVAM COR CONS.] Cicero in Lucullo hoc modo affert hunc locum; Ea sunt ejusmodi, quae à tu diligentissime tractata sunt: Dormientium, et violentorum, et furiosorum visa imbecilliora esse dicebas, quam vigilantium, siccorum, sanorum: quomodo? quia cum expectatus esset Ennius, non diceret, se vidisse Horumarum, sed visum esse. Alcmaeo autem; Sed mihi neutquam etc. Non longè post; Quid ipse Alcmaeo tuus (Catullum alloquitur) a & animo

qui negat, cor sibi cum oculis consentire? Nonne ibidem incitato furore? etc. Deinde; Qui magis haec crederet, si essent, quam crederat, quia videbantur? apparet enim jam cor cum oculis consentire. Arbitror autem haec, quae diximus, quaeque mox sequentur, ex Enniana Alcmaeone ut antiquiore & celebriore esse: quamvis aliqui Accii, sive alterius poëtae esse existiment: quod minimè verum censeo; nam superiorem versum expressè Cicero ex Enni Alcmaeone adduxit. Si enim reliqua ex alio poeta petita essent, auctoris nomen addidisset, ne crederentur ejusdem esse, quem paulò antè nominavit.

UNDE HAEC FLAMMA ORITUR?] Non sine mentis consternatione, & terrore sunt haec ab Alcmaeone prolata. Videbatur enim videre, se undique Furiis flammis inferentibus circumseptum.

INCEDE, INCEDE,] Haec verborum repetitione magnam furentis animi impetum indicat, & dissolutione, quam Graeci διάλωσι vocant, facti celeritatem. Huic non dissimilis est ille in Oreste Euripidis versus,

Αὐτὰι γὰρ αὐτοὶ πλησίον θρόνονοὶ μου.

PESTEM ABIGE A ME] Remota translatione, sicut & illa Maronis lib. 1. Aen. de Didone,

— pesti devota futurae;

ubi pro peste amorem intelligit: l. 7. vèrò 435 Furiam,

— pestis enim lacris latei aspera sylvis. Praeter vulgatam significationem pestis dicitur, quicquid exitium affert.

Flammiferam, hanc vim quae me excruciat.  
 Caeruleae incinctae igni incedunt,  
 Circumstant cum ardentibus taedis.  
 Intendit crinitus Apollo

HANC VIM QUAE ME EXCRUCIAT.] Violentas nimirum Furias, & à forma terribiles.

CAERULEAE INCINCTAE IGNI INCEDUNT.] Locus corruptus restituendus, *Caeruleo incinctae angui* —

Quod epitheton frequenter datur serpentibus. Ovidius l. 3. Met.

*Caeruleus serpens, horrendaque sibila misit.* Sed Virgil. l. 4. Georg. de anguibus Furiabilibus ad nostri Poëtae imitationem, — *caeruleosque implexae criminibus angues Eumenides* —

Rurfus autem Ovidius de Tiphone; — *cruore rubentem*

*Induitur pallam, tortoque incingitur angue.*

De qua fortasse loquebatur Varro Atacinius, cum ait;

*Cujus ut aspectu tortae caput angue revinctum.* Ut quisque facile nostram lectionem probare possit: nec tamen nego, hoc epitheton Furiis etiam tribui: siquidem candentibus oculis fictae sunt, dum reliqui corporis color caeruleus esset, vergeretque ad nigrum. Orpheus in Hymnis;

*Κυανόχρωτοι ἄνασσαί ἀπαστράπτουσαι ἀπόσσαν,*

*Δεινὴν ἀνταυγὴν φάεος σαρκοφθόρον αἰγλήν.*

Hoc modo Hesiodus Aethiopus caeruleos viros dixit: Ovidius caeruleam mortem, & Stadius 2 Theb. caeruleam umbram.

CIRCUMSTANT CUM ARDEN. TAEDIS.] Cur finxerint Poëtae, Furias ardentis facies gestare explicat Cicero, quod videre est in Eumenidibus. Suetonius de Nerone, *Saepe ait confessus exagitari se materna specie, verberibus Furiarum, ac taedis ardentibus.*

INTENDIT CRINITUS APOLLO.] Haec verba cum superioribus esse continua, & sensus indicat, & ex Cicerone pater. Videtur autem Alcmaeo non solum Furiis

perterreri, sed etiam ab Apolline sagittis confodi, & à Diana facibus imperi. Et fingebat autem veteres Apollinis simulachra cum telo, arcu, & pharetra. Qui si telum in manibus habeat, dicitur esse noxius. Virgilius l. 8.

*Attilus haec cernens arcum intendebat Apollo Desuper* —

Stadius l. 1. Theb. — *arcu crudelis iniquo*

*Pestifera arma jacit* —

Cum verò recondit, placidus & benevolus. Nunquam enim nisi iratus fertur jacula emisisse. Hinc Homerus in principio Iliados sagittas ante omnia ei tribuit, eun-<sup>436</sup>

demque facit, & pestilentiae, & salutis auctorem. *Neque enim semper*, ut ait l. 2. Car. Od. 10. Horatius, *arcum Tendit Apollo:* qui frequentius ἀκείσιος, & ἀλεξιμαχος esse solet, malaque propellere, quam immittere. Cum verò noxius est, Apollinem ferunt dictum ἀπὸ τοῦ ἀποβάλλειν, hoc est, ab jaciendo. Inde Homerus, Orpheus, aliique poëtae Graeci eum & ἐκβάλλον, & ἐκατον, modo ἐκατήσελέτην, modò ἐκατήσολον, tum ἐκατόβλον appellarunt à sagittis eminus jaciendis. Hinc in Mercatore Plautus matrem familias inducit precantem Apollinem, ut filio suo parcat. Is verò non hominibus tantum formidabilis erat, sed, ut Proclus Lycius testatur in Hymnis, ipsis daemonibus, qui hominibus perniciosi sunt. Sic autem ille;

*Δειμαίνουσι δὲ σείο θοῆς μάστιγος ἀπειλήν Δαίμονες ἀνθρώπων θηλήμονες ἀγχιόθυμοι.*

Unde Capella in nuptiis Philologiae sagittarium, & vulnificum appellavit: sed qui eam rem ad physicam referunt rationem, Apollinis sagittas violentos Solis radiorum ictus interpretantur, quorum vi nimia, ac intemperis pestis mortalibus immittitur; coque quod animantes perimat, aliqui opinati sunt Apollinem dictum, *ὡς ἀπολόνη*

Arquum auratum Luna innixus:  
 Diana facem jacit à laeva.

λίοντα τὰ ζῶα. Sed eum Solis effectum significabant etiam, cum Pacana Apollinem dicebant, ut exponit Festus, quod sagittarum ictu eum nocere putabant; est enim *παλιον ferire*. Alii, quod remedium morbis finem faceret talis gravitatis: ad quod videtur eo verfu apud Suetonium alium,

*Noster erit Paeon, ille Hecatebeletes.* Quamobrem Flaccus in Epodo in Carmine saculari, quod Apollini praecipue, ac Dianae canere veteres consueverunt, ut ab imminentibus malis propitios redderent, ait;

*Conditor misis, placidusque telo Supplices audi pueros Apollo.*

Criniti epitheto usus est Maro l. 10.

*Aethera tum forisè plaga crinitus Apollo.* Philostratus Junior in Heroicis eum ἀκρησεκόμων, Pindarus in Isth. Od. 1. ἀκρησεκόμων παρὰ τὸ α καὶ κείρω κόμης nominarunt. Unde per periphrasin Propertius l. 3. & Ovidius l. 3. Trist. Eleg. 1. in tonsum Deum dixerunt, & Horatius l. 1. Car. Od. 21. intonsum Cynthium; Auctor verò obscoeni carminis comosum Phoebum. Vocant etiam illum Graeci χροσοκόμων, quem nos auricomum dicimus. Rurfus Pindarus Pyth. *χαιτήνον* dixit; unde fortasse à nostro crinitus. Mos fuit antiquissimis illis saeculis, ut ephebi Apollini comam nutrent; qui deinde cum

*prima genas vestibat flore juvenia,* Delphum se conferentes comae primitias Deo offerebant. Cujus consuetudinis meminit in Theseo Plutarchus.

ARQUUM AURATUM.] Epitheton à materia. Inde à Virgilio l. 3. Aen. Ovidio l. 1. Met. & Statio Syl. 4. Arcitenens dictus est antiquorum poetarum imitatione. Naevius l. 1. Belli Punici; — *deinde*

*Polens sagittis inclutus Arcitenens, sanctusque Delphicus prognatus Pythius Apollo* —

Sic fortasse distinguendi sunt ii Saturnii versus. Inclutus arcitenens ab Homero Odyf. φ. dictus *καλοστοχος*. Hostius lib. 2. Belli Histrici;

*Dia Menerva, simul autem invictus Apollo Arcitenens, Latonius* —

Ab aureo arcu, quem gestat, Graeci χροσόλοχον appellant. Sed frequentius ἀργυρότοχον, ab argenteo arcu, quem habebat, cum serpente Pythonem interemit. Quod etiam allegoricè dixerunt ob lucis candorem.

LUNA INNIXUS:] Hoc verbo gestum corporis exprimit, quasi dicat, adeò innixus arcum intendit, ut ad Lunae formam curvaretur. Expreffit paucis Ennius, quod pluribus felicissimè Maro, l. 11.

*donec curvata coirent Inter se capita* —

Stadius de eodem Apolline l. 1. Achill. *ingentemque manu curvaret Delius arcum.*

Ovidius l. 1. Amor. Eleg. 2. Ennianà usus translatione,

*Lunavitque genu sinuosum fortiter arcum.* Cui contrarium est remittere, & laxare arcum. Unde Horatius Car. l. 3. Od. 8. & 27. *remisso arcu, & laxo arcu* dixit.

DIANA FACEM JACIT AB LAEVA.] Dianam quoque ab antiquis traditum esse, horribilem ac formidabilem Deam esse. Quare iracundam in Poëtica Horatius appellavit. Gravissimis enim quoslibet afficere calamitatibus potis est. Unde Callimachus in Hymn. *εις την Ἄρτεμ.* miseros ait illos esse, in quos ira ferveat: nam oves pestilentia absumit, segetes pruinis interimit, senes oibar filiis, mulieribusque parit abortum; *Σχέτλιοι, οἷς τὴν χαλεπὴν ἐμμάζειαι ἐργήν. Κτήνέα θῶν λοιμὸς καταβόσκειται, ἔργα δὲ πάχνην.*

*Κείρονται δὲ γέροντες ἐφ' οὐσίῃσιν. αἱ δὲ γυναῖκες,*

*Ἢ βλάται θνήσκουσι λεχαίδες* — Eadem etiam aequè ac Apollo dicta est Arcitenens. Accius Erigone,



Quod utinam me suis arcitenens telis mactasset Dea.

Videtur hoc loco Erigone respexisse ad Niobes filios, quorum mares Apollo, foeminas vero Diana interfecit: ipsaque ut foemina optabat, ut ipsam Diana suis telis confodisset.

438 Euripideae Alcmæonis Fragmenta.

Stob. Ser. 22.

Ὅρατε τὸν τύραννον, ὡς ἀπαιεῖ γέρον Φειύγει. φρονεῖν δεῖ θνητῶν οὐ χρὴ μέγιστα.

Idem ibid.

Ταπεινὰ γὰρ χρὴ τοὺς κακῶς πεπραγόντας λέγειν, ἐς ὄγκον δ' οὐκ ἄνω βλέπειν τύχης.

Idem Ser. 47.

Φεῦ, Φεῦ, τὰ μεγάλα, μεγάλα καὶ πάσχει κακά.

Idem Ser. 60.

Μέγιστοι τοῖς δούλοισι δεσποτῶν νόσου.

Idem ibid.

Ὅσις δὲ δούλω φωτὶ πιεθεῖ βροτῶν, Πάλλην παρ' ἡμῶν μαρίαν ἀφλισκάνει.

Idem Ser. 67.

Ἄ Γυναῖκα καὶ ἀφέλειον καὶ νόσον ἀνδρὶ Φέρει μεγίσταν, ἐδίδαξεν τούμῳ λόγῳ.

Idem Ser. 77.

Τὰ τῶν τεκόντων ὡς μετέρχεται θεὸς μιάσματα.

Idem Ser. 88.

Ὡ παῖ Κρέοντος, ὡς ἀληθεὺς ἦν ἄρα, Ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίνεσθαι τέκνα.

Κακῶν δ' ὁμοίαν τῇ φύσει τῇ τοῦ πατρὸς.

a γυνή

EX CRESSIS.

Non dubium est, fabulam Cressæ nomine inscriptam, ut ex Athenæo constar, Aeschylum dedisse primum, & deinde Euripidem, ut ex Sophoclis Scholiaste, pluribusque Stobaei locis liquet. Quo verò argumento eam scripserint, mihi haftenus ignotum est. Suspicio tamen eam, ut & plerasque alias, ex Euripide Ennium vertisse. Nam apud Nonium in dictione Fretum, ubi legitur Ennius, Cressa pulvis oritur, &c. existimant nonnulli crudi viri, reponendum esse Ennius Cressis, Polvis oritur, &c. Ac quamvis id epithetum

ron aptè pulveri tribui possit, nihilominus eo modo legerem libentius; eoque magis, quòd idem Nonius cum indiscretum esse Polvis dictionis genus vellet ostendere, duo affert Ennii testimonia ex 8. Ann. hujus verò, quòd maximè id, quòd asserabar, confirmare poterat, non meminit. Cressæ, aut Cretenses mulieres appellabantur; à quarum patria, ut Phoenissis, Trachiniis, & Troadibus, fabulae nomen inditum est. Virgilius l. 5.

Cressa genus Pholoë

POLVIS ORITUR, omnem pervolgat caeli fretum.

POLVIS] Veteres etiam pulver dicebant, ut adnotat Adamantius.

PERVOLGAT] Περιπολεῖ. In excusis pervolgar legitur: sed non rectè. Lucretius l. 2, & 4.

Multiplicisque loci spatium transcurrere eodem

Tempore, quo Solis pervolgant fulgura caelum?

CAELI FRETUM] Idem in Ann. fretum caeruleum caelum appellavit propter continuatum, perennemque ejus motum, Quaeque fredo caeva caeruleo cortina receptat. Inde Lucretius l. 5. vultu aëris mare;

Semper enim quodcumque fluat de rebus, id omne

Aëris in magnum fertur mare

Non, Fretum.

Ex

Ex Euripidis Cressis Reliquiae.

Athen. lib. 11. cap. 20.

Τὰ δ' ἄλλα χαίρει κύλικος ἐρατοῦσης κύκλω.

Idem lib. 14. cap. 17.

Αἱ δευτέραι πᾶσι φροντίδες σοφώτεραι, Τι γὰρ ποθεῖ τραπέζῃ, τῷ δ' οὐ βρίθεται, Πλήρης μὲν ὕψων ποτιῶν, πάρεσι δὲ Μόσχων τέρενοι σάρκες, χήνεια τὲ δαίσις, Καὶ πεπλά, καὶ κροτήτᾳ τῆς ξουθοπύρου Πελάω μελίσσης ἀφθόγους δεδευμένῃ.

Stob. Ser. 29.

Ὅκ ἐν δύναιο μὴ καμῶν εὐδαίμονεῖν, Αἰσχρόν τε μοχθεῖν μὴ θέλειν νεανίαν.

Idem Ser. 70.

Γαμείτε νῦν, γαμείτε, κατὰ θνήσκετε, Ἡ φαρμάκοισιν ἐκ γυναικῶς ἢ δόλοισι. Ὅσις δεῖ πλούτων, ἢ εὐγένειαν εἰσιδῶν

Γαμῆ ποτηρῶν, μαρὰς ἐστὶ μικρὰ γὰρ Μεγάλαν ἀρετὴν σὺφρον' α εἰ δόμοισι χρεῖν, 440

Idem Ser. 89.

Ἐπίσταμαι δὲ καὶ πεπίσταμαι λίαν, Ὄς τῶν ἐχόντων πάντες ἄνθρωποι φίλοι.

Idem Ser. 90.

Ἔστιν δ' ἐν ἄλθῳ καὶ τὸ δ' οὐκ ἐρῶς ἔχρον, Εὐψυχίας δόκησις, οἴμεσθα γὰρ, Τὸν εὐτυχόντων πάντ' ἐπίστασθαι χρεῶν.

Idem Ser. 103.

Τὸν εὐτυχεῖν δοκούντα μὴ ζηλοῦτε, πρὶν Θανάτ' ἰδῆ τις, ὡς ἐφήμεραι τύχαι.

Idem Ser. 108.

Λύπη μὲν ἄτη περιπεσῆν αἰσχρὰ τίη. Εἰ δ' αὖν γένοιτο, χρὴ περιεῖλαι καλὰς Κρύπτοντα, καὶ μὴ πᾶσι κηρύσειν τὰς Γέλας γὰρ ἐχθροῖς γίνεται τὰ τοιαῦτα.

a ἐν


EX ALCESTIDE.

Alaephatus de Alcestide. λέγεται μῦθος πραγματικῶς, ὡς δὴ μέλλοντός ποτε τοῦ Ἀδμήτου θανεῖν, αὐτῇ εἴλετο ὑπὲρ αὐτοῦ θανάτου, καὶ Ἡρακλῆς αὐτῇ διὰ τὴν εὐσέβειαν ἀφελόμενος, καὶ ἀναγαγὼν ἐκ τοῦ ἄδου, ἀπέδωκεν Ἀδμήτῳ. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ μὴδὲνα ἀποθανόντα δύνασθαι τινα ἀναστῆναι. ἀλλ' ἐγένετό τι τοιοῦτον. ἐπειδὴ Πελοῖαν ἀπέκλειναν αἱ θυγατέρες, καὶ Ἀκασος ὁ Πελοῖου εἰδὼκεν αὐτάς, οὐ λάμβανει μὲν. Ἀλκίσις δὲ καταφεύγει εἰς Φεράς πρὸς Ἀδμήτῳ, τὸν ἀνεψιὸν αὐτῆς, καὶ κωλιζόμενος ἐπὶ τῆς ἐστίας, οὐκ ἐβούλετο Ἀδμήτος Ἀκασῷ ἐκδοτὸν ἐξαιτουμένῳ δοῦναι. ὁ δὲ πολλὴν στρατιὰν παρακαλῶν ἐπὶ τὴν πόλιν, ἐπυρπόλει αὐτοῦς. ἐπεξίαν δὲ ὁ Ἀδμήτος, ἔχων καὶ λοχαγούς νύκτας, συνελθὼν ζῶν, ἠπέλει δὲ Ἀκασὸς ἀποκτείνειν αὐτόν. πυθομένη δὲ ἡ Ἀλκίσις ὅτι μέλλει ἀνοίρει-

σθαι Ἀδμήτος δ' αὐτῇ, ἐξελεύσασα ἐάντην παρέδωκε. τὸν οὖν Ἀδμήτον ἀφήσιν ὁ Ἀκασος, ἐκείνην δὲ συλλαμβάνει. ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, ἀνδρεία γὰρ Ἀλκίσις, ἐκούσα ὑπεραπέθανεν Ἀδμήτου. τοιοῦτο μέτροι οὐκ ἐγένετο, ὡς ὁ μῦθος φησὶ. κατὰ γοῦν τὸν καιρὸν τοῦτον, Ἡρακλῆς ἦκεν, ἄγων ἐκ τινῶν τόπων τὰς Διομήδους ἵππους. τοῦτον ἐκείσε πορευόμενον ἐξέτισεν Ἀδμήτος, δδρυμένον δὲ Ἀδμήτου τὴν συμφορὰν τῆς Ἀλκίσιδος, ἀνακτισάμενος Ἡρακλῆς ἐπιτίθεται τῷ Ἀκασῷ, καὶ τὴν στρατιὰν αὐτοῦ διαφθείρει, καὶ τὰ μὲν λάφυρα, τῇ αὐτοῦ στρατιᾷ διανέμει. τὴν δὲ Ἀλκίσιν τῷ Ἀδμήτῳ παραδίδωσιν. ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, ὡς ἐντυχῶν Ἡρακλῆς, ἐκ τοῦ θανάτου ἐρρύσατο τὴν Ἀλκίσιν. τούτων γινόμενων, ὁ μῦθος προσωπεπλάσθη.

A pud neminem haftenus comperi, Ennium Alcestidis edidisse fabulam, praeterquam apud Placiam Fulgentium in libello de Obscuris. Illius tamen exemplaria admodum inter se dissident, dum aliqua habent, Ennius in Telestide, alia,

Ennius in Alcestide comoedia. Quod fortasse aliquis addidit deceptus, quod ea fabula lactum haberet exitum. Alia simpliciter, in Alcestide. E Latinis non dubium est, Accium, & Naevium hanc dedisse fabulam: licet aliqui non Naevium, sed Lactium



vium alium veterum poetarum fuisse malint. Illud tamen certum est, Naevium illam ex Euripidea vertisse; ut in ipsius fragmentis observavimus: Accium verò sua Minerva, ut illi mos plerumque fuit, edidisse. E Graecis autem eam scripsit Antiphanes, ut est apud Athenaeum l. 3, 4, & 12. & Euripides, cujus jam integra su-

perest; ex qua etiam suspicor Ennium suam convertisse. Idque à Graeci versiculi cum Latino Ennii collatione conjicio, qui videtur ad verbum penè Latine redditus, quem refert ex Poeta nostro Flavius Sospater lib. 2. absque operis indice. Id si verum, argumentum ex Euripidea petendum est.

EURIPIDIS.

Σοῦ γὰρ Φθιμένης, οὐκ ἔτ' ἂν εἴην.  
Ἐν σοὶ δ' ἔσμεν καὶ ζῆν, καὶ μὴ.

ENNII.

Tibi vita, seu mors in mundo est. Charif. l. r.  
Haec anus admodum fringutit: nimirum se fauciavit flore Liberi. Placiad. in gloss.

TIBI VITA,] Videntur haec dicta esse ab Admeto Alcestidi morienti; quam cum solari conaretur, jubebat meliorem esse animo: quando quicquid tandem accideret, sine dubio ipsum comitem esset habitura. Exponit enim hic Sospater in mundo, citò, in expedito: quasi diceret Admetus; Tibi mea vita, sive mors praesto est. Terentius simile quid protulit in Hecyra;

Nam si periculum ullum in te est, periisse me unquam, haud dubium est.

442 Ab hac sententia nihil ferè discrepat Tecmessae illud apud Sophoclem, quae Ajaci viro suo mortem optanti ait;

Ὅταν κατέχη ταῦθ', ὁμοῦ καί μοι θανεῖν  
Εὐχου. τί γὰρ δεῖ ζῆν με, σοῦ τεβηκότος;

Ovidius in Medea,

inque tua est vitaque morsque manu.

Cicero pro domo sua; In te vitae, necisque potestatem haberet.

HAEC ANUS] In Graeco locus non est, qui cum hoc possit conferri: nam nusquam

anui (inducitur enim Alcestidis ibi famula, quae fortasse anus erat) objici videtur ebriam esse. Imò verò famula illa id Herculi hospiti exprobravit, cujus improbitatem, pervicaciam, ac vinolentiam damnans, ait, manu arripuisse poculum heraceum, nigraeque matris non diluti liquoris vini bibisse, usquedum calefceret, vini que flamma illum invaderet. Sic igitur Poeta ille;

Ποτήρα δ' ἐν χεῖρεσσι κίσσινον λαβὼν,  
Πίνει μελαίνης μητρός εὐζωρον μέθυ,  
Ἔως ἐθέρηνη' αὐτὸν ἀμφιέσσα φλόξ  
Οἴνου.

Fortasse in Fulgentio legendum est in Ennii Alceste, Haec anus admodum fringutit nimirum etc. Videntur autem verba illa, nimirum fringutit (quae subtiliter adgarris auctor ille exponit) Graecis iis respondere, quae mox sequuntur, Ἄμουσ' ἤλακτάν, illepidam latrans. Noster tenuiore translatione usus est: ille enim à canesum-

sumpsit latratum, hic à fringilla sumpsit vocem, ut existimat Varro l. 6. qui locum ex Plauti Casina adducit,

quid fringutis? quid istuc tam cupidè a cupis?

Quod idem adducit Marcellus, in quo fringutis legitur. Varroni adtipulatur Festus, qui à fringilla frigitire derivari asserit: eamque ita vult appellari, quod frigore cantet, ac vigeat. Ac fortasse fringilla à frigere venit: quaecunquae enim, inquit Nonius, fringuntur, vel frigent, nimio calore, vel frigore cum sono subfliunt. Frigere autem à Graeco verbo venit φρύγειν.

NIMIRUM SE SAUCIAVIT FLORE LIBERI] Lepidissima est translatio: qui enim sauciantur, nimio consperguntur sanguine. Haec, ut innueret Herculem ultra modum bibisse, ait, illum se fauciasse flore Liberi, quasi dicat, adèd se rubro vino ingurgitasse, ut redundaret, & ut ex vini colore saucius appareret. Hinc fortasse Livii locus ex lib. 25. emendari posset, qui sic habetur; Inde ubi id temporis visum, quo die epulatis jam, vinoque satiatis principium somni esset: ubi pro vinoque satiatis, melius, vinoque sauciatis. Quod verò Euripides dixit φλόξ οἴνου, Noster Liberi florem pronunciavit. Volunt enim Grammatici flos à a petis

φλόξ derivari; quia emicat, ut flamma. Puto equidem idem fuisse antiquis florem Liberi, quod nos vulgò lacrymam dicimus. Nec quidem ab re: est enim vinum, quod sponte, antequam calcetur uva, guttatim fluit. Flos enim cujusque rei dicitur, quicquid praestantius est. Cato sal candidissimum, atque optimum, salis florem appellavit. Arcestratus apud Athenaeum l. 6. c. 23. νέκταρος ἄνθος, delicatissimum cibum. Livius Andronicus,

Florem a anlabant Liberi ex carcheis.

Pacuvius Periboea, Postquam est b oneratus frugum, ex floris Liberi.

Plautus Casina, timeo hoc negocium. quid est, nisi haec meraclo

Se uspiam percussit flore Liberi

Idem Cistellaria, Quiaque adeo me complevi flore Liberi, Magis libera uti lingua conlibitum est mihi.

Sed Lucretius videtur florem Bacchi pro fragrantia praestantissimi vini posuisse,

Quod genus est Bacchi, cum flos evannuit, aut cium

Spiritus unguenti suavis diffugit in auras.

In qua significatione Plautus Curculione dixit,

Flos veteris vini meis naribus obiectus est.

a anlabant b honoratus.

EX NEMEA.

Pecudi dare a viva una marito. Prisc. lib. 5.  
a vivam marito

ARGUMENTUM NEMEA E.

HUJUS fabulae unicum hoc superest fragmentum, quod Prisciano acceptum referimus; cujus indicio certiores facti sumus, Ennium Nemeam scripsisse: quandoquidem locus ille apud Nonium, Tenor consipia, undique venor; non mihi

liquet omnino, sitne ex Nemea, an potius Medea. Sed cum propensior ad veritatem opinio videretur ex Medea esse, in ea fabula posuimus: nihil tamen certi ea de re statuentes. Scripsit Nemeam primus Aeschylus, ut ex ipsius fabularum indice

O o per.

perspici licet. Deinde eam dedit Theopompus Atheniensis veteris comoediae poeta, cujus aliquot versus Athenaeus l. 10. c. 6. refert. Quarum quidem argumentum existimo sumptum fuisse ex Nemeorum ludorum institutione, quorum origo ita ferè ab iis, qui in Pindarus scholia ediderunt, affertur. Cùm septem Argivorum duces Polynici opem ferentes ad Thebarum expugnationem proficiscerentur, sibi ferè enecli in Lemnum Thraciae pervenerunt. Ubi cùm fortè in Hypsipylen incidissent ferentem ulnis Lycurgi Jovis sacerdotis, vel, ut placet Hygino, Lyci & Eurydices filium, sive, ut aliqui malunt, Euphetae, & Creusae, eam ut illius regionis gnaram rogarunt, ut sibi aquae fontem indicaret. Quae ut illis celerius morem gereret, filiolum in prato quodam deposuit: à quo dum abest, serpens puerum spiris circumvolvens suffocavit. At illi cùm reverterentur necatum puerum à serpente conspicientes, eum telis confoderunt. Qui postea, ut Hypsipylen consolarentur, funebre certamen ad perpetuam pueri memoriam instituerunt. Vaticinans puero Amphiaras Archemoro nomen indidit, *ὅτι αὐτοῖς ἀρχὴ μόρον ἐγένετο ὁ τοῦ παιδὸς θάνατος*, quod scilicet ipsis ducibus pueri mors perniciet omen, ac initium foret. Aliis verò placet, puero prius Opheltes nomen fuisse, quem postea Amphiaras praevidens immi-

nentem illi mortem in ipso vitae initio Archemorum appellavit ab ἀρχῇ, quae principium sonat, & μόρον, hoc est, mortem. Hoc scilicet Aeschylus Nemeae fuisse argumentum, à quo fortasse suam excerpit Ennius, verba cujusdam Pindari Scholiastae ostendunt, qui quidem addidit, *Ἄλλοι δὲ ὄν ἐσι καὶ Αἰσχύλος, ἐπ' Ἀρχιμόρω τῷ Νεμέως παιδί. Sed tamen alii volunt, hujusmodi certaminum institutionem Thebano bello fuisse antiquiorem. Hos deinde ludos Hercules Nemeaeo leone superato in melius correxit, Jovique consecravit, statuitque ut singulis trienniis celebrarentur: in quibus equites, & gymnici certabant, quibus corona ex apio erat praemium. Dicti autem sunt Nemeaei ludi à Nemea, quae pars est Argivorum regionis, quam tradunt fuisse inter Phliuntem & Cleonas Achaiae urbes, ita appellata ἀπὸ τῆς Σελήνης καὶ Διός. Alii volunt à bobus, quae Argi pascebantur Junoni sacris; γέμειν enim *pacere* est. Nonnulli verò asserunt à Danaï filiis eam regionem nomen esse sortitam, qui eam sibi partiti sunt, κατανέμεσθαι enim *partiri*, ac *distribuere* significat. Sed quoniam locus hic aded & mutilus, & maculis foedatus est, ut nullo pacto nec intelligere, nec restituere posse considerem, inexplicatum relinquo.*

## EX ILIONA, SIVE POLYDORO.

445 CUM res Trojana jam inclinata esset, Priamus Polydorum filium parvulum, ut ipsemet restatur apud Euripidem, ad Polymnestorem Thraciae regem, cui Ilionam filiam uxorem dederat, cum magno auri pondere clamandum misit, quo ut

potiretur, eum necavit. Hujus autem fabulae nomen Iliona fortasse erat; quam Accius, & Pacuvius edidere: cujus tamen argumentum aliter referunt ab Hygino in Fabulis: sive Polydorus.

### O Pietas animi ---

O PIETAS ANIMI] Cicero in Lucullo ita affert hunc locum; *Nisi verò Ennium*

*non putamus ita totum illud audivisse; O pietas animi, si modo id formavit, ut si vigilans*

Cic. l. 4. Acad.

\* Mater, te adpello; tu quae curam somno suspenso  
levas:

Neque te mei miseret; surge, & sepeli natum.

\* Age, adsta, mane, audi, itera, dum eadem & ista  
mihei.

lans audiret. *Experrectus enim potuit illa visa putare ut evant, & somnia dormienti vero aequè ac vigilianti probantur. Quid Iliona somno illo, Mater te adpello? Nonne illa credit filium locutum, ut experrecta etiam crederet? Unde enim illa; Age, adsta, mane, &c. Locum hunc, ò pietas animi, affert Donatus in Eunuchis ex Ennio.*

MATER TE ADPELLO;] Refert Cicero integros duos hos versus sine auctore; sed ob consequentiam Ennii esse credimus. Idem rursus in Oratione pro Sextio de P. Clodio ait; *Is cùm quotidie gladiatores spectaret, nunquam est conspicuus, cùm veniret: emergebat subito, cùm sub tabulas subreperat, ut; Mater, te adpello — distans videretur.* Quae verba, ut videntur, quasi proverbii loco jactabantur. Nam cum Fufius Tragoediarum actor aliquando Hecubam dormientem repraesentaret, cujus opem dum imploraret Polydorus (cujus partes Catienus agebat) cùm necaretur à Polymnestore, summaque eam voce in clamaret, verè ille vino oppressus stertens nullo pacto audiebat. Quae de re ita Horatius l. 2. Satyr. 3.

*Non magis audierit, quam Fufius ebrius olim,  
Cùm Ilionam edormit: Catienis mille ducentis,  
Mater te appello, clamantibus —  
Quos versus explicans Lambinus ait; He-*

cubam quoque fuisse appellatam Ilionam. Quod quidem apud neminem adhuc comperi. Verùm si dubium inde oriatur, cur Polydorus fororem Ilionam matrem appelleret, animadvertendum est, Hecubam, cùm natus esset Polydorus, Ilionae filiae disle educandum, ut scribit Hyginus. Quamobrem fororem, quod eum educasset, matrem appellat. Quocirca eundem locum sic exponit Acron; *Manifestum est hunc Polydorum necatum fuisse, & noctu sorori in somnis venisse, rogantem, ut sepeliretur, hoc dicentem; Mater te appello, soror surge, & sepeli me.* Quem locum mendosum esse opinor, legeremque potiùs, *Matrem te appello soror, surge &c.* Sunt autem qui locum hunc non intelligentes, falsò dicunt, Polydorum non Priami, sed Ilionae filium fuisse.

TU] Cum quadam animi indignatione exprobrat maternum affectum erga natum languescentem, quod à piorum parentum officio desistat. Nec probatur illa Maecenas sententia,

*Nec iumulum curo, sepelit natura relictos.* Innuit enim quòd quem saevitia projecit, dies, ut ait Seneca l. 14. Epist. 93. condar.

SURGE, ET SEPELI NATUM] Dic aliquid de infulptis. Quantum verò commiserationis habet locus ille Virgilii, cùm ait lib. 5.

*Nudus in ignota, Palmyra, jacebis arena.*

## DE ANTIOPA.

ANTIOPAE fabulam ex Euripide Pacuvium vertisse clarè ex Cicerone l. 1.

de Fin. liquet. De qua Persius Satyr. 1. ait;

Sunt quos Păncuissos, & verrucosa moretur  
 Antioira, aerumnis cor lucifiscabile fulta.  
 Sed eandem ab Ennio susceptram fuisse provin-  
 ciam, Hygini testimonio cognovimus, qui ait eandem Euripidis Antioipam scripsisse Ennium, cujus fabulae nihil est reliquum. Ex Graecis praeterea hanc fabulam dedit Amphion, ut testatur in 5. Strom. Clem. Alex. item Eubulus, & Mc-nander: sed hunc comico arbitror argumento ex alia Antiope sumpro. Ex Latinis vero Andronicus etiam Hyginii indicio. Euripideae autem talem Hyginus affert hypothesin; *Nyctei regis in Boeotia fuit filia Antioira. Ejus formae bonitate Jupiter adductus, gravidam fecit. Quam pater cum punire vellet propter stuprum minitans periculum, Antioira effugit. Casu in eodem loco, quo illa per venerat, a Eraphus Sicyonijs stabat. Is mulierem advectam domo matrimonio suo junxit. Id Nycteus aegre ferens, cum moreretur, Lyco fratri suo per obestationem mandat, cui tum regnum relinqueret, ne impune Antioira ferret. Hujus post mortem Lycus Sicyonem venit, interfecto Erapho, Antioiram vincatam adduxit in Cysbaeromem: parit geminos, & reliquit. Quos pastor educavit. Zeithum & Amphionem nominavit. Antioira Dircae uxori Lyci data erat in cruciatum. Ea occasione nata fugae se mandavit. Devenit ad filios suos. Ex quibus Zeithus existimans fugitivam non recepit. In eundem locum Dirce per bacchatiorem Liberi illuc delata est: ibi Antioiram re-*  
 447 *peritam, ad mortem extraherat. Sed ab educatore pastore adolescentes certiores facti, eam esse matrem suam, celeriter consecuti matrem, eripuerunt. Dirce ad taurum criminibus religatam necant. Lycum cum occidere vellent, veniit eos Mercurius, & simul jussit Lycum concedere regnum Amphioni.*  
 Apollodorus lib.3. Biblioth. *Αντιόπη θυγάτηρ ην Νυκτίως. ταύτη Ζεύς συνήλθε. η δὲ, ως ἔγκυος ἐγένετο τοῦ πατρὸς ἀπειλοῦντος, εἰς Σικυῶνα ἀποδιδράσκει πρὸς Ἐπωπία, καὶ τούτῳ γαμίζει. Νυκτεὺς δὲ ἀθυμίας ἐαυτὴν φονεῖ. δους ἐγγόλην Λύκω περὶ Ἐπωπίας, καὶ περὶ Ἀντιόπης λαβεῖν δίκας. ὁ δὲ στρατεύσάμενος Σικυῶνα χαιροῦται. καὶ τὸν μὲν Ἐπωπία κτείνει. τὴν δὲ Ἀντιόπην ἀ Ερῶπος*

*ἤγαγεν αἰχμάλωτον. η δὲ ἀγομένη δύο γενεῶν παῖδας ἐν Ἐλευθεραῖς τῆς Βοιωτίας. οὓς ἐκκειμένους εὐρῶν βουκόλος ἀναγέρφει, καὶ τὸν μὲν καλεῖ Ζῆθον, τὸν δὲ Ἀμφίωνα. Ζῆθος μὲν οὖν ἐπεμελεῖτο βουφορβίαν. Ἀμφίων δὲ κιθαρωδίαν ἤσκει. δόντος αὐτῷ λύραν Ἑρμοῦ. Ἀηλιόπην δὲ ἤλκίζετο Λύκος καθείρξας, καὶ η τούτου γυνὴ Δίρκη. λαθοῦσα δέσποσε τῶν δεσμῶν ἀλομάτων λυθῆσαν ἤκεν ἐπὶ τῇ τῶν παιδῶν ἔπαυλι. δεχθῆναι πρὸς αὐτὸν θέλουσα, οἱ δὲ ἀναγναρισάμενοι τὴν μητέρα τὸν μὲν Λύκον κτείνουσι. τὴν δὲ Δίρκην θρίξιν δήσαντες ἐκ ταύρου θναοῦσαν ἱσπίουσι εἰς κρήνην τῇ ἀπ' ἐκείνης καλουμένην Δίρκην.*

Euripidis Fragments ex Antioira.

Stob. Ser. 1.

*Τρεῖς εἰσὶν ἀρεταί, ἃς χρῖσ' ἀσκειῖν, ἃ τέκνον. Θεοῦ τε τιμᾶν, τοῦς τε θρόνῳ παλαιῶν γονεῖς, Νόμους τε ποινούς Ἑλλάδος, καὶ ταῦτα δρᾶν, Κάλιστον ἔχεις σέφανον εὐκλείας αἰ.*

Idem Ser. 3.

*Ἐγὼ μὲν οὖν ἀδοίμι καὶ λέγοιμι τι σοφόν, ταράσσων μὲν ἂν πόλεις νοσεῖ. Ἐνεσι δ' οἴκῳ ἀμαθία μὲν οὐδαμοῦ, σοφοῖσι δ' ἀνδρῶν. καὶ γὰρ οὐδ' ἀζημίον γνώμη ἐν εἶναι τοῖς σοφοῖς λίαν σοφόν.*

Idem Ser. 6.

*Καὶ μὴ ὅσοι μὲν σαρκὸς εἰς εὐξίαν ἄσκαοσι βίον, ἢν θαλάσσι χρημάτων, Κακοὶ πολῖται. δεῖ γὰρ ἀνδρ' εἰθισμένον Ἀκόλαστον ἦθος γαστρὸς, ἐν ἀὐτῷ μένειν.*

Idem Ser. 30.

*Πολλοὶ δὲ θνητῶν ταῦτο πάσχουσιν κακόν, Γνώμη φρονοῦντες, οὐ θέλουσ' ὑπαρτεῖν ψυχῇ τα πολλὰ πρὸς φίλων νικᾶμενοι.*

Idem Ser. 36.

*Κόσμος δὲ τινὴς σέφανος ἀνδρὸς οὐ κακοῦ. Τὸ δ' ἐκλαλοῦν, οὐθ' ἠδονῆς μὲν ἀπ' ἔται, Κακὸν δ' οἰμλήμ', ἀσθενὲς δὲ καὶ πόλει.*

Idem Ser. 46.

*Ὅδ' ἦσυχος, φίλοισί τ' ἀσφαλῆς φίλος, Πόλειτ' ἀριστος. μὴ τὰ κινδυνεύματα Αἰνεῖτ'. ἐγὼ γὰρ αὐτεναυτὸν φιλοῦ Τολμῶντιον λίαν, οὐτε προσώπῳ χεθός, ἀ ταυτῷ*

Idem

Idem Ser. 52.

*Γνώμη γὰρ ἀνδρὸς, εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις, εὖ δ' οἶκος, εἰς τ' αὐτὸν πόλεμον ἰσχύει μέγας. Σοφὸν γὰρ εὐβούλευμα τὰς πολλὰς χέρας. Νικᾷ. σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθία, πλέον κακόν.*

Idem Ser. 56.

*Ὅστις δὲ πράσσει πολλά, μὴ πράσσει παρὸν, Μαρδὸς, παρὸν ζῆν ἡδέας ἀπράγμονα.*

Idem Ser. 54.

*Τοιαῦτ' αἰεὶδε, καὶ δόξεις φρονεῖν, Σκάπτων, ἀρῶν γῆν, ποιωνίων ἐπισατῶν, Ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀρεῖς σοφίσματα.*

Idem Ser. 60.

*Οὐ χρῆ ποτ' ἀνδρα δούλον ὄντ' ἐλευθέρας Γνάμης διώκειν, οὐδ' ἐς ἀργίαν βλέπειν.*

Idem ibid.

*Τὸ δούλον οὐχ ὀρέξῃ ὅσον κακόν;*

Idem ibid.

*Φεῦ Φεῦ τὸ δούλον ὡς ἀπανταχῇ γένος, Πρὸς τὴν ἐλάσσει μοῖραν ἄρτιον θεός.*

Idem Ser. 61.

*Κόρος δὲ πάντων. καὶ γὰρ ἐκ καλλιόγων Λέκτροις ἐν αἰσχροῖς εἶδον ἐκπεπληγμένους. Δαιτὸς δὲ πληρωθεὶς τις, ἀμενος πάλιν Φαύλη διαίτη προσέβαλον ἡσθη σῶμα.*

Idem Ser. 68.

*Κῆδος κατ' αὐτὸν τὸν σοφὸν κτᾶσθαι χρεῶν.*

Idem ibid.

*Πᾶσι δ' ἀγγέλλω βροτοῖς Ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν εὐγενῆ σπειρεῖν τέκνα, Οὐ γὰρ ποτ' ἀν' πράξειαι ἐς τέλος κακῶς.*

Idem Ser. 71.

*Οὐ σαφρονίζεῖν ἔμαθον, αἰδέεσθαι δὲ χρεῖ γῦναι τὸ λίαν, καὶ φυλάσσεισθαι φθόνου.*

Idem Ser. 80.

449 *Ἐκ παντός ἂν τις πράγματος δισσῶν λόγων Ἀγῶνα σέϊτ' ἂν, εἰ λέγειν εἴη σοφός.*

Idem Ser. 96.

*Φεῦ Φεῦ. βρότειαί πημάτων ὄσαι τύχηι, Ὅσοι τε μορφαί, τέμμα δ' οὐκ εἴποι τις ἄν.*

Idem ibid.

*Πόλλ' ἔστιν ἀνθρώποισιν ἃ ἔζηε κακά.*

Idem ibid.

*Ἐχει λόγον καὶ τοῦτο τῶν πολλῶν βροτῶν, Δεῖ τοὺς μὲν εἶναι δυσυχεῖς, τοὺς δ' εὐτυχεῖς.*

Idem Ser. 97.

*Φρονᾷ δ' ἄ πάσχω, καὶ τόδ' οὐ σμικρὸν κακόν.*

*Τὸ μὴ εἶδέναι γὰρ ἠδονῆν ἔχει τινὰ Νοσοῦντα. κέρδος δ' ἐν κακοῖς ἀγνωσία.*

*Ὡκτεῖρ' ἀκούσας, οἰκτρὰ γὰρ τὰ δυσυχῆ βροτοῖς ἄπασι, καὶ θυραῖος ἂν κυρῆ Ἀνθρώπος ἂν οὐδείς ἄλυτος τὸν βίον διήγαγεν,*

*οὐδὲ μέχρι τέλους ἔμεινεν εὐτυχῶν.*

Idem Ser. 103.

*Τόσιος δὲ θνητῶν ταλαιπώρων βίος. οὐδ' εὐτυχεῖ τὸ πάμπαν, οὔτε δυσυχεῖ. Εὐδαίμονεί τε, καὶ οὐδὲ οὐκ εὐδαίμονε.*

*Τὶ δ' ἦτ' ἐν ὄλῳ μὴ σαφεῖ βεβηκότες, οὐ ζῶμεν ὡς ἠδισα μὴ λυπούμενοι;*

Idem l. 1. Eclog. Phyl.

*Δίκα τοι δίκα χροῖος. ἀλλ' ὅμως ὑποπέσοῦς*

*Ἐλαθεν ὅταν ἔχη τιν' ἀσεβῆ βροτῶν. Τότοι κακὸν ποδᾶκες ἔρχεται βροτοῖς. Ἄει γὰρ ἐπίπλοισιν οἱ Διὸς κύβοι.*

Idem ibid.

*Τὴν δίκην λέγουσι παῖδ' εἶναι χρόνου. Δεῖκνυσι δ' ἡμῶν ὅς τις ἐστὶ κακός.*

Clem. Alex. 1. Strom.

*ἔνδον δὲ θαλάμοις βουκόλων, Κομῶντα κισσῷ σῦλον εὖτου θεοῦ.*

EX AMPHITHRASONE.

Pertolerarem vitam, cladeisque exanclarem impatibiles.

Non possum Poetae nostri ingenii felicitatem, ubertatemque non admirari, qui non modò Tragica majestate, gravitateque excelluit, verum etiam joco, lepore.

leporeque in Comica scena versatus est. Nec alium crediderim poetam fuisse, qui plura, tam variis argumentis, diversoque metrorum genere scripserit. Quamobrem eo Terentiano versu And. prolog.

*Qui cum hunc accusant, Naevium, Plautum, Ennium*

*Accusant* —

ait Donatus; *In singulis magna emphasis auctoritatis, sed ordo non est servatus; Ennius namque ante Plautum fuit: sed quod est summae auctoritatis, Ennium ultimum dixit.* quamvis in Comoediis Sedigitus Volcatus Caecilius, Plautum, Naevium, Licinium, Atrilium, Terentium, Turpilium, Trabeam, Luscius praetulerit Ennio; de quo ait,

*Decimum addo antiquitatis causa Ennium.*

Cujus quidem paucae admodum harum fabularum reliquiae reperiuntur, cum eum plurimas scripsisse verisimile sit, quarum nec tantum nomina supersunt: & quae sunt, ambiguum est, an sint ipsius germanae. Nam ubi Nonius in dictione *Pracisum* Naevium in *Aulularia* adducit, sunt qui velint legendum esse *Ennius Erularia*, vel *Herularia*. Idem Nonius in dictione *Sonit* adducit ex Ennii *Andromache*, & *Hermaphrodito* versum, quem in *Andromache* explicavimus. *Hermaphroditi* verò titulum sunt qui supposititium habeant, putentque *Haemopotide* esse legendum. Cujus si verus titulus est, fortasse avarus aliquis senex in ea fabula inducebatur, qui nunquam ingerendis pecuniis satiabarur, quemadmodum apud Horat. in *Poët.*

<sup>451</sup> *Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo.* Idem rursus in dictione *Propitiabilis* adducit Ennium *Cupinacula*; quod aliqui *Capeduncula* legendum existimant, cujus hoc tantum exstat fragmentum;

*Huius est animus propitiabilis ita et adolabilis.* quam vocem Nonius exponit sine dolore. Ambigua quoque est apud eundem *Nemecae* inscriptio; nam aliqui pro *Nemecae* asserunt legendum, ut in ejus *Traegodia* explicavimus in eo versu,

*Toneor consipita, undique venor.*

Exstat & hoc unicum ex Nonis fragmentum apud eundem Auctorem in dictione

*Propages*: ita enim ibi legitur; *Ennius Nonis, Unde florent fructus, vitaeque propaginem.*

Qui locus in dictione *Propago* rursus legitur,

*Boni secunde forent fructus, ut aequae propaginem.*

Uterque tamen mendosus est. Sunt qui pro *Nonis* legant *Nobis*, sic;

*Nobis unde forent fructus, vitaeque propaginem.*

*Propago* enim neutro genere efferri tradit Marcellus ex Ennio, ubi secundum hunc locum avertit. Quod omnino pro *propago*, *Propagen* legendum est, ut neutro genere possit inflecti. Nec defuerunt qui sibi persuaserint, *Probrum* apud Ennium fabulae nomen fuisse ex loco illo Nonii in dictione *Tunica*, ubi ait, *Ennius Probro Carthaginensium tunicatam juventutem voluit dicere.* Quo sanè loco *Probro* minusculà literà scribendum est absque commate. Quod ex Agellio l. 7. c. 12. clarissimè liquet, qui ait; *Quo quoque Ennius Carthaginensium tunicatam juventutem non videtur sine probro dixisse.* Ennius quidem *probro* vertit *Carthaginensibus*, *tunicatos* appellans: quemadmodum & *Plautus* in *Poenulo*;

*Novissim' tu illanc tunicatum hominem, qui sut?*

*Virgilius* verò laudi Romanis, cum eos l. 1. *Aen.* gentem togatam dicit. Hujus autem Comoediae titulus, qui *Amphithraso* est, facit, ut credam, Poëtam nostrum *Thrasonem* militem, cui à nimia confidentia, arrogantiaque nomine inditum est, ultra modum se ipsum glorià, & praedicatione efferentem induxisse: quandoquidem hujusmodi personam semper hoc modo Comici solent effingere. Cujus etiam nominis fabulam, ut est apud Athenaeum l. 4. scripsit *Alexis*. Ac tantò magis arbitrator hac in fabula Ennium hunc jactantem fecisse, quantò titulum majore inscripsit energia, cum non *Thrasonem*, sed *Amphithrasonem* dixerit. Quod eodem ferè pacto dictum videretur, quo à *Varrone* *Sesquiulysses* (sic enim *Satyram* quandam *Menippaeam* appellavit) ad dictionis vim utrobique augendam, amplificandamque: ut *Ennius* *Thrasonis* jactantiam, & *Varro*

*Ulyssis*

*Ulyssis* calliditatem ostenderent. Nonnulli autem arbitrantur pro *Amphithrasone*, *Amphitruone* legendum. Ac quamvis in pervertuto Nonii exemplari, quod apud nos est, 452 versus hic afferatur ex Ennio, & in vulgatis afferatur ex *Accio*, utrunque tamen mihi suspectum est, cum in *Plautina* *Amphit.* integra haec exstant verba;

— *perolerarem vim tantam, cladesque Exanclarem impatibiles* —

Itaque vel corrigendus est *Nonius*, ut pro *Idem Amph.* legatur *Plautus Amph.* vel dicendum est, *Plautum* ex *Ennio*, aut ex *Accio* locum hunc surripuisse. De qua quidem re aliter sentire videtur *Alciatus* in *Plautino* *Lexico*.

## EX AMBRACIA.

EX postremis his verbis poema hoc dramaticum esse clarè patet: & Comoedia esse suspicamus ex indice. Nam, ut ait *Aelius*, omnium Comoediarum scripta ex quatuor rebus sumuntur, nomine, loco, facto, eventu. Nomine, ut *Phormio*, *Hecyra*, *Gurgulio*, *Epidicus*; loco, ut *Andria*, *Leucadia*, *Brundisina*; facto, ut *Eunuchus*, *Afinaria*, *Captivei*; eventu, ut *Commorientes*, *Adelphi*, *Heautontimorumenos*. *Terentianam* autem *Andriam* à patria dictam, ex eo *Terentii* loco liquet, quo de *Chryside* loquens ait,

*Hei vereor, ne quid Andria apportet mali.*

Cujus nominis Comoediam ante eum *Menander* edidit: quemadmodum & *Laberius* *Alexandream* ab *Alexandria* scripsit. Itaque hanc *Ambraciam* à loco dictam arbitrator. Est autem *Ambracia*, sive *Ampracia* (quam *Ptolemaeus* in decima *Europae* tabula constituit) ut *Straboni* l. 10. placet, civitas in *Acarmania* *Nicopoleos* legibus subdita; ex qua sinus *Ambracius* dictus est, qui *Libyco* mari praeterlabitur, ut idem l. 7. asserit. Fuit autem ita denominata ab *Ambracia* *Melanei* *Dryopum* regis filia, ut *Athanadas* testatur in *Ambracis*. 453

PER genteis esse cluebat omnium miserrimus.

Non. Cluer.

Agros audaces depopulant servei dominorum domine.

Idem Depopulat.

Et aequora falsa vege ingentibus venteis.

Idem Veget.

Bene mones: tute ipse cunctato: vide fortem virum.

Idem Cunctant.

AGROS DEPOPULANT] *Quadrigarius*; *Agrum Nolanum populare coeperunt.* *Sifenna* *Hist. lib. 4. Protinus agros populabundus ad*

*Numeriam* convertit.

AEQUORA SALSA] *Lucretius* l. 5.

*In terras iidem manare ex aequore salso.*

## EX PANCRATIASTE.

SCRIPSE fabulam hoc nomine Alexis, & Theophilus Comicus, ut ex Athenaeo lib. 6. 3. & 10. liquet, & ex Suida, Philemon: cujus verò fuerit argumenti nullo modo assequi possumus.

QUOM defubito me orat mulier lacrumans, quae ad genua accidit.

Quo nunc me ducis? ubei molarum strepitum audibis maximum.

Quis est, qui nostris foribus tam proterviter?

QUAE AD GENUA ACCIDIT.] Pathos à gestu: exponit enim antiquum orantium ritum, qui ad genua accidere, eaque amplecti solent, ut magis animos ad commiserationem excitent. Genua enim misericordiae sedem esse vetustas existimavit, ut tradit Servius Eclog. 6. & 3. Aen. Unde Graecis γονιάσθαι idem ferè est quod supplicare. Euripides Supplicibus;

Ἰκετεύω σε γεραιὰ γεραίων ἐκ σωμαίων,  
πρὸς γόνυ πίπτουσα τὸ σόν.

Rurfus ibidem Adraffum inducit ad Thefei genua advolutum ita supplicantem;  
Ἄναξ Ἀθηῶν, ἐν μὲν αἰσχύναις ἔρχω,  
Πιτυῶν πρὸς οὐδας, γόνυ σὸν ἀμαίσχυναι χερί.  
Apud eundem Clytemnestra ait sibi non esse pudori ad Achillis genua accidere;  
Οὐκ ἐπαίδεσθῆσομαι γε προσπεσεῖν τὸ σόν γόνυ.

Et paullo post ait; Non aliam, ad quam confugeret, habere aram, nisi Achillis genu;

454 Οὐκ ἔχω βωμὸν καταφυγεῖν ἄλλον, ἢ τὸ σόν γόνυ.

Et Iphigenia ad patrem,  
Ἰκετηρίας δὲ γονασιν ἐξάπτω σέθεν.

Rurfus Ennius,  
Ad genua se prosterunt statim lacrumantes.

Plaut. Poenulo, — accedam,  
Per ego te tua te genua obsecro —

Idem Rudente,  
— per ego te haec genua obtestor senex.  
Rurfus Trucul. — per tua obsecro genua,  
Ut tu istuc insipienter factum sapienter feras,  
mihique ignoscas.

Seneca Hercule Furen.  
— en blandas manus  
Ad genua tendens voce miseranda rogat.

Virgilius l. 10.  
Et genua amplectens effatur talia supplex.  
Rurfus l. 3.  
— et genua amplexus, genibusque volutans  
Haerebat —

Ovidius l. 9. Met.  
Dicentem, genibusque manus adhibere parantem

Corripit Alcides —  
Claudianus de raptu Proserp.  
— genibusque suas cum supplice fleiū  
Admouere manus —

UBEI MOLARUM STREPITUM] Pistrius intelligit per circumlocutionem. Plautus Afin.

Num me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit?

QUIS EST NOSTREIS FORIBUS] Hujusmodi

modi percontatio frequens est apud Comicos. Plautus Stichus;

Quisnam obsecro has frangit fores? ubi est? Tum haec facis? tum mihi huc hostis venis? Rurfus Amphit.

Quis tam vasto impetu has fores toto convolvit cardine?

Et in Bacchid.  
Quid istuc? quae istaec est pulsatio?

Quae te mala crux agit, ad istuc qui modum

Vireis tuas alieno extentes ostio?

Foreis penè effregisti; quid nunc vis tibi?

Verfus autem hic ex Plauti Trucul. Enniano simillimus est,

Quis illic est, qui tam protervè nostras aedes arietat?

EX INCERTIS TRAGOEDIIS,  
ET COMOEDIIS.

HOMO, qui erranti a comiter monstrat viam, Quasi de suo lumine lumen accendat, facit. Nihilominus ut ipsi luceat, quom illi accenderit.

a comiti

458 HOMO, QUI ERRANTI] Cicero ubi refert hos versus, Omnia autem, inquit; communia hominum videntur ea, quae sunt generis ejusdem, quod ab Ennio positum in una re, transferri in permultas potest; Homo qui erranti &c. subditque; Una enim ex re satis praecipit, ut quicquid sine detrimento commodari possit, id tribuatur vel ignoto. Ex quo sunt illa communia, non prohibere aqua profuente; pati ab igne ignem capere, si quis velit; consilium fidele deliberanti dare: quae sunt iis utilia, qui accipiunt, danti non molesta. Inhumanum enim prorsus videtur, eam rem, quae alteri sine detrimento prodesse possumus, denegare. Quo quidem argumento festivè Lucianus inducit Prometheus se apud Mercurium purgantem, quod ignem è caelo subduxerit. Ait enim nihil deos perdidisse, ex quo ignis apud homines fuit, quandoquidem ita naturae comparatum est, ut ignis nihilo minor reddatur, si quis etiam cum alio comunicet; neque ideo extinguitur, quia alius inde flammam transtulerit. Unde evidentissimum invidiae argumentum colligitur, qui, cum dii citra ullam jacturam igne carere possint, ab ejus tamen usu eos

arcere in animum induxerint, qui hoc potissimum egerere viderentur. Cicero ad hunc Ennii locum respiciens in Oratione pro Balbo ait; Comes, benigni, faciles, suaves homines esse dicuntur, qui erranti comiter monstrant viam: benignè, non gravatè, communiter quidem cerè non convenit. Et rurfus l. 3. de Off. Ille verò inquit Antipater, improbe facit. Quid enim est aliud, erranti viam non monstrare (quod Athenis exsecrationibus publicis sanctum est) si hoc non est, emptorem pati ruere, & per errorem in maximam fraudem incurvere?

MONSTRAT VIAM] Plautus Ruden.  
Saltem aliquem velim, qui mihi ex his locis  
Aut viam, aut semitam monstrat —

Ennius rurfum;  
Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam.

Ovidius l. 3. Met.  
— monstroque viam, quae ducit ad undas.

NIHILOMINUS UT IPSI LUCEAT,] Turnebus l. Adver. 28. c. 39. vult hunc verbum legendum esse; Nihilominus ipsi luceat &c. asseritque vocem ut, quae in exemplaribus percrebuit, mensioem versus laedere, & commode posse subaudiri, in

Pp opti-

Suarum rerum incertei, quos ego mea ope ex Incerteis certos, compotesque consilii  
 a Dimitto, ut ne res temere tractent turbidas.

Amicus certus in re incerta cernitur.

Quem metuunt, oderunt:  
 Quem quisque odit, periisse expetit.

a ταυταλις

optimis denique libris manuscriptis non reperiri.

SUARUM RERUM INCERTEI,] Apollinis haec esse verba, liquet ex Cicerone, qui ait; *Quid est enim praeclarior, quam honoribus, & Reip. muneribus perfunctum senem posse suo jure dicere id, quod apud Ennium dicitur ille Pythius Apollo? se esse eum, unde sibi, si non populi & reges, ac omnes sui civis consilium expetant. Suarum rerum incertei, &c.*

EX INCERTIS CERTOS] Ἀνίθεσις. Tendent. Hecyr.

Spe incerta certum mihi laborem sustuli.

AMICUS CERTUS, &c.] Nullum quidem verius est argumentum, quo melius adulterini à veris amicis explorari possint, quam eorum calamitas. In rebus enim prosperis quisque amicus est: at qui in durissimis rebus, atque temporibus se talem exhibuerit, is verus amicus est. Quod rectè hoc senario explicavit Ennius, qui deinceps in proverbium cessit, eandemque sententiam ex Euripide extulit, apud quem Pylades nullo pacto Orestem deserere volebat, sed cum amico emori cupiens haec ait;

πῶ γὰρ ἂν δείξω φίλας,  
 Ἐἶ σε μὴ δειναῖσιν ὄντα συμφοραῖς ἐπαρξέσω;

Quibus verbis aperte significat, non posse quempiam sese amicum profiteri, nisi amicum duro in discrimine versantem juverit. Eodem sensu videtur Isocrates illud expressisse; *δεινὰς τε τοὺς φίλους ἐκ τῆς περὶ τὸν βίον ἀτυχίας.* Theognis idem profecto sentire videtur; sed raras admodum hujus-

modi esse amicos asserit in rebus difficultibus persistentes. Quem locum ut valdè celebrem Themistius quoque adduxit in Oratione περὶ φιλίας. Poëtae igitur gravissimi verba haec sunt;

Παύρους εὐχρηστὴς Πολυπαίδῃ ἀνδραῖς ἐταίρους  
 Πιστοὺς ἐν χαλεποῖς κρήμασι γιγιομέτους.

Cui simillimum illud Pindari;

Φοῖτι παύροι δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτῶν.

Ad illud respexit Ovidius Trist. 3.

O mihi care quidem semper, sed tempore duro  
 Cognite, res postquam procubere meae.

QUEM METUUNT ODERUNT:] Rectè quidem Poëta noster metum, & odium conjunxit: hoc enim ex illo nasci non dubium est, cum minimè diligi possint, qui timentur. Unde rectè Cicero referens hunc locum ait; *Rerum autem omnium nec aprius est quicquam ad opes tuendas, ac tenendas, quam diligi; nec alienius, quam timeri.* praecclare Ennius;

Quem metuunt oderunt, &c.

Idem in 1. de Off. Sed tum servare illud poëtas dicimus, quod deceat, cum il, quod quaque persona dignum est, & fit, & dicitur: ut, si aut Aeacus, aut Minos diceret, Oderint, dum metuunt.

aut, Natis sepulchro ipse est parens.

Indecorum videtur, quòd eos fuisse justos accepimus: at Aereo dicente, plausus excitatur; est enim digna persona oratio. Ex quibus clarè liquet, haec ab Aereo dicta fuisse. Unde aliqui arbitrati sunt, Accii esse, qui Aetrum scripsit. Et in prima Philippica; Illud magis verore, ne ignorans verum iter gloriae,

Benefacta malè locata malefacta arbitrator.

Idem ibid.

gloriae, gloriosum putes, plus te unum posse, quam omnes, & metui à civibus tuis, quam diligere, malis. Quod si ita putas, totam ignoras viam gloriae. Charum esse civibus, bene de Rep. mereri, laudari, coli, diligi, gloriosum est; metui verò, & in odio esse, invidiosum, detestabile, imbecillum, caducum: quod videmus etiam in fabulis ipsis illis, qui;

Oderint dum metuunt, dixerint, perniciosum fuisse. Ad idem in 1. contra Catilin. respexit, dum ait; *Quid enim Catilina est, quod te jam in hac urbe delectare possit? in qua nemo est extra istam conjunctionem perditorum hominum, qui te non metuat, nemo, qui non oderit.* Et paulò post; *Si te parentes timent, atque odissent tui, neque eos ullà ratione placare posses; ut opinor, ab eorum oculis aliquid concederes: nunc te patria, quae communis est omnium nostrum parens, odit, ac metuit.* Ad hoc respicit illud Manilii l. 5.

Tyrannus; dabit fluctibus, odiumque, metumque Totius vulgi

Aemilius Probus in Dione idem ferè dixit; *Hic sicut antè saepe dictum est, quam invisus sit singularis potentia, & miseranda vita, qui se metui, quam amari malunt, cuius facile intellectu fuit.* Seneca lib. de Clement. c. 12. Efficit, ut magnum inter regem, tyrannumque discrimen sit, uterque licet non minus armis valletur: sed aliter arma habet, quibus in munimentum pacis utitur, aliter ut magno timore magnas odia conspescat. Nec illas ipsas manus, quibus se commisit, securus afficit. Contrariis in contraria agit. Nam ut invisus sit, quia timetur, timeri vult, quia invisus est: & illo execrabilis versu, qui multos dedit praecipites, utitur;

Oderint, dum metuunt.

Tragicam hanc vocem C. Caligula, ut refert Suetonius, frequenter jactabat. Abba Maximus, & Antonius Monachus hunc senarium adducunt ex Aristotele;

Ὁ πολλοῖς φοβερός ἂν πολλοὺς φοβεῖται. Democritus desiderari magis, quam timeri admonet expetendum, his verbis; Π-

δητὸς εἶναι μᾶλλον, ἢ φοβερός κατὰ τὸν βίον προαιροῦ. Ἐν γὰρ πάντες φοβεῖσθαι, πάντας φοβεῖται. Id ferè innuere videtur Virgilius l. 1. Aen.

quibus aut odium crudele Tyranni,  
 Aut metus acer erat

Praeclarior illud quidem est, quod de Theodorico Gothorum rege scribit Sidonius Apollinaris in epistola quadam ad Agricola, de quo ait, *Timese timeri.* Demaenetus Plautinus in Asin.

nolo ego metui, amari mavolo.

Hoc quidem Mithridates in omnibus aliis qui regni rebus sapientissimus non animadvertit, nihil neque arma, neque multitudinem subditorum, sine eorumdem benevolentia conducere: quinimo haec ipsa, si fides ab sit, tantò minus tuta esse, quantò sunt plura. Haec ita quidem Dion lib. 37. Graecè expressit; *ὅν δὲ καὶ τοὶ σοφίστατος ὁ Μιθριδάτης ἐς πάντα τὰ βασιλικὰ γενόμενος, οὐκ ἔγνω, ὅτι οὐδενὶ οὐδέν, οὔτε τὰ ἀπλοῦς, οὔτε τὰ πλάτῃ τῶν ἀρχαίων ἀνευ τῆς παρ' ἀδελφῶν φιλίας ἰσχύει, ἀλλὰ καὶ ὅσα τῆς ἀνελπίστου, καὶ μὲντοι καὶ πιστῶν αὐτὰ ἔχη, χαλεπώτερα αὐτῶ γίνεται.* Haec igitur verba à tot auctoribus celebrata proverbii loco videntur veteres usurpasse: & nos haec penè ex nostris Adagiis transcripsimus.

BENEFACTA MALE LOCATA] Versus hic praeter sententiae gravitatem est adnominatibus, & contrariorum reciproatione ornatus. Phocion hanc eandem sententiam fusiùs hoc modo retulit; Qui largiuntur indignis ea, quae dignis conferri debebant, tria committunt absurda: nam & ipsi jacturam faciunt, & in bonos contumeliosi sunt, & malos roborant, materiam vitiorum suppeditantes; Οἱ δαπανῶντες εἰς ἀναξίους, δι' ἂν ἔχρηθ' ἑραπειεύσθαι τοὺς ἀξίους, πρὸς τῶν ἀτόποις ἐνόχους ἐαυτοὺς ἀποθνήσκουσιν: ἐξημέωσαν ἐαυτοὺς, ἐνύβρισαν τοὺς χρηστοὺς, τοὺς φαύλους ἐνίσχυσαν ἕλην ἀμαρτηῶν κορηγῆσαντες. Beneficium malè locatum ἀκερδὴς χάρις vocatur à Graecis. Hinc Poëta ille vetus ad-

<sup>a</sup> Quòd nemo est tam firmo ingenio, aut tanta confidentia,

Quin refugiat timido<sup>b</sup> sanguen, atque exalbescat metu.

Salmacida spolia sine sudore, & sanguine.

Flagitii principium est nudare inter civeis corpora.

<sup>a</sup> Quae <sup>b</sup> sanguine

monet, ne in vulgus effundantur beneficia, his verbibus;

*Beneficia in vulgus cum largiri insitueris, Perdenda sunt multa, ut semel ponas bene.*

QUOD NEMO &c.] Secundum versum ita affert Cicero l. 5. de Fin. *quis est enim, aut quotusquisque, cui, mors cum appropinquet, Non refugiat timido sanguen? &c.*

Et idem in Hortensio eundem refert versum.

EXALBESCAT METU] Physicam rationem expressit: nam ex sanguinis fluxu ad cor exoritur pallor.

SALMACIDA SPOLIA] Festus disjunctim legit,

*Salmacida spolia sine sanguine, & sudore.*

Et ita in quibusdam calamo exaratis Ciceronis codicibus. Gabriel Faërnus,

*Salmacida spolia*

Haec autem intelligit Ennius incruenta, nulloque labore parta. Quod ex iisdem ipsis Ciceronis verbis colligi potest: ait enim; *Itaque in probris maxime in promptu est, siquid tale dici potest;*

*Vos etenim juvenes animum geritis muliebrem,*

*Illaque virgo viri*

Et siquid est hujusmodi;

*Salmacida spolia &c.*

Salmacidis quidem fontis ex Ovidio l. 4. Met. fabula nota est; in quo ferunt semiviros effici, qui eâ aquâ laventur. Pythagoras apud eundem l. 1. 5.

*Cui non audita est obcoenae Salmacis undae?*

De qua re Aufonius Epig. 68.

662 *Vidit semivirum fons Salmacis Hermaphroditum.*

Vibius Sequester de fontibus, *Salmacis,*

inquit; *Cariae, ex quo qui bibit, mollescit, idem obscenus fit.* Negat Strabo l. 14. hujus fontis aquâ viros molles fieri, cum id non ex aëre vel aqua, sed divitiis, & victus incontinentiâ effici possit. Id fortasse ex loci opportunitate dictum est: ferunt enim illius fontis aditum, ut inquit Festus, parietibus angustatum potantibus juvenibus occasionem præbere accedentium puellarum, puerorumque violandorum; quia non patet refugium. Ita quidem Festi locus est legendus, nam in omnibus malè pro *potantibus, perulantibus* irrepit. Sunt qui existimant à Salmacide nymphea Caeli Terraeque filia huic fonti nomen fuisse impostum. Vitruvius verò l. 2. c. 8. rationem exponit, quare per orbem terrarum ea opinio falso rumore sit pervagata. Venereo scilicet morbo eos implicari, qui ex eo fonte biberint.

SINE SUDORE] *Ἐνὶ ἄνδρῳ.*

Et SANGUINE] Balbus ad Ciceronem l. 8. ad Att. *Factum Caesaris de Corphinio totum me probaturum scio, & quomodo in hujusmodi re commodius cadere non potuit, quam ut res sine sanguine conferret.* Graeci *ἀναιμῶτι* dicunt, quod Latini *sine cruore*: indeque incruenta pugna, vel incruento Marte.

FLAGITII PRINCIPIUM] Respexit Ennius hoc trochaico, ut ex Cicerone comprehenditur, ad Graecorum morem, qui in gymnasiis exercitationis gratiâ corpora nudabant: quemadmodum de Lacedaemoniis tradit Thucydides l. 5. Xenophon de Rep. Laced. & Plato l. 5. de Repub. Ubi etiam non tantum viris, sed & mulieribus videtur permittere, ut nudatis corporibus sese in gymniciis exercent. Unde ad Spartam

Tanto sublatae sunt agmine tunc lapides.

Nulla sancta societas, nec fides regni est.

Minime nomine fieri pravum.

tam de ludis Laonicis ait Propertius l. 3. eleg. 3.

*Multa tuae, Sparae, miramur jura palaestrae,*

*Sed magis virginis tot bona gymnasii;*

*Quod non infames exercet corpore laudes*

*Inter luctantes nuda puella viros.*

Ovidius epist. 15.

*Mors tuae gentis nitida dum nuda palaestra*

*Ludis, & es nudis foemina mista viris.*

Suidas in dictione *δαπιάζειν* ait, Spartae etiam nudas conspici puellas. Lycurgi enim institutione sanctum fuit apud Lacedaemonios, ut mulieres, virginesque virilibus officiis exercerentur, venationibus scilicet, cursu, palaestra, disco, jaculis, ut ad perferendos partus dolores fierent robustiores. Hinc apud Euripidem in Andromacha Peleus Menelao his verbis exprobrat, quòd nulla Spartana puella, etiam si velit, queat esse casta, quòd domos relinquentes cum juvenibus nudis femoribus, dissolutisque tunicis cursus, & palaestras communes habent;

*οὐδ' ἄν, εἰ βούλοιστο, τις*

*Σάρραων γένοιτο Σπαρτιατῶν κόρη,*

463 *Αὐτὸν νέοισιν ἐξερημοῦσαι δόμους,*  
*Γυμνοῖσι μηροῖς, καὶ πέλαις ἀνεμενέοις,*  
*Δρόμους, παλαιστῶνας τ' αὐτὴν ἀνασχέτους ἐμοί,*

*Κοινὰς ἐχοῦσι.*

Sed tamen id videtur esse flagitii principium, cum eorum visu liberi & incencti apud eos amores orientur: *ἐκ τοῦ enim ὄραν τὸ ἔργον.* Unde Plinius l. 34. c. 5. inquit, *Graeca res est nihil velare.* Catullus de Nuptiis Pelci, *nudato corpore*, dixit;

*viderunt luce marinas*

*Mortales oculi nudato corpore Nymphas.*

TANTO SUBLATAE SUNT] Describatur fortasse hoc versu aliqua fluminis inundatio. Agmen verò de fluminis actu, sive du-

Nón. Lapid.

Cic. l. 1. de Off.

Donat. Adelp. Act. 1. Scen. 2.

ctu intelligi alibi retulimus. *Sublatae lapides.* Sic etiam Virgilius in foeminino genere dixit, *Acuta silex l. 8. & silice in nuda*, Eclog. 1.

NULLA SANCTA SOCIETAS,] Cicero l. 1. de Off. *Maximè autem adducuntur plerique, ut eos justitiae capiat oblitio, cum in imperiorum, honorum, gloriae cupiditatem inciderint. Quod enim est apud Ennium;*

*Nulla sancta societas, nec fides regni est, id latius patet. Nam, quicquid ejusmodi est, in quo non possint plures excellere, in eo plerunque sit tanta contentio, ut difficillimum sit sanctam servare societatem. Declaravit id modo tempestas C. Caesaris, qui omnia jura divina, & humana pervertit propter eum, quem sibi ipse opinionis errore finxerat, principatum.* Ennianae sententiae simile videtur illud esse, quod Suetonius ex 3. de Off. Ciceronis refert, semper Caesarem in ore habuisse eos versus de Phoenissis;

*Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρηρὴ, τυραννίδος πέρι*  
*Κάλλιστον ἀδικεῖν, ἢ ἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεῶν.*

Quos Cicero vertit;

*Nam si violandum est jus, regnandi gratiâ Violandum est; aliis rebus pietatem colas.*

Inducit autem iis verbis Euripides Eteoclem Thebanum regnandi cupidum ad Jocestam matrem loquentem nolle Polynici fratri quamcunq; regni partem cedere. Tullii Romanorum regis filia apud Halicarnasseum l. 4. ut sororis virum ad necandam uxorem induceret, quò sibi maritus adjungeretur, utque regnum adipisceretur, ait, *etiam si in aliis rebus justitiam colere libeat, certe regni causa audenda esse omnia.* Hinc Livius l. 1. *in idam regni societatem* dixit, & Lucanus l. 1.

*Nulla fides regni sociis, omnisque potestas*

*Impatiens consortis erit*

MINIME NOMINE] Donatus in Adelp. affert hunc versum adnotans in seret priam produci.



Animusque aeger semper errat, neque pati,
Neque perpeti potest, cupere nunquam
Definit ---

Cic. l. 3. Tusc.

O fides alma, apta penneis, & jusjurandum Jovis.

Idem 3. de Off.

Atque genua comprimit arta gena.

Isid. lib. de Differ.

464 ANIMUSQ. AEGER] Locus hic ita affer-
tur à Cicerone; At morbi perniciosiores,
pluresque sunt animi, quam corporis: hi enim
ipsi odiosi sunt, quod ad animum pertinent,
eumque sollicitant, animusque aeger, ut ait
Ennius, semper errat; neque pati, neque per-
peti potest; cupere nunquam desinit. Sed quon-
iam Poeta noster non multum in sena-
riorum pedum observatione religiosus fuit,
quam veniam sibi Romanos poetas usur-
passe testatur Horatius in Poetica, & quia
verba haec quandam senariorum structu-
ram prae se ferunt, puto Ennium pro se-
nariis in aliqua posuisse Tragoedia; & haec
omnia nostri Poetae verba esse, non au-
tem Ciceronis. Quare locum hunc ab illo
Iphigeniae Chori non satis diversum esse
reor, qui ait;

telum quod missile libro? Apagesis tam cruen-
tos deos, dextram caedibus fessam, & telum
sanguine-rubiginosum. Utrumque idoneum non
est per quod adjures, urve per ista jurent,
cum sit summi deorum hic honor proprius.
Nam & jusjurandum dicitur, ut ait Ennius.
Quid igitur jurabo? per Jovem lapidem Ro-
mano ritu? Apparet hic manifestè verba
Ennii deesse: nam dum illius verbis pro-
bare vult Appulejus, jusjurandum summi
deorum proprium esse honorem, illa om-
nino desunt. Censeturque Justus Lipsius
Elect. l. i. c. 18. legendum esse hunc lo-
cum; Nam & Jovis jurandum dicitur, ut
ait Ennius. Additque haec verba, quibus
jusjurandi etymon enucleat; Jurandum
per Jovem esse, id est summum deorum, à
verbo ipso colligit: quia formata vox quasi
Jovisjurandum sit. Ad cujus sententiam
confirmandam facit & Naevii versus, quem
ipse etiam attulit,

Incerte errat animus ---
O FIDES ALMA] Cicero hoc modo re-
fert hunc Ennii trochaicum tetrametrum
catalecticum; Sed in jurejurando, non qui
metus, sed quae vis sit, debet intelligi. Est
enim jusjurandum affirmatio religiosa. Quod
autem affirmatè, quasi Deo teste, promiseris,
id tenendum est. Jam enim non ad iram deo-
rum, quae nulla est, sed ad justitiam, &
ad fidem pertinet. Nam praeclarè Ennius;

Jus sacratum Jovis jurandum sagmine.
APTA PENNIS,] Sancta quidem res fi-
des per se est, cum involata servatur: sed
eadem propter instabilem hominum volun-
tatem facilis proclivisque est ad lapsum;
sumptà translatione à pennarum levitate & in-
constantia. Sed mihi hic locus valdè suspec-
tus est, quem aliqui summum deorum, à
aliqui -- alia pennis, aliqui melius -- à qua
pendet jusjurandum Jovis. Videtur enim
adhibitum jusjurandum, ut ait lib. 2. de
Bello Persico Procopius, inter homines fu-
prenum ac firmissimum fidei pignus esse.

Qui igitur jusjurandam violat, is fidem vio-
lat; quam in Capitolio vicinam Jovis Opt.
Max. ut in Catonis Oratione est, majores no-
stri esse voluerunt. Ex quo loco apparet,
Romanos fidem, ut Deam, coluisse. Ad
hunc versum arbitror respexisse Appulejus
in Dialogo de Deo Socratis; Si nemo huic
capiti crediderit, quis pro te deus fidem di-
cet? An ut ferocissimo Mezentio dextera, &

ATQ. GENUA] Isidori locus in manu.
scripto Achillis Statii ita habetur; Genua
à gemis dicta, eo quod in utero cohaerent,
& conjuncta sint oculis. Unde Ennius ait;
Atque genua comprimunt arta gena.

Sed

Pes pede premitur; armeis teruntur arma.

Hirt. in
Com. de
Bel. Hisp.

Philosophandum est paucis, nam omnino haud placet.

Cic. 2. Tusc.
2. de Orat.
Agell. l. 7.

a πολιτιστων.

Sed Statius putat legendum;

Aequè genua comprimunt arta genas-
PES PEDE PREMITUR] Hircius sic alle-
gat hunc locum; Ita cum clamore esset in-
termixtus gemitus, gladiatorumque crepitus au-
ribus oblatas, imperitorum mentes timor prae-
pediebat. Hic, ut ait Ennius;

graviter cadit, ait Virgilius l. 5.

Immiscetque manus manibus ---
Graecis, χειρῶν χειρας. Apollon. Rhod. l.
2. Argon.

Pes pede premitur, &c.
Non autem dubium est ex iis Homericis
hunc locum sumpsisse Ennium: sic enim
ait Iliad. v.

Τῆ ῥ' ἄριστον καὶ χειρῶν ἐναντία χειρας ἔμι-
ξεν.

Omnia ad pugnam respiciunt, quae co-
minus gladiis corporum conflictu fit. Q. 466
autem Curtius eadem penè verba in aliam
significationem traduxit, cum de conferto
Macedonum agmine loqueretur l. 3. inquit
enim; Ipsi phalangem vocant pedum stabile
agmen. Vir viro, armis arma conferta sunt.

Φράζοντες δ' οὐρου δουρι, σάκος σάκει προθε-
λύμωφ,
'Ασπίς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρει δε, κόρυς κόρου, ἀνέ-
ρα δ' ἀνός.

PHILOSOPHANDUM EST PAUCIS,] Cicero
2 Tusc. Neoptolemus quidem apud Ennium
philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis;
nam omnino haud quidem placere. Et idem;
Minimè, inquit, Antonius: ac sic decrevit
philosophari potius, ut Neoptolemus apud En-
nium, paucis; nam omnino haud placet. Tur-
nebus legit l. c. 8.

Tyrtaeus;
Καὶ πῶδα πᾶρ παδί θείς, καὶ ἐπ' ἀσπίδος
ἀσπίδ' ἔρεισας,
'Εν δὲ λόφω τελόφω, καὶ κενῆ κενῆ,
Καὶ ἐρίων ἐρίων πεπαλημένως ἀνδρὶ μαχέ-
σθω.

Philosophandum est mi paucis; nam omnino
&c.

Hinc Furius Antias 4. Ann.
Pressatur pede pes, mucro mucrone, viro vir.
Virgilius l. 10.

Meminit etiam hujus Ennianae sententiae
Appulejus prima pro se Apolog. Inde au-
tem colligitur, Principibus non admodum
esse necessarium philosophiae studiis imbui,
sed satis ea tamen aliquantulum degustasse.
Sed Plato l. 5. de Repub. videtur omnino
reges philosophos esse voluisse, cum ait;
Ἐάν μὴ (ἢν εἴ' ἔγω) ἢ οἱ φιλόσοφοι βασι-
λεύσῳσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς τε
νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφῶσιν ἡγη-
σίας τε καὶ ἰστανῶς. Ac Musonius philoso-
phus vult, ut seris Reges philosophiae
operam navent: eos enim decet magis
quam alios justos esse, temperantes, &
modestos; eorumque proprium, & pecu-
liare est, discernere, quid bonum, quidve
malum sit. Quae quidem nisi ex ultimis
philosophiae fontibus haurient, earum rerum
semper erunt ignari. Sed illud for-
tasse imitatus est Ennius ex Pyrrho Philo-
sophiae,

haeret pede pes, densusque viro vir.
Statius l. 8. Theb. ita ad verbum ferè Ho-
mericos versus convertit;

Jam clypeus clypeis, umbone repellitur umbone,
Ense minax ensis, pede pes, & cuspidè cuspis.
Sed uberius l. 9. Silius;

galea horrida fluctu
Adversae ardescit galeae, clypeusque satiscit
Impulsu clypei, atque ensis contenditur ense,
Pes pede, virque viro teritur

Simile est quodammodo Nafonis illud, ubi
Hercules de congressu cum Acheloo lo-
quitur l. 9.
Inque gradus stetit certi non cedere, eratq;
Cum pede pes junctus, totoque ego pectore
pronus,
Et digitos digitis, & frontem fronte preme-
bant.

Simili vocum collisione, quae in re seria

Quoi quod in me est, exsecrabor hoc, a quo lucet quicquid est.

Ut tibi Titanis Trivia dederit stirpem liberam.

monis, in quo rusticorum Chorus inducebatur haec dicens;

Oi φιλόσοφοι ζητούν, ως ἀήνοια, Περὶ τοῦτό τ' αὐτοῖς πολλὸς ἀναλοῦται χροῖος, Τί ἐστιν ἀγαθόν, καὶ οὐδὲ εἰς εὐρηκέ πω τίς ἐστιν. &c.

Unde arbitror Ennium Neoptolemi Tra-goediam dedisse; quam etiam Accius dedit, & ex Graecis Mnimermus, seu Mimmermus Colophonius, Theophilus, & Nicomachus Alexandrinus. In qua fortasse Neoptolemi caedes repraesentabatur, qui Delphis ad Apollinis aram trucidatus est. Indeque poena talionis Neoptolemi poena dicitur, ut in Messenicis refert Paulanias; nam ipse ad Hercei Jovis aram Priamum jugulavit. Sed illud quidem non absque admiratione praetereundum est, omnes, qui Aeacidarum cognomine appellabantur, divinitus oblatâ caede occubuisse.

UT TIBI TITANIS] Titanis, ut ait Nicandri Scholiastes, cognominatur Diana. Idque existimo, quod eam Latona Titani filia genuit. Ideoque Chrestus Manlius poeta sane vetustus in hymno Apollinis;

Deli gemellos creta Titano Deos Latona parit casto complexu Jovis.

Sic putat apud Varronem Scaliger hos versus esse legendos. Ferunt alii Hyperiona unum ex Titanibus, quoniam Solis, ac Luna, stellarumque motus primus observavit, astrorum patrem esse dictum. Et hinc Sol Titan, & Luna Titanis dicta est.

TRIVIA] M. Varro ab eo Triviam dictam esse ait, quod in trivio ponitur ferè in oppidis Graecis; vel quod Luna dicitur esse, quae in caelo tribus viis movetur, in altitudinem, & latitudinem, & longitudinem. Eadem ratione à Graecis τριούτις dicta est: quae etiam, ut ait Phurnu-

tus, τῶν τριούτων ἐπόπις appellata fuit, quod ternam accipiat mutationem, dum signiferam orbem perambulat. Aristophanis Scholiastes ait, eam olim in triviis coli solitam, quod tribus vocaretur nominibus. σελήνη, ἀρτεμις, ἐκάτη. Et quoniam menses ad cursum Lunae veteres metiebantur, singulis noviluniis, à quibus menses ipsi auspicabantur, in triviis Lunae coenam vespere pro sacrificio divites parabant, in quam pauperes irruentes protinus devorabant. Quamobrem Lunam, quae appositae essent, comedisse asseverabant. Hecaten autem, & Dianam eandem esse, tum ex aliis auctoribus, tum ex Orpheo apud Proclum in Commentariis in Platonis Cratylum apparet. Quocirca etiam Maro dixit l. 4. Aen.

Tergenimamque Hecaten, tria virginis ora Dianae.

Ovidius l. i. Fast.

Ora videns Hecates in tres vergentia partes. Aliis placet, Triviam dictam, quod in caelo, in terra, & apud inferos eadem poleat potestate. De qua Prudentius l. i. contra Symmachum;

Denique cum Luna est, subluistri splendet amictu:

Cum succincta jacit calamos, Latonia virgo est:

Cum subnixae sedet folio, Plutonia conjux, Imperitae Furiis, & dicitur jura Megaerae. Innominatus quidam Poeta;

Terret, lustrat, agit, Proserpina, Luna, Diana,

Ima, superna, seras, sceptro, fulgore, sagitta. Ab Eratosthene autem εἰς τὰ Ἀράτων φαινόμενα dicitur διχότομος, λοξή, κκοισιδίς. At Cleomedes l. 2. περὶ τοῦ κόσμου eam ob causam non triviam, sed triformem appellat. Theocriti Scholiastes aliam asserit Quin

Quin inde a invictis sumpserunt perduellibus. Idem ibid.

Si voles advortere animum, comiter monstrabitur. Idem ibid.

Frunde, frutimi, suaviter. Idem ibid.

Atque prius pariet locusta lucam bovem. Idem ibid.

Vos epulo postquam spexit. Idem ibid.

Habet is coronam vitulans victoria. Fest. Vitulans.

a V. C. inviteis

rationem, cur Hecaten in triviis venerentur; ait quidem, Joveni ex Pheraea Aeoli filia Hecaten genuisse, quae in triviis abjecta, à pastoribus suscepra, nutritaque fuit. Festus auctor est, non triviis tantum, sed & viis praefuisse. Alcamenes omnium primus, ut refert l. 2. Pausanias, Hecates triforme signum fecit, quod Athenis visebatur juxta Victoriae aedem.

PERDUELLIBUS.] Varro exponit, Perduelles sunt hostes: ut perficit, sic Perduellum, Duellum: id postea bellum. Ab eadem causa facta Duellona Bellona. Scaliger ait hunc versum esse mendosum, & legendum, Vindictam victis sumpserunt perduellibus.

Turnebus antiqui codicis lectionem probat, Quid unde inviteis sumpserint

468 COMITER MONSTRABITUR.] Comiter, ait Varro, hilarè, ac lubenter: cujus origo Graecè κάμπος; in le Latina comesatio dicta, & à Graecis (ut quidam dicunt) Comoedia.

FRUNDE, FRUTIMI, SUAVITER] Scaliger legit, Ejusdem ab Irvadine --- nefrende fritinni Suaviter --- Cur autem hanc lectionem probet, multis verbis in Conjectancis explicavit.

ATQ. PRIUS PARIET] Argumentum περὶ τοῦ ἀδυστάτου ---

LUCAM BOVEM.] Varro Lucam bovem interpretatur elephantum: quod in Lucania primum à Romanis visus sit, ut ex Commentario Verginii refert ipse Varro l. 6. Vegetius l. 3, de Re Mil. c. 24. de elephantis loquens ait; Hos contra Romanum exer-

citum primus in Lucania rex Pyrrhus eduxit. Postea Annibal in Africa, Rex Antiochus in Oriente, Jugurtha in Numidia copiosos habuerunt. Quae verba repetit Modestus in libello de vocabulis rei militaris. Critolaus autem in tertio rerum Epiroticarum ait, Paullum Aemilium ex victoria, quam contra Pyrrhum Epirotarum regem est consecutus, centum sexaginta turres gestantes elephantos Romam misisse. Lucret. l. 5.

Inde boves Lucas turrito corpore tetros Anguimanos belli docuerunt vulnere Poeni Sufferre, & magnas Martis turbare catervas. Silius l. 9.

Nam provectus equo molerantem cuspede Lucas

Maurum in bella boves stimulis majoribus ire,

Ac raptare jubet Libycarum armenta ferarum.

Lucanos autem à Samnitium duce Lucio ortos, Sempronius tradit in libello de divisione Italiae. Turnebus ex vetere libro putat, hunc versum esse Naevii.

VOS EPULO POSTQUAM SPEXIT.] Vide, quae in 16. Ann. adnotavimus.

VITULANS] Exponit Festus, Laetans gaudio, ut prato vitulus. Naevius in Clastidio Vitulantes similiter à vitula dixit, ut refert Varro l. 6. Rursum Naevius in Lycurgo;

Ut in venatu vitulantes ex avibus Locis nos militant poeneis decoratos ferens.

Janus Gulielmius negat, vitulari à vitulo

- Apud emporium in campo hostium<sup>a</sup> per moene. Fest. Moene.
- <sup>b</sup> Ille meae tam potis pacis potiri. Idem Tam.
- Parentem & patriae dii servate sospitem. Idem Sosper.
- <sup>c</sup> Quem incertum tu isti credere, atque exercere lingua, ut argutarier possis. Non. Argutari.
- Vivam, an moriar, nulla in me est metus. Fest. Metus.
- <sup>d</sup> Aut permaceret paries percussus trifaci. Idem Trifax.
- <sup>e</sup> O terra trita, ubi Liberi fanum, In cujus moero locavi --- Varr. l. 4. de ling. Lat.
- <sup>f</sup> Cubitis pinsibant humum. Idem ibid.
- <sup>g</sup> Et quis illaec est, quae lugubri succincta est stola? Non. Quisquis.
- <sup>a</sup> pro b πικαισμός c Quo enim coetum d πικαισμός e V. C. O terra Theba, vel Attica. f pathos g πῆδος ab habitu

deduci, sed à vita, quae interdum laetiam, lubentiamque significat, unde dea hilaritatis praefes Vitula.

PER MOENE.] Pro per moenia, singulari numero moene protulit Ennius.

ILLE MEAE TAM POTIS.] Observat Festus hoc loco tam pro tamen esse positum.

PARENTEM ET PATRIAE.] Paullus Festi decurator ait, Ennium sospitem pro servatore posuisse: & non male ex Festi fragmentis hic versus est concinnatus.

QUEM INCERTUM TU ISTI CREDERE,]

469 Turnebus quidem l. 29. Advers. c. 20. ait, in Nonio viciatam esse Ennii inscriptionem, innuitque eum locum esse legendum; Ennius Choenice;

Tum tu isti crede, atque exerce linguam, ut argutarier possis.

Aitque eam fabulam Choenicem de nomine mensurae fuisse inscriptam; ut Varronis modius, qui victus mediocritatem significavit, & moderationem. Sed cur non potius, si agendum est conjecturis, non legit, Phoenice? Quam fabulam. certum est,

dedisse Ennium: de Choenice autem nusquam, nec litera quidem.

ARGUTARIER.] Loquaciter proloqui.

NULLA IN ME EST METUS.] Ait Festus hoc loco, in dictionibus Resto fronte, & specus, metus foeminino genere dici.

TRIFACI.] Trifax telum est longitudinis trium cubitorum, quod catapultâ mittitur, ut ait Pompejus.

O TERRA TRITA.] Vertranius legit; O terra Graeca, ubi Liberi fanum intimum locavi.

Scaliger verò ita corrigit hunc locum; O terra tritavi, in cuius moero Liberi Fanum locavi

CUBITIS PINSIBANT HUMUM.] Varro l. 4. de ling. Lat. ait; Terra, ut putant, eadem & humus: ideo Ennius in terram cadentes dicit, Cubitis pinsibant humum. Verba illa in terram cadentes non videntur esse Ennii, sed Varronis. Virgilius l. 10.

Fronte ferit terram

Idem ibid. --- & calcibus atram Tundit humum ---

CAF-

- Labat, labuntur faxa, caementae cadunt. Idem Caementa.
- Nec retrahi potestur imperiis. Diom. l. 1.
- Eos deduci, quàm relinqui; evehi, quam deseri malui. Idem lib. 2. Charif. l. 4.
- An aliquid quod dono illi morares, sed accipite. Diom. l. 1.
- Effundit irarum quadrigas. Serv. l. 12.
- Ira insaniae initium --- Cic. lib. 4. Tusc.

CAEMENTAE.] Usurpavit Ennius hanc vocem in foeminino genere.

EOS DEDUCI,] Diomedes affert hunc locum in exemplum ὁμοιολεπού. Donatus de Barbarismo eandem ob causam, sed aliquantò diversius,

Eos reduci, quàm relinqui; devehi, quàm deseri malui.

MORARES.] Moro pro moror apud veteres. Pacuvius Hermione,

Paucis absolvit, ne moraret diuitius.

EFFUNDIT IRARUM QUADRIGAS.] Metaphora ducta à quadrigis, quae habenis reguntur: quibus effusus dissolutae evagantur nullo moderante. Servius explicans Maronis illud lib. extremo,

irarumque omnes effundit habenas, ait; Hic moderate loquutus est: nam Ennius; Effundit irarum quadrigas, dixit. Silius l. 2. alia translatione,

Effundit cunctam rabiem, irarumque procellas.

IRA INSANIAE INITIUM.] Cicero; An est quicquam similis insaniae, quàm ira? quàm bene Ennius initium dixit insaniae! Color, vox, oculi, spiritus, impotentia dictionum, atque factorum quam partem habent sanitati? Seneca hunc Ciceronis locum sic expressit latius, Ut scias, inquit, insanos esse, quos ira possedit, ipsam illorum habitum intueri: flagrant, emittant oculi, multus ore toto rubor est, labia quatuntur, dentes comprimuntur, capilli subriguntur, spiritus stridens est, gemitus, mugitusque ut parum explanatis vocibus sermo productus, & complosae saepius

manus, & pulsata humus pedibus, foeda visus, atque horrenda facies depravantium se, atque intumescantium. Simile quid protulit Basilus in ὁμιλίᾳ περὶ ὀργῆς. Arnobius iisdem ferè verbis; Et quid ergo sequitur necessario, nisi ut ex eorum luminibus scintillae emicent, flammae aestuent, anhelum pectus spirituum jaciat ex ore, & ex verbis ardentibus laborum siccitas inalbescat? Themistius, qui ob sermonis leporem εὐφραδῆς appellatus est, in Oratione περὶ τῆς φιλίας, ἐγὼ δὲ εἶμαι, ait; τὴν ὀργὴν κωνίαν ἀνεργασίον εἶναι. Plutarchus in libello de garrulitate c. 7. inquit, iram insaniae esse cognatam. Et Chryostomus Homil. 47. in Joannem ait, inter iram, & insaniam nihil differre. M. Porcius Caro, iratum ab insano tempore tantum distare putabat. Horatius Epist. l. 1. Epist. 2.

Ira brevis furor est

Sicut enim ira ex dolore, ita ex ira furor nascitur. Gregorius Nazianzenus, ubi animae suae calamitatem deplorat;

Θυμὸν ἐρευνουμένη γυναιὸν κακόν. ὃς τε μάλα

λύερος ἐπιχειῶν, ἐκ νόος ἀνδρᾶ φέρεται.

Euenus saepe inquit hominum mentem ab ira detegi, quae peior quandoque est insaniam;

Πολλάκις ἀνθρώπων ὀργὴ νόον ἐξεμάλυε Κρυπτόμενον, κωνίας πούλο χειροτέρον.

Nec his dissimile est Philemonis illud, cum ait, omnes insanire cum irascimur,

Μαινόμεθα πάντες, ὅποτεν ὀργίζόμεθα.

Num non vis hujus me versutiloquas malitias?

Idem 3. de Orat.

Hehe ipse clupeus cecidit ---

Varr. l. 6. de lin. Lat.

<sup>a</sup> Quicquam quisquam cuiquam, quod conveniat, neget.

Auctor ad Heren. l. 4.

Festinant diem ---

Serv. l. 4. Geor.

Qui silentio noctis favent faucibus

Cic. l. 2. de Divin.

<sup>a</sup> Alliteratio, & annominatio

VERSUTILOQUAS MALITIAS?] Cicero; Novantur autem verba, quae ab eo, qui dicit, ipso gignantur, ac sunt: vel conjugendis verbis, ut haec;

Tum pavor sapientiam &c.

Num non vis hujus me versutiloquas &c. Videtis enim, & versutiloquas, & expectorant, ex conjunctione facta esse verba, non nata. Idem rursus postrema verba in Oratore adducit.

HEHE IPSE CLUPEUS CECIDIT] Hehe est consternatae mentis. Maximo quidem probro apud Graecos habebatur, cum clypeus è dimicantis manu decideret. Thucyd. l. 4. ἡ ἀσπίς περιεβύθη εἰς τὴν θάλασσαν.

QUICQUAM QUISQUAM] Auctor ad Herenn. profert hunc versum tanquam vitiosum ob nimiam ejusdem literae assiduitatem. Cui similis est Plautinus ille in Pseudolo;

Quorum nunquam quicquam cuiquam venit in mentem, ut recte faciant.

471 FESTINANT DIEM] Servius manuscriptus in enarratione loci illius Virg. in 4. Georg.

lentis Cyclopes submina massis

Cum properant, ———  
inquit; Vetusia ait, ut Plautus, properant prandium, & Ennius, festinant diem.

QUI SILENTIO NOCTIS FAVENT &c.] Ita hunc locum affert Cicero; Democritus quidem optimis verbis causam explicat, cur ante lucem galli canant: depulso enim de petlore, & in omne corpus diviso, & modificato cibo cantus edere quiete satiatos; Qui

quidem silentio noctis (ut ait Ennius) favent &c. Sed inter hos galli cantus placet aliquantulum obstrepere. Videtur Heliodorus l. r. Hist. Aeth. Democriti opinionem sequi, qui ait; Tempore, quo galli canunt, sive, ut ajunt, naturali sensu conversionis, quâ Sol ad nos accedit, ad Dei salutationem commoti, sive prae caliditate, & motus, ac aestae maturioris appetitu unâ habitantes proprio praeconio ad opus excitantes; Καὶ ὃν γὰρ καιρὸν ἀλεκτρούνας ἄδουσιν, εἶτε ὡς λόγος αἰσθησεὶ φυσικῆ, τῆς τοῦ ἡλίου καὶ ἡμῶς περιστροφῆς ἐπὶ τὴν τοῦ θεοῦ πρόσρην κινούμενοι, εἶτε ὑπὸ θερμότητος ἡμῶν, καὶ τῆς περὶ τὸ κινεῖσθαι, καὶ σιτεῖσθαι θύττον ἐπιθυμίας, τοὺς συνοικοῦντας ἰδίῳ κινήματι ἐπὶ ἔργον ἐγείροντες. Ambrosius Nolanus suae aetatis philosophus haud ignobilis in suis quaestionibus existimat, gallorum cantum ab innata quadam salacitate proficisci. Cantu enim coeundi libidinem significari, vel illud praecipuè denotat, quod antequam ad incundas gallinas idonei sint, conticescant. Quod plerisque avibus usu venit, quae Veneris proclivitate denuntiant: quemadmodum de perdicibus ait Plinius l. 10. c. 33. quae supervolantium afflatu concipiunt, saepe voce tantum audita masculi. Galli igitur concocto cibo, expulso jam somno ad Veneris illecebras excitantur, cantusque blanditiis ad sese gallinas alliciunt. Lepidam admodum rationem profert Lucianus in suo Somnio, quod & Gallus inscribitur, cur gallus antelucanos edat cantus, quam ut commentitiam praetermittimus, ut ad seria deveniamus.

niamus. Multorum igitur philosophorum fuit opinio, omnia, quae infra Lunam sunt, cum superioribus cognationem quandam, atque convenientiam, quam Graeci συμπάθειαν vocant, habere. Unde Chae-remont Stoicus, & cum eo Porphyrius arbitrati sunt, gallo à Sole aliquid caeleste conferri: idque eò libentius, quòd primâ mediae noctis inclinatione noctem explaudentibus alis (ut Lucretianis utar verbis) est

Avorum clarâ contentus voce vocare.

In qua etiam opinione fuit Proclus, qui ait instare esse gallis, Apollinis numen advocare, & veluti propriis canticis assurgenti supplaudere. Paulanias l. 5. Idomeni clypeum idcirco ait gallinacei galli effigie insignitum, quòd is à Minoe Cretensium rege, & Pasiphaë originem duceret, quae Solis fuit filia: cui gallum ideo 472 sacrum esse perhibet, quia ejus ortum praesentiat, cantuque mortalibus indicet. Indeque sinxerunt poëtae, Latonae parenti gallum astitisse. Qui adeò prae caeteris animalibus cum Sole est conjunctior, ut hanc ob causam leo, qui animal maxime solare est, ejus aspectum, cristas, vocemque perhorrescat; & eorum praecipuè (ut D. Ambrosius lib. 6. Hexaëmer. c. 4. ait) qui albi sunt. Cujus rei causam Proclus, qui ex Platonica prodiit officina, optimè explicavit in eo libello, cui titulus est περὶ τῆς μαρτυρίας. Ait enim, animalia multa cum Sole convenire, quem admodum leones, & galli, qui pro sua natura solaris numinis participes sunt. Unde mirum quidem est, quantum eodem in ordine inferiora cedunt superioribus, quamvis magnitudine, potentiaque minimè cedant. Hinc à leone asserunt vehementer gallum timeri, & quasi quodammodo colij: cujus rei rationem à materia, sensuque assignare nequimus; sed solum à superni ordinis contemplatione: quoniam videlicet solaris virtutis praesentia convenit gallo magis quam leoni. Quod & inde percipiendum est, quia gallus quasi quibusdam

hymnis surgenti Soli applaudit, eumque advocat, cum ex Antipodum medio caelo ad nos defertur. Adhaec tradunt Graeci aliquot auctores, Cecropis animam, quam in leonis speciem conversam fuisse autumabant, ex Aegyptiorum, Chaldaeorumque necromantia, immolatis gallis, quibusdam signis, figurisque impressis, quae Graeci χρυσανθήρας appellant, esse evocant, seque illam eis praebuisset conspiciam. Sed Lucretius l. 4. aliam hujus timoris asserit rationem, cum de gallo loquens ait;

Quem nequeunt rapidi contra constare leones,  
Inque tueri; ita continuo meminere fugari:  
Nimirum, quia sunt gallorum in corpore  
quaedam

Semina, quae, cum sunt oculis immissa leonum,

Pupillas interfodiunt, acremque dolorem

Præbent, ut nequeant contra durare feroces.

Alii autem dicunt, gallum esse symbolum colendae divinitatis, & divinum quiddam prae se ferre. Quod verò divinum est, omnis humana, terrenaque potestas reveretur. Leones porò, cum eorum matri Cybelae dedicati sint, nam ejus currum trahentes sinxerunt poëtae, unde Maro l. 3. Aen.

Et juncti currum dominae subire leones,  
terrae ipsi addicti intelliguntur. Per Cybelen enim terram poëtas intellexisse Albricus philosophus, Servius, & plerique alii dixerunt. Tanta igitur inter leonem & gallum discordia intercedit, ut etiam (quemadmodum ex superstitiosis Democriti scriptis tradidit Socion) herbula quaedam, quae leo nuncupatur, ita gallum abhorreat, ut, si puella nondum juncta viro, sed tamen quod tunc menses laboreret, nudaque passis crinibus legumennum 473 fegetem circumear gallum habens in manibus, illicò exareicat.

FAVENT FAUCIBUS RUSSIS, CANTU,] Favere faucibus pro canere dixit Ennius, ut adnotat l. 5. Adv. c. 19. Turnebus. Alii qui tamen legunt;

Illic est nugator nihili, non nauci homo.

--- quasi in <sup>b</sup> choro pila

Ludens, datatim dat sese, & communem facit.

Alium tenet, alii nutat, alibi manus

<sup>a</sup> Illuc <sup>b</sup> foro

— *favent faucibus*

*Rursum cantu, plausuque &c.*  
& intelligunt hoc loco, *favere faucibus, cantu, pro trahere*; quemadmodum nota illa loquutio *favere ore*, vel *linguis*. Hyperides, & Demosthenes gallos *κοκκόλει* dixerunt; Auctor verò Elegiac de Philomela curare.

PLAUSUQ. PREMUNT ALAS.] Plinius lib. 10. c. 21. de gallis ait; *Nec Solis ortum incantus patiuntur obrepere, diemque venientem nuntiant cantu, ipsum verò cantum plausu laterum.*

NON NAUCI HOMO.] Charisius l. 2. ait, Nauci esse fabae granum, cum se aperit, & hinc pro nihilo ponitur. Galbius Bassus Satyra,

*Veruina confodiende, non te nauci facio.*

QUASI IN CHORO PILA LUD.] Isidorus ubi de digitorum, & oculorum notis loquitur, quibus taciti procul distantes colloqui possunt, adducit lepidos hos Ennii versus de quadam impudica. Quam cum describere veller, utpote omnibus sui copiam facientem, elegantissimam à pilae lusu similitudinem sumpsit, quae datatim sese dederet. Datatim autem ludere, absolute erat, *pila ludere*. Unde in eo lusu alii datatores dicebantur, qui pilam dabant; alii factores, qui faciebant, hoc est, qui feriebant. De qua re Plautus in Curculione;

*Tum isti qui ludunt datatim servi scurrarum in via,*

*Et datatores & factores omnes subdam sub solum.*

Eadem translatione usus est Pomponius Attellanarum poeta in Adolph.

*Quod ille dicit, tum datatim in lecto secum lusi.*

Ubi *datatim* interpretatur Nonius *invicem*

Fest. *Naucum.*

Isid. lib. 1. c. 25.

*danda*. Artemidorus l. 1. ubi de gymnasiis secundum species agit, harpastum, inquit, & pilam contentiones nunquam finendas significare: plerunque etiam amorem erga meretrices. Similis est enim pila, & harpastum meretrici, propterea quòd nusquam maneat, & ad multos quidem perveniant.

ALIUM TENET,] Tibullus Eleg. 6. l. 1. *Te tenet, absentes alios suspirat amores.*

ALII NUGAT,] Natura potissimum sermone bruta animalia ab hominibus differre voluit, quae non tantum *ἀλογία ζωῆς* dicta sunt, quoniam ratione carent (non enim omnino bruta rationis expertia esse videntur, quandoquidem bona expetere, malaque vitare optime sciunt) sed quoniam muta sunt, nullusque est inter ea sermocinandi usus. At demum homines tanto naturae beneficio non contenti suapte industria alios excogitarunt modos, quibus absque sermone occultas animi cogitationes, quibus vellent, patefacere possent, nutu scilicet, sive oculorum, aut digitorum morione, & aliis plerisque modis. Scaliger pro *nutat, adnūctat* legit in Conjectaneis. In qua dictione Festus hunc ex Naevii Tarentilla locum profert;

*Alii adnutat, alii adnūctat, alium amat, alium tenet.*

Cujus auctoritate fretus Scaliger putat, totum hunc de meretrice locum esse Naevii. Verum quamvis hic versus sententia Enniana illis non videatur assimilis, verba tamen longè differunt. Sed fieri potuit, ut eandem sententiam alter ab altero exprimere voluerit; vel utriusque ea, ut plerunque contingere solet, in mentem venerit. Isidorus enim aperta dictione ex Ennio affert. Nutare autem capitis esse dicunt, an-

Est occupata, alii <sup>a</sup> percellit pedem,  
Alii dat annulum <sup>b</sup> spectandum à labris;  
Alium invocat, cum alio cantat: attamen  
Aliis dat digito literas ---

<sup>a</sup> pervellit, percellit <sup>b</sup> expectandum

annuere, vel innuere narium, vel labiorum, nictare oculorum. Plautus Afin.

*Neque illa ulli homini nutet, nictet, annuat.*  
Tibullus Eleg. 2. l. 1.

*Ille vivo coram nutus conferre loquaces,  
Blandaue compositis abdere verba notis.*  
Ovidius 2 Amor. Eleg. 5.

*Multa supercilio vidi vibrante loquentes,  
Nubibus in vestris pars bona vocis erat.*  
*Non oculi tacuere tui, conscriptaque vino  
Mensa; nec in digitis littera nulla fuit.*  
Sermone agnovi (quid non vileatur amanti?)

*Verbaque pro certis jussa valere notis.*  
Idem Amor. 1. Eleg. 4.

*Me specta, nutusque meos, vultumque loquentem,*

*Excipe furtivas, & refer ipsa notas.*  
Et rursus Amor. 3. Eleg. 10.

*Quid juvenum tacitos inter convivia nutus?  
Verbaque compositis dissimulata notis?*

Cornelius Gallus Eleg. 3.

*Atque superciliis, luminibusque loqui.*  
ALII PERCELLIT PEDEM,] Plautus Afin.  
*Neque illaec ulli suo pede pedem homini pre-*  
*mat.*

ANNULUM SPECTANDUM.] Plautus ibid.  
*Spectandum ne cui annulum det, neque ro-*  
*get.*

ALII DAT DIGITO LITERAS.] Salomon Prov. c. 6. *Annuat oculis, terit pede, digito loquitur, &c.* Ovidius l. 1. Amor. Eleg. 4.  
*Verba superciliis sine voce loquentia dicam,  
Verba leges digitis, verba notata mero.*

Idem l. 1. de Art. aman.

*Nil opus est digitis, per quos arcana loquaris,*

*Nec tibi per nutus accipienda nota est.*  
Propertius l. 3. Eleg. 7.

*Tecta superciliis signando verba remittis,  
Aut mea dum digitis scripta silenda notas.*

Crepitu praeterea digitorum ad signa loquuntur amantes. Tibullus l. 1. Eleg. 2.

*Ut vocet ad digiti me taciturna sonum?*

Quorum etiam sono pueros ad respondendum ciemus, ut in libro de Orthographia ait Velius. Petronius autem gesticulatorem intelligit, qui certà quâdam lege manus motat, cum ait;

*Tinctus colore noctis  
Manu puer loquaci.*

## TOMUS QUARTUS.

In quo, quae ex Evemero, sive sacra historia supersunt, continentur: & minutiora quaedam Fragmenta, quae quoniam referenda essent, pro incerto prorsus habuimus.

PROLEGOMENA  
IN EVEMERUM.

452 **A**Ntequam horum fragmentorum explanationem aggrediar, videor facturus operae pretium, si de Evemero, ejusque Sacra historia, quam postea Latinè convertit Ennius, pauca retulerò. Evemeri igitur patria incerta est: nam Plutarchus in libris, quos de dogmate philosophorum scripsit, Tegeatam facit, & in libello de Osiride, & Iside, Messeniam. Quod confirmat Aelianus l. 2. c. 31. de Var. hist. Strabo l. 1. & Lactantius. Clemens autem Alexandrinus, & Arnobius Agrigentinum tradunt fuisse. Vir fuit summae impietatis; nam deos sustulit omnino. Et hunc in Jambis Callimachus innuisse existimatur, cum ait;

Εἰς τὸ πρὸ τείχευς ἱερὸν ἄλλες δεῦτε,  
Ὅτ' τὸν πάλαι χάλκεον ὁ πλάσας Ζῆνα,  
Γέρον ἀλαζῶν ἄδικα βίβλια ψύχει.

Quare impium τοῦ ἀθίου cognomen sibi usurpavit, ut Aelianus, Sextus Empiricus l. 8. Adver. Math. Theodoretus l. 3. Graec. affect. & alii quamplurimi tradiderunt. In eodem impietatis albo fuere Melius Diagoras, Prodicus Caeus, Theodorus Cyrenaeus, Nicanor Cyprius, Hippon Melius, Diogenes Phryx, Sofias, Epicurus, & Abderita Protagoras: de quo haec protulit Timon Phliasus in 2. l. eorum, quos inscripsit σιλλους, id est Sales, seu scommata,

— ὡς τε καὶ μετέπειτα σοφιστῶν  
Ὅτ' ἀλιγγυγλώσσῳ, οὐτ' ἀσκόπῳ, οὐτ' ἀ-  
κυλίῳ  
Πρωτογένη ἔθελον δὲ τέττην τὸν γράμματι  
θεῖναι,  
'Ὅτι θεοὺς κατέγραψ' οὐτ' εἰδέναι, οὐτε δὲ-  
νασθαι.  
Ὅπποιοί τινες εἰσὶ, καὶ οἱ τινες, ἀδρήσα-  
σθαι.  
Πῶσαν ἔχων φυλακὴν ἐπισκεῖνης, τὰ μὲν οὐ  
οἶ  
Χρῆσιμον, ἀλλὰ φυχῆς ἐπεμαίετο, ἕρρη  
μὴ οὕτως  
Σακερατικὸν πίνων ψυχρὸν ποτὸν ἄιδι δούη.

Constat igitur multorum testimonio scripsisse libros, quibus deos esse omnino negabat. Quod fortasse argumentum in his iisdem libris complexus est, quos ἱερῶν ἀναγραφήν inscripsit: non quod haberet ipse sacram, quia res sacras contineret (asserit enim in illa deos ex hominibus factos & fictos esse) sed vel juxta vulgi opinionem, vel ironia ludens eo titulo librum insignivit. Vel etiam quia ex inscriptionibus, titulisque in vetustissimis templis exaratis, ut ex Lactantio demonstrabimus, historiam ferè omnem collegit. Eà certè hominum, non deorum res gestas complexus est. Floruit Cassandri regis temporibus, cui maximè charus fuit, longisque susce-

ptis

ptis peregrinationibus Oceani meridionalem plagam perlustravit. Fuit alter praeterea ejus nominis Elegiographus, cujus mentionem facit Censorinus in libello de die natali cap. 20. Sed placet adscribere quaedam, quae ab antiquis scriptoribus de Evemero sunt prodita, cum ad ejus historiae cognitionem plurimum contulerint.

Cicero l. 1. de nat. deor. Quid qui aut fortes, aut claros, aut potentes viros tradunt post mortem ad deos pervenisse, eosque esse ipsos, quos nos colere, precari, venerarique soleamus, nonne expertes sunt religionum omnium? Quae ratio maximè tractata ab Evemero est; quem noster & interpretatus, & sequutus est praeter caeteros Ennius. Ab Evemero autem & mortes, & sepulturae demonstrantur deorum.

Arnobius l. 4. adversus gentes. Mortalia sunt enim quaecumque narratis. Et possumus quidem hoc in loco omnes istos, nobis quos inducitis, atque appellatis deos, homines fuisse monstrare, vel Agraganino Evemero replicato; cujus libellos Ennius, clarum ut feret cunctis, sermonem in Italiam transtulit.

M. Minucius Felix. Lege a Stoicorum scripta, vel scripta sapientium, eadem mecum recognosces ob merita virtutis, aut numeris deos habitos. Evemerus esse sequitur & eorum natales, patrias, sepulchra dinumerat, & per provincias monstrat: Distae Jovis, & Apollinis Delphici, & Phariae Isis, & Cereris Eleusinae prodigiis assumptos in deos loquitur, qui errando, invenitis novis frugibus, utilitati hominum profuere.

Lactantius l. 1. c. 11. Quomodo id probari potest? Nimirum veteres historiae docent. Antiquus auctor Evemerus, qui fuit ex civitate Messana, res gestas Jovis, & caeterorum, qui dii putantur, collegit, historiamque contexit ex titulis, & inscriptionibus sacris, quae in antiquissimis templis habebantur, maximeque in fano Jovis Triphyliae, ubi auream columnam positam esse ab ipso Jove, titulus indicabat: in qua columna gesta sua perscripsit, ut monumentum esset posteris rerum suarum. Hanc historiam interpretatus est Ennius, & sequutus: cujus haec verba sunt, Jupiter imperium &c.

484 Idem lib. de ira Dei cap. 11. Nimirum ii a historicorum

omnes, qui coluntur ut dii, homines fuerunt, & iidem primi, ac maximi reges. Sed eos aut ob virtutem, quia profuerant hominum generi, divinis honoribus affectos esse post mortem; aut ob beneficia, & inventa, quibus humanam vitam excoluerant, immortalem memoriam consequutos, quis ignorat? nec tantum mares, sed & foeminas. Quod cum vetustissimi Graeciae scriptores, quos illi θεολόγους nuncupant, tum etiam Romani Graecos sequuti, & imitati docent. Quorum praecipue Evemerus, ac noster Ennius, qui eorum omnium natales, conjugia, progenies, imperia, res gestas, obitus, simulachra demonstrant.

Augustin. lib. 6. de Civit. Dei cap. 7. Quid de ipso Jove senserunt, qui ejus nutricem in Capitolio posuerunt? Nonne attestati sunt Evemero, qui omnes tales deos non fabulosa garrulitate, sed historica diligentia homines fuisse, mortalesque conscripsit?

Idem lib. 7. cap. 26. Nam quod Virgilius ait,

Primus ab aethereo venit Saturnus Olympo,  
Arma Jovis fugiens, & regnis exsul ademptis,

& quae ad hanc rem pertinentia subsequuntur, totam de hoc Evemero pandit historiam, quam Ennius in Latinum vertit eloquium. Unde quia plurima posuerunt, qui contra hujusmodi errores ante nos vel Graeco sermone, vel Latino scripserunt, non in eo mihi placuit immorari.

Eusebius lib. 2. Euang. praeparat. De terrestribus (inquit) Diis multa, variaque ab Historicis, & Poëtis tradita sunt. Ex historicis quidem Evemerus, qui facram quandam conficiens traditionem, seorsum scripsit. Ex Poëtis verò Homerus, Hesiodus, Orpheus, caeterique hujus generis auctores de Diis monstrata quaedam effinxere. Nos tamen, quae ab utrisque conscripta sunt, brevitati studentes explicare conabimur. Evemerus igitur cum Cassandri regis fuerit amicus, ab eoque impulsus sit, ut quaedam regia negotia, longamque peregrinationem ad finem perduceret, ait, in Oceanum Meridianum profectum. Qui cum denique ex felicis remigrasset Arabia, in diversas navigavit

Rr infu-

insulas, & in earum unam praefantio- rem Panchaeam appellatam. In qua ait, vidisse incolae Panchaeos religione, pietateque praefantem, qui maximis sacrificiis, magnificisque muneribus argenteis, & aureis Deos colerent. Quamobrem sacra Diis esse ipsam insulam existimat; aliaque multa tum propter vultustem, tum propter operis apparatus admiratione digna tradidit: de quibus singillatim in superioribus libris scripsimus. Addiditque in ejus insulae summo vertice templum esse Jovis Triphylaei ab eo ipso conditum, cum totius orbis imperio inter homines existens potiretur; & in eo templo auream columnam esse, in qua Panchaeis literis Caeli, Saturni, & Jovis res gestae summatim erant dispositae. Ait praeterea, primum Caelum regem fuisse justum, ac pium vitum, affrorumque motus cognitionis non imperitum; qui quoniam primus caelitus sacra retulerit vota, Caelus dictus est. Filios quoque Pana, & Saturnum; filias verò Rheam, & Cererem ex Vesta habuisse tradit. Saturnumque deinde regnasse, qui ex Rheam uxore Jovem, Junonem, & Neptunum suscepit. Jupiter insuper, quem Saturnus regni habuit successorem, Junonem, Cererem, & Themis uxores duxit. Ex iisque liberos, ex prima scilicet Curetas, ex altera Proserpinam, ex tertia Minervam procreavit. Cum verò Babylonem pervenisset, à Belo hospitio acceptus est: ac postmodum cum ad Panchaeam insulam, quae in Oceano est, appulisset, Caelo progenitori aram collocavit. Inde quo per Syriam regem Cassium adiit, ex quo mons Cassius dictus est, & in Cili- ciam profectus bello vicit Cilicem Imperatorem. Ejus verba sunt haec, quae à Georgio Trapezuntio ejus interprete non vertuntur, qui in tota ista translatione mancus & muti- lus est; *Περὶ δὲ τῶν ἐπιγείων θεῶν πολλὰ καὶ ποικίλοι παραδεδόσθαι λόγοι παρὰ τοῖς ἰστορικοῖς τε καὶ μυθογράφοις. καὶ τῶν μὲν ἰστορικῶν Εὐήμερος ὁ τὴν ἰσραὴ ἀναγραφὴν ποιη- σάμενος ἰδίως ἀνέγραψε. τῶν δὲ μυθολόγων Ὀμηρος, καὶ Ἡσίοδος, καὶ Ὀρφεὺς, καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι τερασιώδεστος μύθος περὶ θεῶν πεπλάκησιν. ἡμεῖς δὲ τὰ παρ' ἄρφο-*

*τέροις ἀναγεγραμμένα πειρασόμεθα συντόμως ἐπιδραμεῖν, σχαζόμενοι τῆς συμμετρίας. Εὐ- ἡμέρος μὲν οὖν φίλος γεγοὺς Κασσιάνδρου βασιλέως, καὶ διὰ ταῦτον ἠναγκασμένος τε- λεῖν βασιλικὰς τινας χρείας, καὶ μεγάλας ἀποδημίας, φησὶν ἐπιλοπισθῆναι κατὰ τὴν Μεσημβρίαν εἰς τὸν ἄκεανόν. ἐκπλεύσαντα δὲ αὐτὸν ἐκ τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας ποιήσασθαι τὸν πλοῦν δι' ἄκεανὸς πλείους ἡμέρας, καὶ προσερχθῆναι νήσοις πελαγαίαις, ὧν μίαν ὑπερέχειν τὴν ὀνομαζομένην Πάγχλαιαν. ἐν ἣ τεθεασθῆαι τοὺς ἐνοικοῦντας Πάγχλαιους, εὐ- σεβείᾳ διαφέροντας, καὶ τοὺς θεοῦ τιμῶν- τας μεγαλοπρεπεστάταις θυσίαις, καὶ ἀνα- θήμασιν ἀξιολόγοις, ἀργυροῖς τε καὶ χρυ- σοῖς. εἶναι δὲ τὴν νῆσον ἱερὰν θεῶν, καὶ ἕτερα μάλιστα θαυμαζόμενα κατὰ τὴν ἀρχαιότητα, καὶ τὴν τῆς κατασκευῆς πολυτελείαν. περὶ ὧν τὰ κατὰ μέρος ἐν ταῖς πρὸ ταύτης βίβλοις ἀναγεγραμμένον εἶναι δ' ἐν αὐτῇ κα- τὰ τινα λόγον ὑψηλὸν καὶ ὑπερβολὴν ἱερὸν Διὸς Τριφυλαίου, καθιδρυμένον ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ὃν καιρὸν ἐδοκίμηνε τῆς οἰκουμένης ἀ- πάσης, ἔτι κατὰ ἀνθρώπους ἂν ἐν τούτοις τῶν ἱερῶν σήλην εἶναι χρυσοῦν, ἐν ἣ τοῖς Πάγχλαι- οῖς γράμμασιν ὑπάρχειν γεγραμμένης τὰς τε Οὐρανὸς, καὶ Κρόνον, καὶ Διὸς πράξεις κεφα- λαιωδῶς. μετὰ ταῦτα φησὶ πρῶτον Οὐρανὸν βασιλείᾳ γεγενῆσθαι, ἐπεικὴ τινα ἀνδρα, καὶ εὐεργέτην, καὶ τῆς τῶν ἄστρον κινήσεως ἐπι- στήμονα. ὃν καὶ πρῶτον θυσίαις τιμῆσαι τοὺς οὐρανίους θεοῦς, διὸ καὶ Οὐρανὸν προσαγο- ρευθῆναι υἱοῦς δὲ αὐτῶ γενέσθαι ἀπὸ γυ- ναικὸς Ἐστίας Πᾶνα, καὶ Κρόνον. θυγατέρας δὲ Ῥεαν, καὶ Δήμητραν. Κρόνον δὲ βασιλευ- σθαι μετὰ Οὐρανὸν, καὶ γήματα Ῥεαν γεν- νῆσαι Δία, καὶ Ἥραν, καὶ Ποσειδῶνα. τὸν δὲ Δία διαδεχόμενον τὴν βασιλείαν τοῦ Κρό- νου γῆμαι Ἥραν, καὶ Δήμητραν, καὶ Θέμιν. 486 ἐξ ἧν παιδῶν ποιήσασθαι, Κουρήτας μὲν ἀπὸ τῆς πρῶτης, Περεφόντην δὲ ἐκ τῆς δευ- τέρης, Ἀθηῶν δὲ ἀπὸ τῆς τρίτης. ἐλθόντα δὲ εἰς Βαβυλῶνα ἐπιγενεσθῆναι Βήλην. καὶ μετὰ ταῦτα εἰς τὴν Πάγχλαιαν νῆσον πρὸς ἀ- κεινῶν κειμένην παρανομιέως Οὐρανὸς τοῦ ἰδίου προπάτορος ἑωρὸν ἰδύσασθαι. καὶ κεί- θεν διὰ Συρίας ἐλθεῖν πρὸς τὸν τότε θυνά- σην Κάσσιον. ἐξ οὗ καὶ τὸ Κάσσιον ὄρος. ἐλ- θόντα δὲ εἰς Κιλικίαν πολεμῶν νικῶσα Κιλι- κα τοπάρχην.*

E V E M E R I, five SACRAE HISTORIAE

Soluta Oratione converfae

F R A G M E N T A.

**I**nitio primus in terris imperium summum Uranus ha- buit: is id regnum una cum fratribus suis instituit, atque paravit.

Caelus in Oceano mortuus, & in oppido Aulatia sepultus.

Exin Saturnus uxorem duxit Opem. Titan, qui major natu erat, postulat, ut ipse regnaret. Ibi Vesta mater

486 INITIO PRIMUS] Lactantius, ubi haec verba refert, ita inquit; *Ennius quidem in Evemero non primum dicit regnasse Saturnum, sed Uranum patrem; Initio, inquit etc.* Quibus verbis Apollodorus suam auspicatus est Bibliothecam: ait enim, Οὐρανὸς πρῶ- τος τοῦ παντὸς ἐδυναστεύσε κόσμον. Quae ego potius ex Evemero sumpta, quam Apollodori esse puto. Meminit post idem Auctor Urani, quem Caelum Latine di- cimus, filiorum, quorum novissimum Sa- turnum esse ait, qui Caelo patri virilia amputavit, eumque ab regno ejecit. Quem Atlantei Africae populi (ut ex Diodoro refert Eusebius) regnasse asserbant apud ipsos primum, habuisseque filios quinq; & quadraginta. Cur autem finerunt poe- tae Saturnum, hoc est, tempus, Urani, qui caelum Latine dicitur, esse filium, rationem explicat hisce verbis Claudius Tuscus; ὁ γὰρ χρόνος ἐκ τῶν τοῦ οὐρανοῦ κινήσεων πρόεισι.

EXIN SATURNUS UXOREM DUXIT OPEM] Lactantius haec Ennii esse testatur ex Sa- cra historia. Idem quoque Apollonius pri- mo Bibliothecas scribit de Saturni conju- gio: ait enim, Saturnum forem Rheam, quam Latine Opem dicimus, sibi in ma- trimonium copulasse his verbis; τὴν δὲ ἀδελφὴν Ῥεαν γήμας, δεξ.

TITAN, QUI MAJOR NATU ERAT,] La- ctantius, postquam multa ex Ennii Eve- mero profecutus est, haec addidit; *Haec historia quanta vera sit, docet Sibylla Ery- thraea eadem serè dicens, nisi quoad in pau- cis, quae ad rem non pertinent, differunt.* Sed quoniam Lactantius Sibyllae verba praeter- misit, visum est, ea adscribere. Inquit igitur, Saturno, Titano, & Japeto Caeli Terraeque filiis sorte unicuique tertiam terrae partem obtigisse; ita & inter eos par- ter aequè diviserat: qui senio tandem con- fectus mortuus est. Tum verò Saturnus, & Titan jurejurando violato de regno con- tendere coeperunt. Sed Juno, Terra, Venus, Vesta, Ceres, & Dione conten- tionem compescere; convocatisque regi- bus, fratribusque omnibus, ac consangu-

eorum, & sorores Ceres, atque Ops suadent Saturno, ut de regno non concedat fratri. Ibi Titan, qui facile deterior esset, quam Saturnus, idcirco & quod videbat matrem, atque sorores suas operam dare, ut Saturnus regnaret, concessit ei, ut is regnaret. Itaque pactus est cum Saturno, uti siquid liberorum virilis sexus ei natum esset, ne educaret. Id ejus rei causa fecit, uti ad suos gnatos regnum rediret. Tum Saturno filium, qui primus natus est, eum necaverunt. Deinde posterius nati sunt gemini Jupiter, atque Juno. Tum Junonem Satur-

neis, Saturno regnum tributum est, utpote qui reliquis & forma esset praestantior, & aevo maturior. Verba ejus sunt; 437 Καὶ βασιλεύσει Κρόνος, καὶ Τιτάν, Ἰαπετός τε, Γαίης τέκνα Φέρισα, καὶ Οὐρανοῦ ἐξεκάλεσσαν ἄνθρωποι, Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ οὐνομαθέντες, Οὐνεκα οἱ προφέρισοι ἔσαν μερόπων ἀνθρώπων. Τρίσσαι δὴ μερίδες γαίης κατὰ κλήρον ἐκάσου, Καὶ βασιλεύσειεν ἕκαστος ἔχων μέρος, οὐδὲ μάχοντο. Ὅρκοι γὰρ τ' ἐγένοντο πατρὸς, μερίδες τε δίκαιαι. Τηνίκα δὴ πατρὸς τέλειος χρόνος ἵκετο γήρας, Καὶ ῥ' ἔθανεν, καὶ παῖδες ὑπερβασίην ἔρκοισι Δεινὴν ποιήσαντες, ἐπ' ἀλλήλους ἔριν ἄρσαν, Ὅς πάντες οἱ βροτοῖσιν ἔχων βασιληίδα τιμὴν Ἄρξει. καὶ μαχέσονται Κρόνος, Τιτάν τε, πρὸς αὐτοῦς. Τοὺς δ' Ἐρη, καὶ Γαῖα, φιλοσέφανός τ' Ἀφροδίτη, Δημήτηρ τε, καὶ Ἑστία, εὐπλόκαμος τε Διάνα, Ἦγαγον ἐς Φιλίην συναγείρασσαι βασιλεύσας Πάντας ἀδελφείους τε, συναίμους τ' ἠὲ καὶ ἄλλους Ἀνθρώπους, οἳ τ' ἦσαν ἄφ' αἵματος ἠδὲ τοῦ κήαν;

Καὶ ῥ' ἔκριναν βασιλῆα Κρόνον πάντων βασιλεύσει, Οὐνεκά τοι πρόσθετος τ' ἦν γε, καὶ εἶδος ἄριστος.

Sed lectio quatuor priorum versuum aliquantulum diversa est apud Athenagoram in Apologia pro Christianis. Nam ibi pro βασιλεύσει legitur βασιλεύς, & pro καὶ Οὐρανοῦ ἐξεκάλεσσαν, est καὶ Οὐρανοῦ ἐκαλέσσαν, & pro Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ, Γαίαν τε καὶ Οὐρανόν, & pro προφέρισοι habetur πρώτιστοι.

ITAQUE PACTUS EST CUM SATURNO, ] Prosequitur Sibylla, Titana, antequam imperium fusciperet Saturnus, eum coegisse, ut juraret, masculum prolem ab ipso ullo modo educandam non esse: ut, cum senio Saturnus confectus obierit, ipse regno succederet. Quare cum Rhea parturibat, Titanes aderant, qui virilis sexus foetus omnes crudeliter dilaniabant, sinentes tantum foemellas a matre nutriri. Ea vero sic ait;

Ὅρκους δ' αὐτε Κρόνον μεγάλους Τιτάν ἐπέθηκε, Μὴ θρέψῃ ἄρσενά, καὶ παῖδαν γένος, ὡς βασιλεύσει. Αὐτὸς δὲ ταν γήρας τε Κρόνον, καὶ μαῖρα πέληται. Ὅππότε κεν δὲ ῥεη τίκην, παρὰ τήν δ' ἐκάθητο Τιτῆνες, καὶ τέκνα δίοσπον ἄρρηνε πάντας; Ὡλέα δὲ ζῶντ' εἶον οἳ παρὰ μητρὶ τρέφεσθαι.

ATQ;

no in conspectum dedere, atque Jovem clam abscondunt, dantque eum Vestae educandum celantes Saturnum. Item Neptunum clam Saturno Ops parit, eumque clanculum abscondit. Ad eundem modum tertio partu Ops parit ge-

ATQ; Jovem clam abscondunt] Apollodorus lib. 1. Biblioth. Rheam, inquit, quo tempore Jovem utero ferebat, in Cretam esse profectam; ibique in Dictaeo antro illum in lucem edidisse, & Curetibus, Adraestaeque, ac Idae nymphis Melissa filibus alendum dedisse, quae Amaltheae lacte puerum educaverit. Curetes vero in antro armati infantem servabant, hastilibus scuta concutientes, ne vagientis pueri vocem Saturnus audiret. Eosque ferunt Curetas esse appellatos διὰ τὸ κουροτροφεῖσθαι αὐτόν. Pindari vero interpret ait, Jovem in Ida Cretae monte fuisse educatum, Curetibus resonantibus, ne Saturnus eum ejulantem audiret. Cujus verba sunt; Ἰδὴ ἕρος ἐν Κρήτη, ἔνθα Ζεὺς ἀνεβρέθη, Κουρήταν ἠχοῦντων, ἵνα μὴ γνοίη Κρόνος αὐτὸν κλειούσῃ. Rhea vero lapidem fasciis involutum pro puero patri devorandum tradidit. Idem ferè repetit Nafio l.4. Fast. Agathocles verò Babylonius dicit, quòd Rhea ex Proconneso acceperit lapidem; per quem ait significari, quòd prius terra latuerit sub rerum omnium confusione. Graeci lapidem illum, qui Saturno pro Jove traditus est, βαίυλον vocant, à Latinis inusitatà voce teste Prisc. lib. 4. Abaddir dicitur. Quem lapidem devoravit in monte Petracho, quem supra Chaeronam esse, tradit Pausanias in Boeoticis. Idemque in Messenicis praeter plures nationes Messenios ait Jovis incubula sibi vendicasse; ejusque nutrices nominasse Nedam, à qua fluvius, & Ithomen, à qua mons nomen acceperit. Addiditque, has nymphas surreptum à Curetibus Jovem ob Saturni metum in eo fonte lavasse, & ab eo furto aquae nomen inditum. Lucretius de Curetibus l. 2.

Dictaeos referunt Curetas, qui Jovis illum

Vagitum in Creta quondam occulasse feruntur;

Cum pueri circum puerum pernice chorea Armati in numerum pulsarent aeribus aera, Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus, Aeternumq; daret matri sub pectore volnus.

De qua re plura Strabo l. 10. Mythologi commentitium illud Saturni filios devorantis ad tempus referunt. Unde quidem rectè Claudius Tuscus in Ephemeride inquit, qui fabulosa Saturni perscrutati sunt, suos ipsorum filios faciunt eum vorantem poetico scilicet velamine, inuenientes tempus rerum omnium parentem. Confirmat Pindarus Ol. Od. 2. tempus cunctarum rerum auctorem, ac parentem esse, quòd cuncta fiant temporis profursu, intereant, redeantque. Quare rectè Graeci eodem ferè modo & Saturnum, & tempus nominant. Sed quoniam ad Jovis educationem spectat Evemerii locus, qui à Columella lib. 9. de Re Rust. adducitur, ideo hunc transcribere opportunum censemus; Nec sapè inquit, rustico dignum est sciscitari, sive Jovis in apem convertit, an (ut Evemerius poeta dicit) crabronibus, & Sole genitas apes, quas nymphae Phruconides educaverint, mox Dictaeo specu Jovis exstitisse nutrices, easque pabula munere Dei sortitas, quibus ipsae parvum educaverant alumnium. Idcirco Virgilius de apibus l. 4. Georg.

Dictaeo caeli Regem pavère sub antro.

Quo versu videtur adumbrasse illa Apollonii l. 1. Argon.

Ὅφρα Ζεὺς ἔτι κοῦρος, ἔτι φρεσὶ νήπια εἰδὼς 439

Δικταίων νοεσκεν ὑπὸ σπέος

ITEM NEPTUNUM CLAM SATURNO OPS PARIT, EUMQUE CLANCULUM ABSCONDIT ] Tradunt fabulae, equum pro Neptuno Saturno oblatum fuisse.

RE 3

PLU-



minos Plutonium, & Glaucam. Pluton Latine est Diespiter: alii Orcum dicunt. Ibi Glaucam filiam Saturno ostendunt, ac filium Plutonium celant, atque abscondunt. Deinde Glaucam parvam emoritur.

Paullo post,

Deinde Titan postquam rescivit Saturno filios procreatos, atque educatos esse clam; seducit secum filios suos, qui Titani vocantur, fratremque suum Saturnum, atque Opem comprehendit, eosque muro circumegit, & custodiam his apposuit.

Jovi Aquila confedit in capite, atque illi regnum portendit.

PLUTON LATINE EST DIESPITER, ALII ORCUM DICUNT.] Haec verba à Latino interprete addita sunt, quod Graecam vocem redderet notiosem. Diespiter autem Jupiter est, qui etiam & Pluto. Virgilius l. 4. Aen.

Sacra Jovis Stygio —  
Nec semel apud poetas infernum Jovem invenies, sicut etiam apud Maronem l. 6. infernam Junonem pro Proserpina, ex opinione Stoicorum, qui uni eidemque Deo nomina, & sexum pro actibus, & officiis dicebant variari. Varro l. 4. de ling. Lat. Idem, inquit, hic Diespiter dicitur infernus aër, qui est conjunctus terrae, ubi omnia orientum, ubi abominantur: quorum quoddam finis ortus, Orcus dicitur. Cum hoc convenit Ciceronis illud l. 2. de Nat. deor. Terrena autem vis omnis, atque natura Divi patri dedicata est, qui Divi, ut apud Graecos Πλούτων, quia et recedant omnia in terras, et orientum à terris. Quod nimirum ex Platone Cratylus sumptum apparet, qui Ἀδην, inquit, ἐπινομάζουσι Πλούτωνι καὶ τὴν τοῦ πλούτου δύσιν, ἀπὸ ἐκ τῆς γῆς κάτωθεν ἀνίστασθαι ὁ πλούτος. Persuaserant enim sibi veteres, eandem potestatem Plutoni apud inferos obtinuisse, quam Jupiter in rebus caelestes deos. Orcum sane appellatum voluit Grammatici ab urgendo, quod ad interitum omnia urgeat; & inde ab anti-

quis, ut tradit Verrius, Orcum Uragum esse appellatum: quae mihi nominis enodatio satis remota esse videtur.

DEINDE TITAN, POSTQUAM RESCIVIT] Refert Sibylla, Titanes postquam cognoverunt ex Saturno pueros esse editos, atque furtim à conjuge educatos, Titan collectis undique sexaginta natis Saturnum cum conjuge in obscurum carcerem detruxit, Ἦλικα δὲ ἠκουσαν Τιδάνες, παῖδας ἐόντας Λάβριον, οὗς ἔσπειρε Κρόνος τὸ γῆν τε σῶνενος, Ἐξήκοντα δὲ τοὶ παῖδας συναρξείσατο Τιδάν, καὶ εἴ εἶχε ἐν δεσμοῖσι Κρόνον τὸ γῆν τε σῶνενος,

Κρύβειν δ' ἐν γαίῃ, καὶ ἐν ζωσμοῖς ἐφύλασσον. QUI TITANI VOCANTUR] Titanas primus omnium Homeros in Apollinis hymno commentus est, tartari deos esse: unde καὶ λαχρόνιοι δαίμονες dicti sunt. Ab Homero deinde accepit Onomacritus Titanum nomen, quorum opera finxit in eo libro, quo Liberi patris Orgia verbis exposuit, eum Deum gravibus exagitarum acrumnis. Apollonii autem Scholias l. 3. Musaeum laudat in Titanographia.

JOVI AQUILA CONSEDIT IN CAPITE] Lactantius l. 1. c. 11. Caesar quoque in Aëneo refert, Aglaophonem (in Naxicis opinor, quae ab eo scripta comperio) dicens, Jovem cum ex insulis diviso adversus Titanas profi-

Jupiter adultus cum audisset, patrem atque matrem custodiis circumseptos, atque in vincula conjectos, venit cum magna Cretensum multitudinem, Titanumque, ac filios ejus pugnando vicit, parentes vinculis exemit, pa-

proficietur, et sacrificium faceret in litore, aquilam ei in auspiciis advolasse: quam victor bono omine acceptam iuliae suae subjugarit. Quae mehercule verba (ut hoc obiter asseramus) eo ipso, qui circumfertur, commentario contenta indicare satis possunt, cum etiam esse Germanici, non autem C. Bassi, aut alterius cujuspiam, ut falso aliqui crediderunt. Praeterea idem, quod ex Aglaosthene diximus, refert etiam Anacreon apud Fulgentium lib. 1. Mytholog. Servius l. 1. Aen. in physicam allegoriam referens, quamobrem Jovi contra Gigantes dimicanti aquilam fulmina ministrasse finxerit, ait, aliam ipsam calidissimam esse, adeo ut & ova, quibus incubat, coquere possit, nisi lapidem admoveat, quem alii Gagarem, alii Aetiten vocant, qui frigidissimus est. At Myro Byzantia aliam affert rationem, asseritque Jovi infanti aquilam nectar, quod ex petra hauserat, ministrasse: quam mox expulso à regno Saturno in caelo locavit;

Νέκταρ δ' ἐκ πέτρης μέγας αἰθέρος αἰὲν ἀφύσσαν  
Γαυφληγῆς Φορέσσε κεπέων Διὶ μπιόεντι.  
Τὸν καὶ νικήσας παῖδάρα Κρόνον εὐρύσπα Ζεὺς,  
Ἐθάνατον ποίησε, καὶ αὐραῖν ἔγκαθενασσεν.  
Anaxandrides aquilam hanc loquentem inducit, Nectar comedo, atque ambrosiam bibo, et Jovi ministro. Hinc περιφραστικῶς à Virgilio l. 1. Aen. Ovidio 6. Metam. & Silio l. 10. aquila Jovis ales, & Jovis armiger dicitur. Ovidius rursus lib. 5. Fastor. avem Jovis gratiam, Statius lib. 8. Theb. flammigerum alitem, & Accius in Prometheus Jovis satellitem dicitur. Pindarus autem Olymp. Od. 2. eam Διὸς ἄρχηα θεῖον appellavit.

ATQ. ILLI REGNUM PORTENDIT.] Merito quidem regale auspiciam, quae avium

regina habetur, altiusque cunctis, ac celerius evolat, ut nubes transcendere videatur, & sola Solis radiis aciem intendere, fixamque tenere potest. Quapropter, ut ait l. 9. de hist. anim. c. 32. Aristoteles, homines solam avium omnium aquilam esse divinam perhibent. Post Heraclidarum familiam extinctam (referam aliquot ejus avis auguria) de qua Argivorum reges affummi mos fuerat, fertur oraculum consulentibus Argivis de rege eligendo respondisse, id aquilam ostensuram. Quae quidem non diu post confedit super Aegonis aedibus. Itaque cunctis suffragantibus, Aegon in regnum est assumptus. Eadem Midas portendit regnum Phrygiae, dum per integrum ferè diem jugo currus Gordii patris ejus, infimo qui loco natus erat, confedit. Illud verò perspicuum est in Hieronis Siculi clypeo confedis, cum ille vix excessisset ex ephebis, primaque militiae stipendia mereret; non vanum regiae dignitatis augurium. Quae verò de Tarquinio Prisco, satis in 3. Annali explicavimus. Hinc, quoniam verum demonstrat, Gracci aether aquilam appellarunt παρὰ τὸ ἔτερον δηλοῦν.

JUPITER ADULTUS] Inter innumera Jovis cognomina Jupiter τέλειος à Graecis dicitur; quae vox adultus sonat, & perfectus.

CUM AUDISSET, PATREM ATQ. MATREM] Sibylla historiam narrat hoc pacto; Saturni liberos, rem cum cognovissent, magnis copiis invasisse Titanas, atque inde primam belli originem mortalibus esse exortam;

καὶ τότε δὲ μιν ἀκούσαν υἱοὶ κρηεροῖο Κρόνιο,  
καὶ οἱ ἐπήγειραν πόλεμον μέγαν, ἃδ' ἐκαστομέων.  
Αὕτη δ' ἔστ' ἀρχὴ πολέμου πάντεσσι βροτοῖσι.

tri regnum reddidit; atque ita in Cretam remeavit. Post haec deinde Saturno data est fors, ut caveret, ne filius eum regno expelleret: Ille elevandae fortis, atque ef- fugiendi periculi gratia, insidiatus est Jovi, ut eum ne- caret. Jupiter cognitis insidiis regnum sibi denuo vendi- cavit, ac fugavit Saturnum. Qui cum jactus esset per omnes terras, persequentibus armatis, quos ad eum comprehendendum, vel necandum Jupiter miserat, vix in Italia locum, in quo lateret, invenit.

Πρώτη γὰρ τε βροτοῖς αὐτῆ πολέμοιο κα- ταρχῆν.

POST HAEC DEINDE SATURNO DATA EST SORS] Ferunt aliqui Saturnum non ob jusjurandum Titani datum filios necasse; sed quoniam jam ab initio audierat, fore, ut ipse à filio regno privaretur, ac in vincula conjiceretur: quod innuit He- fiodus in Ortu deorum,

Πεύθετο γὰρ γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀσπερόε- τος,

Οὐνεκά οἱ πέπρωτο εἶψ' ὑπὸ παιδί δαμῆναι, Καὶ κρατερῶππερ' ἔοντι, Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς.

Τῷ ὄγε οὐκ ἀλαστοκοπιῶν ἔχεν, ἀλλὰ δοκεύων Παίδας εὐδὺς κατέπιπε, Γένν δ' ἔχε πένθος ἀ- λασον.

Quos versus ita ferè videtur Ovidius l. 4. Fast. fecisse Latinos,

Reddita Saturno fors haec erat, optime regum A nato sceptris excutière tuis.

Ille suam metuens, ut quaeque erat edita, prolem

Devorat, immersam visceribusque tenet. Saepe Rheae quæsta est toties foecunda, nec un- quam

Mater, & indoluit fertilitate sua.

AC FUGAVIT SATURNUM.] Hanc opinio- nem Maro l. 8. sequutus ait;

Primus ab aethero venit Saturnus Olympo, Arma Jovis fugiens, & regnis exsul adem- ptis.

Ovidius l. 1. Fast.

Hac ego Saturnum meminì tellure receptum: Caelitibus regnis ab Jove pulsus erat.

Sed Homerus Iliad. θ. Saturnum ait, &

Japetum in tartarum ab Jove fuisse conje- ctos. Quod sequitur Plato in Euthyphro- ne, & Aeschylus in Prometheo victo. Quid autem sibi velit Saturnus ab Jove ex regno ejectus, in promptu est; nam tem- pora senescentia tempora, quae postea o- riuntur, ut clavum clavum, extrudunt.

VIX IN ITALIA LOCUM,] Intelligit eam Italiae oram, quae ad Tiberina ostia posita est, protenditurque ad Circeios: ex alio verò latere Lyri celeberrimo flumine clau- ditur.

IN QUO LATERET, INVENIT.] Alludit ad Latii etymologiam, quod ita appella- tum esse, proditum est, quoniam ibi la- tuerit Saturnus. Virgilius l. 8.

Is genus indocile, ac dispersum montibus altis Composuit, legesque dedit, Latiumque vocari Maluit, bis quoniam latuisset tutus in oris.

Ovidius l. 1. Fast. inde diu genti mansit Saturnia nomen:

Dicta quoq; est Latium terra latente Deo.

Cyprianus clarum nostrae religionis lu- men; Ab Jove, inquit, Saturnum esse fu- gatam, manifestum est: inde Latium de la- tebra ejus nomen accepit. Minutius Felix;

Itaque latebram suam, quod tunc latuisset, vo- cari maluit Latium. Idem confirmat Paul- lus Diaconus ex Eutropii historia lib. 1.

Sunt qui afferant, Saturni nomen Syriacum esse, & eà lingua latentem signifi- care. Unde agrum Latinum, quasi illius nomen interpretantes, Latium prisci illi vocaverunt, & ejus uxorem Opem, La- tiam. Quamobrem in Pontificalibus in- digitamentis dicebatur LATIA SATURNI. Hero-

Deinde Pantum deducit in montem, qui vocatur caeli stel- la. Postquam eò ascendit contemplatus est latè terras, ibi- que in eo monte aram creat Caelo, primusque in ea ara Ju- piter sacrificavit: in eo loco suspexit in caelum, quod οὐρανὸς nominatur; idque, quod supra mundumerat, quod aether vocatur, de sui avi nomine caelo nomen indidit. Idque Ju- piter, quod aether vocatur, precans primum caelum nomi- navit; eamque hostiam, quam ibi sacraavit, totam adolevit.

Eadem tempestate Jupiter in monte Olympo maximam partem vitae colebat, & eò ad eum in jus veniebant, siquae res in controversia erant.

Siquis quid novi invenerat, quod ad vitam humanam utile esset, eò veniebat, atque Jovi ostendebat.

Jupiter imperium Neptuno dat maris, ut insuleis omni- bus, & quae loca sunt secundum mare, omnibus regnaret.

Herodianus in Commodo, ubi de Jano lo- quitur, ait, Φασὶ γὰρ αὐτοῦ καὶ Κρόνον ὑπὸ Διὸς ἐκβληθέντα τῆς ἀρχῆς, καταλθόντα εἰς γῆν, γενέσθαι ξένον, δεδιότα δὲ τὴν τοῦ παιδὸς δυναστείαν, παρ' αὐτῷ κρυπτόμενον λαθεῖν. ἄθεν καὶ τὸ ὄνομα δοθῆναι τῷ χάρῳ τῆς Ἰταλίας, Λατίον τε κληθῆναι, ἀπὸ τῆς ἑλλάδος Φανῆς εἰς τὴν ἐπιχώριον παραχθέν.

Ἄλλ' ὃ Κρόνιε καὶ Γέας, Ἔδος Ὀλύμπου νέμων.

Indeque Virgilius l. 10. Olympum pro ipso Jove posuit,

Panditur interea domus omnipotentis Olympi. Quem versus, ut Caecilius Minutianus observavit, à Naevio furrripuit, unicà tan- tum dictione immutatà: ubi enim ille al- titonantis, hic omnipotentis reposuit. Ego verò pro Naevio Ennio legerem: ante quem Latinorum nemo heroicum carmen scrip- sit. Sequuti videntur hi poëtae Cleanthis opinionem, qui Olympum deorum om- nium maximum esse voluit.

JUPITER IMPERIUM NEPTUNO DAT MA- RIS,] Diodorus Siculus l. 6. scribit Cre- tenses navigandi artis inventionem, clas- sisque institutionem Neptuno tribuisse, qui postea maritimae rei praefectus est. Atque inde, opinor, est factum ut maris Deus à posteris haberetur, sacraque ei à navigantibus fierent. Apollodorus autem lib. 1. ait, post subactos Titanas fratres re-

St rum

Ipse Jupiter, postquam rerum potitus est, in tantam insolentiam venit, ut ipse sibi sana multeis in locis constitueret. Nam cum terras circuiret, in quamcunque regionem venerat, reges, principesve populorum hospitio sibi, & amicitia copulabat: & cum a quoque digrederetur, jubebat sibi fanum creati hospitis sui nomine, quasi ita posset amicitiae, & foederis memoria conseruari. Sic constituta sunt templa Jovi Atabyrio, Jovi Labradeo. Atabyrius enim, & Labradeus hospites ejus, atque adjutores in bello fuerunt. Item Jovi Laprio, Jovi Molioni, Jovi Casio, & quae sunt in eundem mo-

Idem lib. cod. c. 22.

rum imperium inter se forte esse partitōs, ac Jovi caeli regnum, Neptuno maris, Plutoni inferorum loca obtigisse. Apud Homerum Iliad. 8. Neptunus inquit, omnia in tres partes esse dissecta, & quemque honorem suum esse adeptum: nam sibi ait maris imperium forte obvenisse, Plutoni inferorum, aetheris verò Jovi;

Τριχθῶ δὲ πάντῃ δέδασται, ἐκείνος δ' ἔμμορε τιμῆς,  
 ἥτοι ἐγὼν ἔλαχον πολλὴν ἄλλα ναίμεν αἰεὶ Παλλομένειον, Αἴδης δ' ἔλαχεν ζόφον ἡρόντα,  
 Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι.

RE RUM POTITUS EST, IN TANTAM INSOLENTIAM ] Id ferè victoria comparatur, ut superbia victores adeò efferantur, ut satis sibi pro ratione voluntatem esse putent.

Jovi ATABYRIO, ] Ex Ennii verbis liquiddò patet, Jovem Atabyrium esse cognominatum ab Atabyrio hospite, atque bellorum adjutore: qui fortasse fuit Atabyrius ille Telechin, à quo mons Atabyrius appellatus est. Ejus tamen nominis duo montes memorantur; alter, ut Rhianus affirmat l. 6. Messeniacorum, Rhodi, cujus etiam meminit Strabo l. 14. quem altissimum omnium, qui in ea insula sunt, & Jovi Atabyrio sacrum tradit; alter verò in Sicilia, ut refert Timaeus apud Stephanum, & Pindari Scholiasten.

Jovi LABRADEO. ] Fuit Labradeus alius Jovis hospes, à quo id cognomen sumpsit. Sed Strabo l. 14. scribit, Mylasios duo Jovis templa habere, unum ejus, quem Osogo dicunt, alterum Labrandeni, illud in urbe: Labranda verò pagus est in monte. Ejus haec sunt verba; Ἐχουσι δ' οἱ Μυλασιεῖς ἑρᾶς δύο τοῦ Διὸς τοῦ τε Ὀσογῶ καλουμένου, καὶ Λαβρανδηνῶ. τὸ μὲν ἐν τῇ πόλει, τὰ δὲ Λαβρανδα κάμῃ ἐστὶν ἐν τῷ ὄρει. Plutarchus in Problematis aliam refert historiam, concluditque Labrandenum Jovem dictum à securi, quam Lydi λάβρον appellat. Aelianus autem longè ab his in nominis explicatione dissentiens ait l. 12. c. 30. de Animal. Ζεὺς δὲ Λαβρανδένους ὕψους λάβρον καὶ πολλὰ τὴν ἐπιπυρμικὰ τῆδε ἐνέγκαστο ἔχειν.

Jovi LAPRIO, ] Videtur ab alio itidem hospite hanc sibi fecisse denominationem.

Jovi CASIO, ] Strabo l. 16. non videtur assentiri, Jovem Casium ab hospite, ac socio esse appellatum; sed potius à Casio monte, qui est in Aegypto: in quo Magni Pompeji corpus conditum est, cujus caput non procul inde est abscessum; in eoque monte esse Casii Jovis fanum prodidit. Cujus rei mentionem quoque Plinius fecit l. 5. c. 12. & ni fallor, Procopius. Lucanus l. 8.

Et Casio praeferre Jovi? — Confirmat Stephanus ab eo monte, sive ab

dum, quod ille astutissimè excogitavit, ut & sibi honorem divinum, & hospitibus suis perpetuum nomen acquireret cum religione junctum. Gaudebant ergo illi, & huic imperio ejus libenter obsequabantur, & nominis sui gratià ritus annuos, & festa celebrabant. Simile quiddam in Sicilia fecit Aeneas, cum conditae urbi Acestae hospitis nomen imposuit, ut eam postmodum laetus, ac libens Acestes diligeret, auget, ornaret. Hoc modo religionem cultus sui per orbem terrae Jupiter feminavit, & exemplum caeteris ad imitandum dedit.

Deinde Jupiter postquam terram quinquies circuevit, omnibusque amiceis, atque cognateis suis imperium divisit, reliquitque hominibus legeis, moreis, frumenta-que paravit, multaque alia bona fecit, immortalis gloria, memoriaque affectus, sempiterna monumenta suis reliquit. Aetate pessum actà, in Crera vitam commutavit, & ad deos abiit; eumque Curetes filii sui curaverunt, decoraveruntque eum; & sepulchrum ejus est in

Idem eod. c. 11.

ab Aegypti civitate ejusdem nominis id sibi cognomen Jovem vendicasse; ad cujus aram Nero, ut refert Suetonius, cantare auspicatus est.

CUM CONDITAE URBI ACESTAE HOSPITIS NOMEN IMPOSUIT ] Virgilius l. 5. Urbem appellabunt a promisso nomine Acestam.

DEINDE JUPITER POSTQUAM TERRAM ] Diodorus l. 4. βιβλιοθήκης ιστορικής tradit, Jovem imperio potitum universum orbem perlustrasse, plurimum de humano genere meritum.

RELIQUITQUE HOMINIBUS LEGEIS, ] Ideo Homerus Iliad. 2. leges, ait, ab Jove profectas, — οἱ τε θεμύσας

Πρὸς Διὸς εἰρήσασαι — Diodorus ibidem ait, Jovem omne studium, curamque in puniendis scelestis, facinorosisque hominibus, ac in bonorum praemiis, communique omnium utilitate a permissio

impendisse. Et l. 6. Jovem primum omnium justitiam docuisse servari mutud inter mortales, omni vi, atque injurià remotis.

AETATE PESSUM ACTA, ] Pessum dicitur, quasi sub pedes projectum. Appulejus l. 5. Nisi eam pessum de stantia opibus dejecero. Plautus lib. 5. Pessum abire. Itaque apud nostrum pessum acta idem, quod peracta, est. Unde existimo, locum in epistola C. Marii ad Ciceronem l. 11. Epist. 28. ubi vulgò legitur aetate praecipitata, legendum esse aetate pessum acta.

ET SEPULCHRUM EJUS EST IN CRETA ] Cotta apud Ciceronem l. 3. de Nat. deor. Principio Joves, inquit, tres numerant ii, quos Theologi nominantur, ex quibus primum, & secundum natos in Arcadia; alterum patre Aethere &c. Alterum patre Caelo, &c. Tertium Cretensem Saturni filium, cujus in illa insula sepulchrum ostenditur. Quae Cicero nis verba ita penè translata referuntur à Clemente Alexandrino in Protrept. Αὐτίκα

Creta in oppido Gnofo ; & dicitur Vesta hanc urbem creavisse, inque sepulchro ejus est inscriptum antiqueis literis Graeceis ὁ Ζεὺς τοῦ Κρόνου, id est Latinè, Jupiter Saturni.

γῶν εἶσιν οἱ τρεῖς τοὺς Ζῆγας ἀναγράφουσι, τὸν μὲν αἰθέρος ἐν Ἀρκαδίᾳ, τὸ δὲ λοιπὸν τῶ Κρόνου παῖδε. τούτων τὸν μὲν ἐν Κρήτῃ, ἄλλο δὲ ἐν Ἀρκαδίᾳ πάλιν. Lucianus in Sacrificiis; Οἱ Κρήτες οὐ γενέσθαι παρ' αὐτοῖς, οὐδὲ τραφῆναι μόνον τῶ Δία λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τάφον αὐτοῦ δεικνύουσιν. Item Arnobii 1. 4. ad ver. gent. Ajunt igitur Theologi vestri, et vestratis absconditae conditores, tres in rerum natura Joves esse: ex quibus unus Aethere sit patre progenitus, aliter Caelo, tertius verò Saturno apud insulam Cretam et sepulturae traditus, et procreatus. Idem rursus; Apud insulam Cretam sepulturae esse mandatum Jovem nobis, et editum traditur? Minutius Felix; Ejus filius Jupiter Cretae, excluso parente, regnavit; illic obiit, illic filios habuit: adhuc antrum Jovis visitur, et sepulchrum ejus ostenditur. Idemque affirmat Varro in opere, quod de Litoralibus scripsit. Quae quidem vox adeo priscis illis temporibus invaluit, ut etiam Epiphanius in Ancorato tradat, suam aetate in Lafo Cretae monte sepulchrum Jovis monstrari solitum. Et Cyprianus libro de idolor. vanit. Antrum Jovis, inquit, in Creta visitur, et sepulchrum ejus ostenditur. Sed Callimachus in Jovis hymno id commentitium dicit, & à mendacibus Cretensibus excogitatum, qui Jovi nullis seculis interituro sepulchrum erexerunt;

Κρήτες αἰεὶ ψεύσαι καὶ γὰρ τάφον, ἃ ἀνα, σείο

95 Κρήτες ἐτεκμήσαντο. πῶς οὐ δάνας. ἐστὶ γὰρ αἰεὶ.

Stratus verò Callimachum imitatus lib. 1. Theb. ——— mentis aequae manes Creta tuos

Et Lucanus in extremo 8. lib. loquens de Pompeji sepulchro ait;

Atque erit Aegyptus populis fortasse nepotum Tam mendax Naxos in tumulto, quam Creta Tomariis.

De qua insula multa fabulosa à scriptoribus prodita sunt; nam primus in ea Cretus Orionis filius, Demogorgonis nepos, regnasse fertur, eamque de suo nomine Cretam appellasse. Tradunt aliqui Cretum hunc unum ex Curetibus fuisse, qui Jovem abscondit, atque educavit. Alii volunt primum ibi regnasse Saturnum, & ab eo ad Jovem imperium pervenisse. Diosiades auctor est, à Creta Hesperidis filia nomen insulae impositum. Ferunt autem nonnulli eam insulam Caprae montem olim fuisse appellatam; quòd in ea Jovem capra lactaverit, & hinc Jovem αἰγίλοχον dictum esse. De Jovis verò patria multi contendunt: nam aliqui non in Creta, sed Thebis natum affirmant; alii verò in Arcadia. Quam controversiam Lycophronis interpres ita dissolvit; Τοῖς δὲ εἰδότες, ὅτι Δίης πάντες οἱ βασιλεῖς, καὶ θεοὶ λέγονται, οὐ καινὸν δόξει, καὶ ἐν Κρήτῃ, καὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ, καὶ ἐν Θήβαις, καὶ ἐν ἑτέροις μυσταῖς τόποις εἶναι γενήσεις βασιλείων, καὶ ἐπιγράμματα. τοῦ δὲ οὐρανοῦ Διὸς ἡ γέννησις ἐν τῶ οὐρανῶ, ὡς πρὶν καὶ τοῦ νοῦς Διὸς ἐν τῶ ἐγκεφάλῳ; οὕτως ὁ εἶδως τοῦ βασιλεῖς πάντας Δίως, καὶ θεοὺς καλουμένους, οὐ ξενισθῆναι, τούτων πολλὰς πατρίδας εὐρίσκων, καὶ ἐπιγράμματα. Nonnulli mysticè intelligunt Jovem in Creta natum, quoniam, ut ait Antigonius, ea tellus nullam alit noxiam belluam.

IN OPPIDO GNOFO; ] Hujus oppidi meminit Homerus Ὀδυσσ. τ. Q. Septimius Romanus in praefatione in Dictum Cretensem, ubi ait, Gnoson olim Cretensis regis sedem fuisse; Philostratus in vita Apollonii, 1. 4. c. 11. qui tradit ad Gnoson Minois labyrinthum fuisse; Pli nius lib. 4. c. 12. Solinus c. 17. & Eusebius lib. de temporibus, Diodorus 1. 6. Rerum antiquar. ait, Curetum tempore Titanas in Gnosia habitasse, ubi etiam ipse tempore vise-

Varro de Re rust. l. 1. c. 48.

Gluma.

Quae prima, (scilicet Venus) artem meretriciam instituit, auctorque mulieribus in Cypro fuit, uti vulgò corpore quaestum facerent. Quod idcirco imperavit, ne sola praeter alias mulieres impudica, & virorum appetens videretur.

AUCTORQ. MULIERIBUS] Non solùm apud antiquos auctor, ut ait Festus, communis erat generis, sed apud posteriores scriptores. Virgilius Junonem ita loquentem inducit l. 12.

Auctor ego audendi ———

Quò magis Sacrae historiae jactura studiosis sit tolerabilis, addidimus ipsius Evemeris, quae ex hoc libro Fragmenta apud utriusque linguae auctores haecenus reperimus.

Athenaeus l. 14. Δεικνύσσοφισάν. Εὐήμερος ὁ Κῶος ἐν τῶ τρίτῳ τῆς ἱερᾶς ἀναγραφῆς τοῦδ' ἱστορεῖ, ὡς Σιδωνίων λεγόντων τούτο, ὅτι Κάδμος μάγιστρος ἂν τοῦ βασιλείως, καὶ παραλαβὼν τὴν Ἀρμονίαν ἀλητρίδα, καὶ αὐτὴν οὖσαν τοῦ βασιλείως ἔφονγε σὺν αὐτῇ. Evemerus Cous in tertio Sacrae historiae Sidoniorum auctoritate refert, Cadmum regis coequum fuisse, qui, sumptà Harmonia regis tibicinà, unà cum illa aufugit.

Sextus Empiricus adversus mathem. l. 8. ex versione Gentiani Herveti; cum Graecè haecenus ad nos non pervenerit; Evemerus autem, qui ἄθεος fuit cognominatus, dicit, Cum esses vita hominum insolens, et incomposita, qui caeteros superabant viribus, et prudentiâ, adeo ut ex eorum jussis omnes viverent, sibi ipsis affinxerunt quandam excellentem, et divinam potentiam, unde etiam à multis Dii sunt existimati.

Hyginus l. 2. Poët. astron. Evemerus quidem Gorgona à Minerva dicit interfectam.

Idem lib. 2. de signis caelest. Evemerus

Sf 3 au

viferentur fundamenta domus, in qua Rhea educata fuerat, ac perverustus cupressorum lucus. Virgilius lib. 3. Aen. à Gnofo Cretam Gnosia regna appellavit. Haec tantum de Jove in Sacrae historiae fragmentis haecenus reperimus. Verisimile quidem est in ea caetera ejus facta scripta fuisse, & praesertim adulteria, stupra, nefariasque puerorum libidines, in quibus nullum ferè modum fuisse, Teleclides Comicus prodidit. Sed ne quid de nostra remittatur industria, addam Evemerii locum de Jove ab Hygino ita allatum in Astronomicis, qui sanè de Sacra videretur petitus historia; Evemerus, ait, Aegem quandam fuisse Panos uxorem, eam compressam à Jove peperisse, quem viri sui Panos diceret filium. Itaque puerum a Aegyptiana, Jovem verò Aegiochum dictum: qui, quòd eum diligebat plurimum, inter astra caprae figura memoriae causâ collocavit.

GLUMA] Varro; Arista, et granum omnibus ferè notum: gluma paucis. Itaque id apud Ennium solum scriptum scio esse in Evemerii libris versis. In exemplaribus Varronis, cum ante legeretur, in Ephemeridis versibus, Politianus primus antiqui codicis auctoritate Mediceae bibliothecae ita emendavit Miscell. c. 35.

QUAE PRIMA ARTEM MERETRICIAM INSTITUIT,] Ex hoc Veneris instituto mos inolevit apud Cyprios (sicut ex Trogo refert Justinus lib. 18.) ut virgines ante nuptias statutas dotaalem pecuniam quaesturas in quaestum ad maris litus mitterent, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri soluturas.

a Aegipana

ausiem primam ait Venerem astra constituisse, & Mercurio demonstrasse.

Festus Pompejus. Sus Minervam in proverbio est, ubi quis id docet alterum, cuius

ipse inscius est. Quam rem in medio, quod ajunt, postiam Varro, & Evemerus ineptis mythis involvere maluerunt, quam simpliciter referre.

MINUTIORA QUÆDAM FRAGMENTA,

Quae quonam referenda essent, pro incerto prorsus habuimus.

Crebrifuro ---	∞	Fest. Crebrifuro.
Indignas a turreis ---	∞	Ser. Eclog. 10.
Corpulenteis ---	∞	Fest. Corpulentis.
Ista macella ---	∞	Caper de Orthogr.
Infexit.	∞	Fest. Infexite.
Adgrettus fari.	∞	Idem Adgrettus.
Consiluere.	∞	Idem Consilueri.
Asectari se, omnes cupiunt.	∞	Prisc. l. 8.

a V. C. turtures

500 CREBRISURO] Ait Pompejus, apud Ennium hanc vocem vallum significare crebris furis, hoc est, palis munitum.

INDIGNAS TURREIS] Servius enarrans illud Virgilit Eclog. 10.

Indigno cum Gallus amore periret, adducit hunc locum, & indignum, magnum interpretatur. Sed melius fortasse Scaliger in explicacione illius versus in Ceiri,

Verum haec tum nobis gravia, atque indigna suere, indigna ἄστυα exponit.

CORPULENTEIS] Ennius, inquit Festus, pro magis dicit: nos corpulentum dicimus corporis obese hominem.

ISTA MACELLA] Macellum a mactandis

pecoribus: sed hoc loco adnotat Caper, in plurali numero prolatum.

INSEKIT] Festus, Insequi apud Ennium dicit; infexit, dixit.

ADGRETTUS FARI] Idem ait, Ennium adgrettus pro adgressus posuisse. quod verbum à Graeco ἀγρετ venire asserit. Antiquis enim frequens mos fuit, literas commutare, & praesertim s in t, ut hoc loco, & apud veterem alterum Poëtam, *Atrei tertia nitet galea, pro tursa.*

CONSI LUERE] Pro concubere positum.

ASSECTARI SE, OMNES CUPIUNT] Observat Priscianus Asectari hanc passivè positum. ἀκολουθεῖσθαι.

RE-

Remorbescat.	∞	Fest. Remorbescat.
Induta fuit saeva stola.	∞	Ser. r. Aen.
a Palatum caeli.	∞	Cic. 2. de nat. deor. Idem l. 3. de Orat. Varr. l. 4. de ling. Lat. Aufon. Monosyl. Fest. Bilingui.
Caeli ingentes fornices.	∞	
Replet te lactificum gau.	∞	
Bilingues Brutates.	∞	
a Palatium		

REMORBESCAT] In morbum recidat. INDUTA FUIT SAEVA STOLA] Afferit hunc locum Servius l. r. ut probaret, veteres saevam pro magna posuisse. Ad quorum imitationem saevam Junonem Maro dixit l. 7. & de Aenea, quem pium ubique inducit, l. 12. ait,

maternis saevus in armis. PALATUM CAELI] Cicero; Epicurus dum palato quid sit optimum, judicat, caeli palatum (ut ait Ennius) non suscepit. Respicit autem Ennius ad caeli convexitatem, alluditque ad Graecam vocem οὐρανός, quae non modò caelum, sed, ut Rufinus Ephesius tradit, palatum etiam significat; ita enim inquit, οὐρανός δὲ καὶ ὑπερφῶν τὸ περιφερές αὐτῆς ἕνω γινέσθαι. Hinc à Lucretio l. 4. pro palato templum, ut ab Ennio pro caelo palatum, dictum est;

501 Suaviter attingunt, & suaviter omnia tra-

stant Humida linguâ circum sudantia templa. Et hâc tempestate Neapoli mulierculae palati concavitatem vulgò palati caelum dicunt. Super quibus verbis quaedam retulimus in r. Annali: quamvis vetusti quidam Ciceronis codices habeant pro caeli palatum caeli palatium.

CAELI INGENTEIS FORNICES] Cic. l. 3. de Orat. Quo in genere primum fugienda est dissimilitudo, ut, Caeli ingentes fornices: quamvis sphaeram in scenam (ut dicitur) attulerit Ennius; tamen in sphaera fornices similitudo non potest inesse. Varroni tamen l. 4.

ad Ciceronem non videtur absurda haec similitudo; inquit enim, Et Agamemnon, in altifono caeli clypeo. Cavum enim clypeum. Et Ennius item ad cavationem, Caeli ingentes fornices. Virg. l. 4. Aen. & Ovid. r. Met. in propria significatione caeli convexa dixerunt.

LAETIFICUM GAU] Gau pro gaudio: ut alibi diximus. Aufonius,

Ennius ut memorat, replet te lactificum gau.

BILINGUES BRUTATES] Idem dicuntur Brutiates, Bretiarae, & Brutiani; de quibus Agellius lib. 10. c. 3. ait, Quod autem ex Brutis erant, appellati sunt Brutiani. Sed melius Bretiani à Bretis; quos Graeci Βρεττιοὺς dicunt. Bretti habentur in Livii manuscripto exemplari. Dicitur sunt Brutii à Brutia puella, ut Justino placet, vel à Bretto-Herculis filio, ut tradit Stephanus, sive Hermolaus Byzantius, & comprobat Eustathius in Com. in Dionysium Alexandrinum. De quibus non spernenda quaedam adnotavit P. Leopardus in suis Emendat. l. 4. c. 12. Sunt autem Italiae populi Lucanis proximi, quos Festus ait bilingues Ennium dixisse; quod & Ovid. & Graecè loqui soliti sint. Hos Διπλῶν appellavit Philistus, quasi duplici voce loquentes. Horatius eadem significatione dixit Ser. l. r. Satyr. 10.

Canisini more bilinguis? Graecè enim, & Latine loquebantur. Quae Horatii verba explicans Porphyrio laudat eundem nostri Poëtae locum; qui tam defor-

Oratores doctiloqui. ∞  
 Populea fruns. ∞  
 Buxus araneae. ∞  
 Buxus<sup>a</sup> victa taxis tonsa. ∞  
 Angue villosi canis. ∞  
 Floros. ∞  
 Menerva daedala. ∞  
 Integros aevi deos. ∞

Varr. l. 6. de ling. Lat.  
 Aufon. Monosyl.  
 Non. Araneae.  
 Idem Buxum.  
 Acron. l. 3. Car. Od. II.  
 Ser. 12. Aen.  
 Fest. Daedalam.  
 Ser. 9. Aen.

<sup>a</sup> al. vincita taxis

deformatus est in impressis, ut nullus inde sensus elici possit. Ita enim legitur, Ideo ergo Brunius Brichacae bilingui dixerunt. In pervetusto manuscripto Fulvii Ursini est, Ideo ergo Ennius, & Lucilius Brutate bilingui dixerunt. Sed & hic locus neque integer est, quamvis ad veriorum lectionem propensior; nam pro Brutate, Brutates legendum est. Ita διγλωττος appellatus est Anacharsis Scythia, postquam Graecè loqui didicit. Sed Cecropem Atheniensium regem natione Aegyptium, quia Atticà lingua, ut vernaculà, utebatur, non bilinguem, sed biformem credula vetustas sibi persuasit. Unde eum Lycophron διμορφον γυγενή appellavit. Sic etiam à Q. Curtio lib. 7. Branchidae sunt vocati. Sed Virgilius bilingues Tyrios l. 1. Aen. appellavit, quasi subdolos, ambiguaeque fidei homines; quo vitio eos laborasse in primis proditum est. Plautus Poenulo Milphionem servum, inducit adversus Hannonem Poenum his verbis loquentem;

At hercle te hominem & sycophantam, & subdolum,

Qui huc advenisti nos captatum migdililibi Bifulca lingua, quasi proserpens bestia.

Idem in Persa bilinguem pro vasfro, & lubricae, inconstantisque fidei homine intellexit,

Tamquam proserpens bestia est, bilinguis, & scelestus.

De hujusmodi hominum genere plura diximus in proverbio διπλούς ἄνδρας.

ORATORES DOCTILOQUI ] Legati ἐβενεῖς, sive ἐπητάι, ut apud Homerum Od. 20. v. Virgilius l. 11.

Jamque oratores aderant ex urbe Latina.

POPULEA FRUNS ] Frundes pro frondes dixisse veteres jam ostendimus. Virgil. l. 5.

populea velatur fronde juvenius.

MENERVA DAEDALA ] Ingeniosa: sic Carus Ennius imitatus l. 4.

Mobilis articulat verborum daedala lingua.

Et l. 5. ——— natuuraque daedala rerum.

Virgilius l. 7. ——— daedala Circe.

Festus putat, daedalam à rerum, artificiorumque varietate dictam. Graeci enim variare δαιδάλειν dicunt. Menervam scriptimus antiquam scribendi consuetudinem sequuti.

INTEGROS AEVI DEOS ] Servius super illud Maronis l. 9.

——— atque integer aevi

Ascanius ———

ait; Adolefcens, cui adhuc aetas integra superest. Unde Ennius deos aevi integros dicit, quibus multum aevi superest.

Muliercula illa apud Afranium Divortio;

——— non desunt mihi,

Qui

Dico qui hunc dicare<sup>a</sup> cupit. ∞  
 In templeis isdem. ∞  
 Vi patefecerunt Fruges. ∞  
 Frugi homo. ∞  
 Repostus. ∞  
 Porgite. ∞  
 Locum. ∞  
 Regredi gressum. ∞  
 Ambactus. ∞  
 ——— ites abiegno. ∞  
 Cretenseis. ∞

<sup>a</sup> al. potest

Qui altro dent: aetas integra est, formae factis.

Plautus Pseudolo,

Ubi sunt? ubi latent, quibus aetas integra est? ———

Pacuvius Niptris,

Aetate integra, feroci ingenio, facie proceravirom.

Terentius Eunuchus,

Quàm liberali facie, quàm aetate integrâ?

Stadius l. 1. Theb. Integer annorum ———

Plautus Mercatore,

Adolefcens quom sis, te, cum est sanguis integer.

DICO QUI HUNC DICARE CUPIT ] Varro

ait; Dico originem habet Graecam, quod Graeci δικάω. hinc Ennius, Dico, &c. hinc Judicare, quod tunc jus dicitur.

VI PATEFECERUNT FRUGES ] Cicero;

Purrhum semper Ennius ait, nunquam Purrhum. Vi patefecerunt Fruges, non Phryges.

P. Victorius Var. lect. l. 14. c. 3. legendum asserit Bruges.

Var. l. 5. de lin. Lat.

Cic. Orat.

Idem ibid.

Prisc. l. 6.

Ser. 1. Aen.

Idem ibid.

Antiq. Gloss.

Ibid.

Fest. Ambactus.

Idem Sisper.

Charif. l. 1.

REPOSTUS ] pro repostus per ecclhispin dictum est, ut ait Diomedes. Servius ea Maronis verba l. 1. Aen. declarans,

——— manet alta mente repostum

Judicium Paridis

ait; repostum Syncopen esse, & repostus, & porgite Virgilium de Ennio transtulisse. Ait autem Virgilius l. 8.

Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris.

Horatius Epod. Od. 9.

Quando repostum Caecubum

Eadem figurâ & Virgilius l. 1. Aen.

——— nunc placida compositus pace quiescit.

AMBACTUS ] Servus mercede conductus. Adducit hunc Ennii locum vetus Glossarium; in quo haec vox hujusmodi explicatur, Ambactus δούλος μισθωτός, ὡς Ἐννιος.

ITES ABIEGNO ] Forsitan stipites abiegnos.

CRETENSEIS ] Charifius Varronis testimonio ait, hâc voce Ennium usum esse.

Maro autem l. 4. & 3. Aen. non Cretenseis, sed Cretes dixit, & Cretaeas oras.

T t

Tor

Topper, quam nemo <sup>a</sup> malus scit.	Fest. Topper.
Tappete.	Idem Tappete.
Supera.	Idem Septentriones.
--- rigido tum caerulea furo.	Id. in Frag. Rigido.
--- redinunt in patriam.	Idem ibid. Redinunt.
Florens.	Ser. 7. Aen.
Ostium minusculum.	Macr. l. 3. c. 12.
Nec dico, nec facio.	Donat. in And. Act. 3. Sc. 2.

<sup>a</sup> melius

TOPPER ] *Fortasse*, hoc loco. Sed interdum, ut ait Artorius, significat etiam *celeriter, cito, temere*: quae vox in usu esse desit, eamque jamdiu doctae, purgataeque aures explorerunt. Quintilianus l. i. c. 11. loquens de vetustis verbis ait; *Sed opus est modo, ut neque crebra sint haec, neque manifesta; quia nihil est odiosius affectatione: neque utique ab ultimis, & jam oblitteratis repetita temporibus; qualia sunt top- per, & antigerio, & exantlare, & profapia.*

TAPPETE ] Ex mutilo hoc Festi fragmento liquet, Poëtam hanc voce usum, quae ex Graeca sumpta est, ut videtur idem Festus innuisse: ab illis enim, ut à nobis τάρης tappetum dicitur. Aliam quoque adducit auctoritatem ex Poëta, cujus tantum nominis extrema pars legitur ad hunc modum, *lius in Demetrio*. Eam autem fabulam è Graecis Alexis scripsit; è Latinis verò Accius, & Turpilius. Quare manifestè patet, legendum ibi esse, *Turpilius in Demetrio*. Charisius l. i. hoc tappete, dici asserit, ut, hoc facile, & hoc tappetum, & hic tapes.

SUPERA ] Festus Seplasia, *Ennius supera*. Scaliger ex conjectura ita hunc locum resarcit, *Superat imo stellas*: quod non displicet, cum ex iisdem fragmentis appareat

Festum de Septentrionibus loqui. Explicavimus autem hunc locum in Iphigenia. FLORENS ] Servius enarrans Maronis illud l. 7.

— *florentes aere catervas,* inquit; *Ennius, & Lucretius florens dicunt omne, quod nitidum est. Hoc est sequutus Virgilius: aliter Acyrolgia est. Lucretius;*

— *florebat navibus pontus.* Haec ille. Sed legendus est Lucretii locus ex lib. V.

*Tum mare velivoluum florebat navibus pundi.*

M. Cato in Oratione Dierum dicitur de consulari suo; *Postquam Massiliam praeterimus, inde omnem classem ventus Ausler lenis fert, mare velis florere videres ultra angulum Gallicum.* Rursus Lucretius eadem translatione l. 1.

*Hinc laetas urbis pueris florere videmus.*

OSTIUM MINUSCULUM ] Macrobius l. 3. c. 12. Item, inquit; *Antonius Gnipho vir doctus, cujus scholam Cicero post laborem sori frequentabat, Salios Herculi datos probat in eo volumine, quo disputat, quid sit fenestra, quod est ostium minusculum in sacrario: quo verbo Ennius etiam usus est.*

NEC DICO, NEC FACIO ] Donatus enarrans Terentianum illud,

Ego unum libellum non edolem?	Non de improptiis.
Insomnia.	Serv. 4. Aen.
Ausus es hoc ex ore tuo?	Cic. Att. l. 6. ep. 2.
Vesperum.	Censor. de die nat. c. 10.
Torrus.	Ser. 12. Aen.
Proterviter.	Prisc. l. 15.
Ignaviter.	
Inimiciter.	
Iracunditer.	
Superbiter.	

— *itaque hercle nihil jam mutire audeo,* refert hunc Ennii locum, sed decurtatum arbitror in vulgatis exemplaribus. Nam legendum est, *Nec dico, nec facio mi*: quod ex sequentibus Donati verbis patet, cum ait; *Unde & mutos dicimus, quod Graeci μωβειν.*

EGO UNUM LIBELLUM NON EDOLEM? ] Adducit hunc Poëtae locum hoc modo Varro in Satyra, cui Bimargo nomen fecit; *Cum tot Comoedias sine ulla fecerit Misa, ego unum libellum non edolem, ut ait Ennius?* Videtur hoc idem expressisse Juvénalis Saty. i. cum ait;

*Semper ego auditor tantum, nunquamne reponam?*

Edolare autem proprium fabrorum est, quod pervenit ad scriptorum expolitionem transfertur. Cicero Att. l. 13. Ep. 46. *Quae manibus habebam, abjeci: quod iusseram, edolavi.* Sed lepidissima est illa Catulliana translatio,

*Quoi dono lepidum novum libellum,*

*Arida modo pumice expolitum?*

INSOMNIA ] Servius super illud Virgilii lib. 4. Aen.

— *quae me suspensam insomnia terrent?*

ait; *Insomnia enim licet & Pacuvius, & Ennius frequenter dixerint, Plinius tamen exclusit, & de usu removit.*

AUSUS ES HOC EX ORE TUO ] Cicero Att. *Ain' tandem, Attice, laudator integritatis, & elegantiae nostrae? ausus es hoc ex ore tuo? inquit Ennius: ut equites Scaprio ad pecuniam cogendam darem, me rogare? Quod ἐμφορμῶς prolatum videtur: quemadmodum illud apud Andronicum in Odyssaea,*

*Mea puera, mea puera, quid verbi ex tuo ore profugit?*

Qui versus ex illo Homeri in 1. Odyssaeae conversus est,

Τέκνον ἔμρον, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἔπος ὀδόντων;

A quibus Virgilius l. 2. Aen.

— *tantumque nefas patrio excidit ore?*

VESPERUM ] Censorinus ubi agit de diebus, *Post supremam, inquit; dicitur Vesper, ante ortum scilicet ejus stellae, quam Plautus Vesperuginem, Ennius Vesperum, Virgilius Hesperon appellant.*

TORRUS ] Ita Servius l. 12. pro torris affirmat Ennium, & Pacuvium dixisse.

PROTERVITER ] Charisius ait, adverbium T t 2 in

Temeriter.                          
 Praeclariter.                      
 Torviter.                           
 Puriter.                            
 Reverecunditer.                  
 Miseriter.                          
 Prosperiter.                       
 Puta, & ita.                       
 Nunquam poëtor nisi podager.       
 Vita vitalis.                       
 Bombum pedum.                 

Serv. 2.  
 Aen.  
 Prisc. l. 1.  
 Cic. de A.  
 mic.  
 Fortuna-  
 tianus in  
 Dialect.

in e desinentia in ter fecisse.

PUTA, ET ITA] Ait Servius l. 2. Aen. Praepositiones, vel adverbia in a exeuntia modo producunt ultimam literam, excepto putata, & ita: quia apud Ennium, & Pacuvium brevia sunt.

VITA VITALIS] Βιωτικός βίος. Philemon. Ἡμῶς δὲ ἀβιωτικὸν ζῆμεν ἀνδραγαθὸς βίος.

BOMBUM PEDUM.] Fortunatianus, ubi de verbi etymo differit, inquit; Nec ingenium quantum desuit: nam sunt qui verbum à vero quidem putant dictum; sed prima syllaba satis animadvertenda secundam negligi non oportere. Verbum enim cum dicimus, inquit, prima ejus syllaba verum significat; secunda sonum. hoc enim volunt esse bum. Unde Ennius sonum pedum, bombum pedum dixit; & boasse Graeci clamasse; & Virg. rebonant sylvas. Nero in Bacchis,

Torva Mithallonis implerunt cornua bombis.

Cenforinus de die natali, ubi de vertentibus annis aliorum retulit auctoritatem, ait; At noster Ennius CCCLXVI.

Servius l. 1. ait, Sandè Atlas Graecum est, sicut & Nilus. Nam Ennius dicit, Nilum Melonem vocari, Atlantem vero Telamonem. Quod confirmat lib. 4. ubi illud explicans, — & latera ardua cernit

Atlantis duri — dixit; Sandè Latine Telamon dicitur, sicut Nilus Melo. Saepè quidem Romani Graeca nomina corruerunt, quemadmodum etiam ex Halcyone fecerunt Alcedo, & ex Ganymede Catamitus.

MAR-

MARTINI ANTONII DELRII  
 OPINATIONES,

Nec non  
 GERARDI JOANNIS VOSSII

CASTIGATIONES & NOTAE

In

FRAGMENTA Q. ENNII.

Huc accedunt Eruditorum Virorum Emendationes undique  
 conquisitae.

Pag. 17. Hinc campum celerei passu premeus parumper, &c.] Et sic emensi, permensi, remensi viam dicimur. Ennius Annali primo;

Hinc campum celerei passu permensa parumper, Conjicit in silvam sese. ubi frustra sollicitarunt. J. F. Gronovius not. ad Liv. l. 38. c. 17.

P. 20. Certabant, Urbem Romamne, Remamne vocarent.] Versus est Ennianus apud M. Cic. l. de Divin.

Curabant, urbem Romamne, Remamne vocarent.

Sed enim in illis fugientibus & lucifugis libris legi;

— Romam, Remoramne vocarent. quam mediusfidius verissimam & sincerissimam scripturam reor. Argumento locus erit, qui in Aventino monte à Remo Remora, ut scribit Pompejus, vocabatur; & Remorinus vel Remurinus ager, qui Remi fuerat. A. Turnebus adv. l. 24. c. 4.

P. 27. — ad armentas ipsius easdem.] F. — Ipsi adarmentans easdem.

F. — Ipsi adarmentans. ut sit armentare. Manus docta in margine Petri Scriverii coll. vet. Frag.

P. 72. Deducunt habileis gladios filo gracilento.] Itaque Lipsium audio & sequor in radios feliciter emendantem l. 5. ant. lect. c. 10. ex libro Farnesiano, ubi in gradios, quo loco geminum errorem eluit in versu Ennii, quem producit Nonius in Gracilentum;

Deducunt habiles radios filo gracilento. ibi quoque gladios legitur vulgo. Quamquam totus ille Ennii versus (quod obiter moneo) praetermissus est in editione Merceri; aut, quod credere malo, excidit potius incuria operarum. J. Broukha-sius in Propertii l. 4. el. 3. vers. 34.

P. 74. Magna quom lapsa dies &c.] Cacterum in voce stiles insignem archaismum tyrones notent. Primum dicebant liris, ex quo postea lis contractum est. Ita mentis in Epicharmo dixit Ennius, unde eunus postea literis elisis mens dici coepit. Idem septimo Annalium;



*Hocce loquuntur*, vocat, qui cum bene saepe libenter

*Mensam, sermonesque suos, rerumque suarum Comiter impertit, magna quom lapsa diei Parte fuisse*, &c.

Legendum puto,  
magna quom lapsa diei

Parti fuisse

Partis vetulte dixit, quod postea contracte pars. Nam vulgata ne Latina quidem sunt. J. Rutgersius var. lect. l. 5. c. 16.

P. 93. *Animus cum pectore latrat, &c.*] Ennio venatica velox.

animusque in pectore latrat,  
Ut solitu est, quando vinculis venatica velox  
Apta silet.

ita scribendum. N. Heinsius not. ad Ovidii Met. lib. 3. vers. 140. Vide Joh. Vlitii comm. ad Grotii cyn. vers. 213, 223, & 231.

P. 100. *Hoslem qui feriet, mibi erit Carthaginensis &c.*] Hannibal apud Ennium laudante Cicerone pro Balbo;

*Hoslem qui feriet, mibi erit Carthaginensis Quisque ferit*

Sic melius editur, quam *Quisquis erit* — R. Keuchenius not. in Frontini Strat. l. 4. c. 1. exemp. 4.

P. 103. *Matronae melos complent, spectare fauentes*] Ibidem in ejusdem poetae versu;

*Matronae moeros complent, spectare fauentes.* Non, ut vulgo, melos. Quod etsi ab aliis quoque annotatum sit, hic tamen repetendum fuit, quod adhuc nonnullos tam stolidae ignorantiae reperiri videam, qui hujus versus auctoritate eum Persii tucantur;

*Cantare credas Pegaseum melos.* J. Rutgersius var. lect. l. 6. c. 15.

P. 111. *Quod ubi Rex paullo spexit de contibus celsis.*] Item hoc apud Varronem in 5. de L. L.

*Vos epulo postquam spexit.* quod idem est isti apud Festum;

*Quod ubi Rex . . . dulo spexit de contibus celsis.*

ubi Pomponius Laetus legit;

*Quos ubi rex ultro spexit de montibus summis* &c.] Certissima est lectio Turnebi, pro ripis, hoc est ripis, scribentis Ripaeis. Sermo enim est de Arimaspi, quos coclites, hoc est unoculos esse, etiam Mela tradit l. 4. c. 12. *Ultimi à tergo eorum Arimaspi, mox Riphæi montes.* Nec displicet, quod idem pro sedere legit fodere: ad quod proximè accedit vetus editio Mediolanensis, in qua

*requiscunt, &c.] Ennii versus ad versum 230. lego hoc modo;*

*Hic insidiantes vigilant, partim requiescunt* Coniecti gladiis sub scutis, ore fauentes, ut à insidiantes sit trisyllabon, ut multa alia. J. Rutgersius var. lect. l. 6. c. 15.

P. 118. *Non possunt mussare boni, qui facta labore &c.] Libro 4. versu 188. Ennii versus hos producit;* *Non possunt mussare boni, qui factam labore enixi militiam peperere. Quos ego ita in ordinem redigo;*

non possunt mussare boni, quae  
Facta labore enixi militiae peperere.  
Aliter Doufa, ac fortasse melius. J. Rutgersius var. lect. l. 6. c. 15.

P. 132. *Multa foro ponit, & aega longa repletur.*] Interim ageariorum mentio apud Ennium l. 7.

*Multa foro ponunt, agearia longa replentur.* Sic corrigendus est hic versus, quem haestenus eruditi variè tentarunt. J. Schefferus de mil. nav. vet. l. 1. c. 6.

P. 137. *Contra carinam verba atque ob scœna profatus.*] Ita ergo & caro, carino, id est, carpo. Unde & positum est carinare pro mordere, & dictis dictionibus lacessere. Glossæ; *carinare, καρπειντιζουσαι.* Inepta Grammaticorum natio à navis carina deducunt. Nihil pote absurdius. Secunda quippe brevis non esset, ut apud Ennium;

*Sed neque me decet hanc carinantibus laedere charitis,*  
id est, mordacibus, & carpentibus. Idem apud Servium;

*Et contra carinans, verba atque ob scœna profatus.*

Sic legendus ille versus. Nam male est;

Contra carinantes,  
quod versus officit. C. Salmastius Plin. exerc. in Solini pol. c. 30.

detem coclites, quos montibus summis

&c.] Certissima est lectio Turnebi, pro ripis, hoc est ripis, scribentis Ripaeis. Sermo enim est de Arimaspi, quos coclites, hoc est unoculos esse, etiam Mela tradit l. 4. c. 12. *Ultimi à tergo eorum Arimaspi, mox Riphæi montes.* Nec displicet, quod idem pro sedere legit fodere: ad quod proximè accedit vetus editio Mediolanensis, in qua

qua

qua

qua

qua

qua

qua

qua

qua

qua foedere scriptum est. Eò autem respecterit Ennius, quòd Arimaspi aurum fodiant ex montibus Ripaeis, quos pici, sive gryphes custodiunt, auri, ut Mela ait, cutodes tenacissimi: unde Plautus Aulul.

*Pici divitiis, qui aureos montes colunt.* Voss.

P. 144. *Imprimisque genae genam*] Genae hic sunt palpebrae: ut Isidorus monet, qui haec de dormiente ait dici. Ac è Festo cognoscimus, similiter alibi Ennium dixisse:

*Pandite sulci genas, & corde relinquite somnum.* VOSSIVS.

P. 155. *Omnibus at Clupea praestat, Musfela marina; &c.]* Vide C. Salmastii Plin. exerc. in Solini pol. c. 53.

P. 165. *SCRIPTO*] Gellius lib. indigetat: ego praetextatam puto. DELRIUS.

P. 168. *Sol equis iter*] F. — equos ter. Manus docta.

*Consistere*] Lips. *consistere.* quod fui amplexus. DELRIUS.

*Qui*] Notat Gell. *Hannibalès*, productâ penult. DELRIUS.

P. 185. *Subulo finitimas propter astabat a-quas.*] Qui lectionem hanc probant, ajunt esse pentametrum, in quo, *astabat*, sit amphibrachys, s. eliso αρχαιως. Sed nihil eò recurrere opus, quando est jambicus senarius. Olim enim in t communia erant: ut ostendimus in lib. de L. L. Interea verisimile magis est, scripsisse Ennium, uti apud Festum legitur:

*Subulo quondam marinas propter adstabat plagas.*

Ut sit trochaicus quadratus. Ingeniosè verò Scaliger pro *adstabat* legendum conjiciebat *astabat*, hoc est sola tibià canebar. Hoc enim fuerit *assare*, ab assa tibia. Festus: *Assa dicebatur canis tibiarum.* Servius in 2. G. *Assae tibiae dicuntur, quibus canitur sine chori voce.* Quod optimè convenit subuloni. Nam *subulo* αὐλοῦ, sive tibicen, ut Festus, & vet. glossae exponunt. Ejus originem, non in Latio, sed in Hetruria quaeri debere, scribit Varro. Quid si dicamus ita dici quasi *subulo*, extrita, ut saepe fit, caninà litera? Nam σὺρῆ est αὐλοῦ τῆς, Hesychio teste, unde σὺρῆνεὺς, ὁ αὐλοῦ. Sed de hoc plura

in Originum libb. VOSSIVS.

F. *Subulco*, vel *subulcus*, aut *bubulcus.* Manus docta.

P. 189. *Quippe sine cura laetus laetus quom advenit &c.]* Sed quoniam paulo infra eum locum citat Donatus, versus quosdam è Sexto Satyrarum Ennii, quos prope integros in fabulam suam transtulit Terentius: iique volgo perturbati ac mendosi leguntur, describam eos ita, ut legendos puto. Sunt igitur hi;

*Quippe sine cura, laetus, laetus cum advenit, Exsertis malis, expedito brachio, Celsus, alacer, Lupino expectans impetu, Quam mox alterius obligurrias bona: Quid censes domino esse animi? pro divura fidem!*

*Dum ille cibum tristis servat, tu ridens voras.*

M. A. Muretus var. lect. l. 19. c. 7.

*Nam qui lepide postulat alterum frustrari, &c.]* Hac occasione non praetermittam insignem Ennii locum, in Gellio non satis emendate scriptum: quo venustissime luditur in varia ejus verbi significatione, versibus ipsis uno eodem isto multifariam verbo, ut Gellius inquit, concinniter implicatis. Eorum exemplum hoc est;

*Nam qui lepide postulat alterum frustrat; Quem frustratur, frustra eum dicit frustra esse.*

*Nam qui sese frustrari quem frustra sentit, Qui frustratur, is frustra est, si non ille est frustra.*

Sic editio recentissima & optima. Nos in primo versu *Nam* alienum putamus, & ex tertio inficite repetitum: excidisse autem voculam *se* occasione literarum similium in capite sequentis vocis. Requirit eam non tam sensus, quam loquendi in eum sensum consuetudo prisca. Etiam *frustrat* ibidem male, pro quo verustiores libri recte *frustrari*. In postremo si abundat, turbatque non sententiam minus quam versum. Et illa tota clara, & hi omnes expediti, si in hunc modum jam rescribantur;

*Qui se lepide postulat alterum frustrari, Quem frustratur, frustra eum dicit frustra esse.*

*Nam qui sese frustrari quem frustra sentit,*

Quis

*Qui frustratur, is frustra est, non ille est frustra.*

V. Acidalius in Plauti amphit. div. & int. c. 2. P. 192. *Ego eo ingenio*] Achilles vel Neoptolemus. Apud Gellium mendosè; fronte. DELRIUS.

*Ego eo ingenio natu' sum amicitiam &c*] *Ingenio* fit trisyllabon. Si *natus* scribat, erit jambicus ictonarius. Sed puto *natu'* scripsisse, ut fit trochaicus quadratus. VOSSIUS.

P. 194. *Medea.*] Quidam duas ab Ennio scriptas volunt: unam ἀπλῶς, *Medeam*; alteram, *Medeam exulem*: ambas ex Euripide. alii unica videtur. ut his, ita illis nonnulla suffragantur. mihi tutius visum, utriusque reliquias in unum cogere. In secundo carmine Prisciani scripturam rejeci, quod putem ex Tullio castigandum. DELRIUS.

P. 197. *Argo qua*] Apud Ciceronem 1. Tuscul. *Argo, quia Argivi in ea delecti viri.* minus rectè quàm apud Priscian. DEL. *Argivi delecti*] F. Argivis electi. Manus docta.

*Pelebant illam*] Ranconetus & Lambin. *pelebant villo.* DELRIUS.

P. 201. *Antiqua herilis fida custos corporis &c.*] Ex eadem Tragoedia citat Nonius; *Antiqua herilis fida custos corporis, Quid sic extra aedeis exanimata eliminat?* Puto, — *exanima te eliminat?* J. Rutgerfius var. lect. l. 6. c. 1.

*Quid*] L. qui. Manus docta. *Cupido cepit miseram nunc me prosequi &c.*] F. *caelum. f. terra. f. miserans.* Manus docta.

P. 202. *Fructus*] Alias legitur; f. v. *aures aucupant.* DELRIUS.

*Aures*] F. auribus. Manus docta.

*Qua Pontus Helles* — ] Seneca Epist. 81. *ille qui in Scaena elatus incedit, & haec resupinus dicit;*

*Impero Argis, regna mihi liquit Pelops*  
*Qua Ponto ab Helles atque ab Ionio mari*  
*Urgetur Isthmos.*

Verfus causã scrib. *Imperio Argis.* Puto ex his Ciceronem emendandum in oratore ad Brutum; *Verba legenda sunt potissimum bene sonantia, non sed ea ut poetae exquisita ad sonum, sed sumpta de medio*

*Qua Pontus Helles* —

*Superat modum.* Legendumque;

*Qua Ponto ab Helles* —  
Siquidem ad hunc versum respexit. J. Lipsius ep. quaest. l. 5. ep. 5.

*Nam multei suam rem bene gessere, & poplicam patriã procul.* &c.] Vide J. Rutgerfii var. lect. l. 6. c. 1.

*Matronae opulentae optumates &c.*] Constat ut possit, quo pacto digeri ista debeant; duo convenit spectare; primum Euripidem, quem Ennius expressit, deinde Ciceronem, qui Ennium excerpfit. Euripidis quidem sunt ista:

Κορινθιαὶ γυναῖκες, ἐξέλασαν δόμων,  
Μή μοι τι μέμψοιτε. οἶδα γὰρ πολλοὺς  
βροτῶν  
Σεμανὸς γεγάωτας, τοὺς μὲν οὐμάτων ἅπο,  
τοὺς δ' ἐν θυραίοις. οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδῶς  
Δύσκλητον ἐπέτησαντο καὶ ραθυμίας.

Nunc Ciceronem audiamus loquentem: *Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quàm ignoverunt Medaeae, quae Corinthum arcem altam habebant, matronae opulentae optumates: quibus illa manibus gypsiatissimis persuasit, ne sibi illae vitio verterent, quod abesset à patriã. Nam multi suam rem bene gessere, & publicam patriã procul: multi qui domi aetatem agerent, propterea sunt improbat. Pro eo, quod Euripidi est, Κορινθιαὶ γυναῖκες, poterat Ennius, Corinthiae matronae.* Sed maluit ambitiosã hæc dictione circumloqui:

*Matronae opulentae optumates, quae Corinthum arcem altam habetis.*

Ut hæc eodem versus genere Euripideis respondeant, scripsisse Ennium puto:

*Matronae opulentae optumates, quae Corinthiam*

*Arcem altam habetis* —

*Optumates* trisyllabon est, ut inferiùs propterea, *universum* apud Lucretium, aliaque alibi: de quibus in Commentariis de L.L. diximus. Sequitur apud Euripidem:

ἐξέλασαν δόμων  
Μή μοι τι μέμψοιτε  
Hoc Ciceroni: *Ne sibi vitio illae verterent, quod abesset à patriã.* Unde colligo, apud Ennium fuisse:

*Ne mi vitio vertite,*  
*A patriã quòd absjum* —

Hinc

Hinc apud Euripidem est nobilis illa sententia, οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν, & quae sequuntur. Pro quibus apud Ciceronem legitur: *Nam multi suam rem bene gessere, & publicam patriã procul: multi qui domi aetatem agerent, propterea sunt improbat.* Ea sic digerebat Antonius Muretus:

*Nam multi suam Rem bene gessere, & publicam patriã procul: Multi domi qui aetatem egerunt, propterea sunt improbat.*

Sed in omnibus antiquis libris (ut etiam Paullus Manutius restatur) scriptum est, *Qui domi aetatem agerent*: non, *Domi qui aetatem egerunt*. Quare tentabo, an aliter medicina fieri possit. Puto autem post *multi* excidisse τὸ *que*, ob sequens *qui*. Solent enim librarii, ubi concurrunt syllabae similes, alterutram praeterire: ut sciunt, qui veteres tractantur libros. Quo observato, nihil ultra mutari opus. Sic igitur scribendum:

*Nam multi suam Rem bene gessere, & publicam patriã procul; Multique qui domi aetatem agerent, propterea*

*Sunt improbat.* —  
Atque ita quinque istos Euripidis versus quinque aliis ac dimidio expressisse Ennium censeo. In quo operam meam non jaçto: sed tamen omnes frustra fuere, qui antehac in digerendis illis laborarunt. VOSS.

P. 204. *Nam ter*] Non eodem planè modo Non. & alii citant; putem ubique leg. *Nam ter sub armis mallem vitam cernere.* hoc est *dimicare*, ut rectè contra Non. Muretus. DELRIUS.

*Nam ter sub armis malim vitam cernere, &c.*] Nonius scribit, *cernere* nunc poni pro *amittere*; nunc pro *dimicare*, vel *contendere*. Utriusque exemplum facit hunc Ennii locum. Quae supina oscitantia est. Omnino verò pro *dimicare* accipitur. Nam apud Euripidem, quem Ennius expressit, legitur πὰρ' ἀσπίδα εἶναι. VOSSIUS.

P. 205. *Si te secundo lumine hic offendero, &c.*] Fragmentum hoc, item illud, *Animum adverte, &, Disso pare, &, Praeter regitatum si querare;* eò Ennii esse creduntur, quia expressa sunt de Euripidis Me-

dea: ubi Creon in eandem sententiam compellat Medeam. VOSSIUS.

*Teneor consipta*] Festus docet ex *Medea* esse. Non. *Nemeam* citat. mendosius. Potuit tamen Ennius *Nemeam* quoque scripsisse imitatione Theopompi Comici, cujus *Nemeam* citat Athenaeus. Sanè Priscian. l. 5. ex *Nemea* Ennii quiddam profert; quod nos tamen in *Medeam* (etsi timidè) transcripsimus. DELRIUS.

*Teneor consipta, undique venor*] *Venor* est *circumvenior*, interprete Nonio. Pro *consipta* vulgò legebatur *conseptã*: unde Michaël Bentinus conjectabat *correpta*. Sed rectum est *conseptã*, sive potius *conspita*: quod Ennianum est. Festus: *Conspitum* apud Ennium pro *conseptum* reperitur: *Conspitum* clavis praefixum. Porro locus ille à Nonio adductus citatur ex *Nemea*, juxta Junianum Majum, item edit. vet. atque etiam MSS. Sed *Medea* legi debere, conjectura est Henrici Stephani, & Hadriani Junii. At quid impedit, cur *Nemeam* ab Ennio scriptam credamus, cum non tantum Theopompus, (de quo constat ex Athenaeo) sed Aeschylus quoque *Nemeam* dederit: ut catalogus indicat scriptorum ejus apud Anonymum. Praeterea non hic solum locus; sed alter etiam ex Ennii *Nemea* citatur apud Priscianum l. v. Puta iste,

*Pecudi dare*

*Viam marito.*  
Ubi *Nemeam* disertim habent, cum recentiores editiones, tum vetus Veneta anni c10 cccc lxxvi. item MS. meus. VOSSIUS.

P. 206. *Quo nunc me vortam?* quod iter incipiam ingredi?] Nemini obscurum esse potest, dici ista à *Medea*. Eò & Ennii esse, & quidem ex *Medea* ejus, creduntur; etsi neutrum apud Ciceronem legas. VOSSIUS.

*Domum paternamne? ane ad Peliae filias?* ] L. *Domum? patriamne?* F. *Pelei.* Manus docta.

P. 207. *Tu me amoris mage, quam honoris, servavisti gratiã.*] Utrum ex Ennii, an Artii *Medea* sit, quis dicat? Interim verba esse *Jasonis* ad *Medeam* satis est evidens. VOSS.

P. 208. *Neque tuum unquam in gremium extollas liberorum ex te genus*] Eadem sententia est in Euripidis *Medea*: unde locus hic, sive ab Ennio, sive ab alio, expressus.

Quem sic lege: — Neque unquam tuum  
In gremium extollas liberorum ex te genus.  
Vossius.

— *Salvete optima corpora, &c.*] Henricus Stephanus suspicatur pro corpora, pignora legi debere. Quae satis verisimilis est conjectura. Nam expressus est locus ex isto Euripideo: — Δότ' ἃ τέκνα,

Δότ', ἀσπασάσθε κρητὴ δέξιαν χέρα.  
Pignora autem vocari liberos; corpora potius de servis dici; nemo paullò humanior ignorat. Corpora tamen constanter inveniuntur in MSS. & editis, uti & apud Jun. Majum. Ac propterea nihil mutare aulim. Vos.

Jupiter, tuque adeo summe Sol &c.] Ex eadem Tragoedia citat hos versus Probus ad Eclogam sextam;

Jupiter, tuque adeo summe Sol,  
Quae res omnes inspicis,  
Quaeque tuo lumine,  
Mare, terram ac caelum  
Contines, inspice hoc facinus;  
Priusquam fiat, probare scelus.

Sed in quinto versu, pro eo, quod ibi legitur, contines, legendum puto continis, antiquè pro contueris. ] Rutgerfius var. lect. l. 6. c. 1.

Jupiter, tuque adeo summe Sol, &c.] Ex Euripide apparet, esse verba chori, orantis Solem, ut videat Medeam, priusquam intrerint liberos suos. Quod verò hactenus animadversum non est, sunt trochaici tres: sed versu primo pro Qui res, scribendum, Res qui: similiter versu secundo, pro Quique tuo, scribe, Qui tuoque. Post quae prius trochaicus, inde tribrachys consequitur. Tertio versu, non facinus videre sol rogitur, sed Medeam; ut ex Euripide constat: eoque pro hoc scribendum hanc: hoc item, quod loco suo excidit, cum facinus conjungendum. Vera igitur scriptura erit:

Jupiter, tuque adeo summe sol, res qui omnes inspicis,  
Qui tuoque lumine mare, terram, ac caelum contines,  
Inspice hanc, facinus priusquam fiat; hoc prohibe scelus.

Vel secundum versum sic scribe,

Qui tuoque lumine mare, terram, ac caelum contines. Vossius.  
Erat.] L. suat. Manus docta.

P. 210. qui ipse sibi sapiens &c.] Adducit Cicero non ex 3. de Orat. ut Delrio putavit: sed epist. 6. l. 7. Metrum verò requirit, Ipse qui: vel non qui: quod non video, cur rejiciat Paullus Manutius. Voss. Adsta atque] Sunt Critici, qui; Asty. Sed quid opus? DELRIUS.

Adsta, atque Athenas antiquum opulentum oppidum &c.] Asta est quoque in Aldina: uti hasta apud Jun. Majum. Sed Hieronymus Columnna magis probat astu, quod in veteri ait Nonii Codice inventum. Quod si placet, astu hic ponetur pro acropoli, ubi elegantiores habitabant; Athenae pro Piræo, ubi plebei magna ex parte agebant. Aristoteles l. 5. Politic. c. 3: Σησιόζαυσι δὲ ἐπίστε αἱ πόλεις καὶ διὰ τὰς τόπους, ὅταν μὴ εὐφυῶς ἔχει ἢ χροῶα πρὸς τὸ μέγαν εἶναι πόλιν· οἶον καὶ Ἀθήνησιν οὐχ' ὁμοίως εἰσίν, ἀλλὰ μᾶλλον δημοτικὸί οἱ τὸν Πειραιῶα οἰκοῦντες πᾶν τὸ ἄστυ. Eriam Eustathius in Il. P. ubi πόλιν ac ἄστυ jungit poetam, scribit, Ζητήσιον εἰ πόλιν μὲν λέγει τὸ κατάστημα, ἄστυ δὲ ἀκρόπολιν. Sed nihil ista Columnnae causam juvant, quia non astu, & Athenae opponuntur; sed astu, & arx; ut homocropolis, illo Piræus signatur. Quomodo & Accius distinxit Oenomaio:

— Omnes qui arcem astumque incolunt, sed adsta. Praefertim quando hoc verbum est postulantis, ut animum in rem praesentem totum intendamus, sive aliquid cum cura contemendum; uti hic fit: sive aliquid grave audiendum, vel narrandum; uti apud hunc ipsum Ennium Ilionā: Age adsta, mane, audi, itera dum eadem & ista mihi. Vossius.

P. 212. Medea Colchis] Assensus sum Lipsio. Prius legebatur; Medea cordis. DELRIUS. Utinam ne unquam Medea corde cupido &c.] Ita acutè corrigunt viri docti, cum antea legi soleat: Utinam ne unquam Medea corde cupido Colchis pedem extulisset. Sed tamen nec sic metrum constat. Quare potius legendum: Utinam ne unquam, Medea, de corde cupido Colchis pedem extulisset.

Vel hoc pacto: — Utinam Ne unquam Medea Colchis de corde cupido Pedem extulisset.

Quis

Quis] L. quae. Manus docta. P. 213. Iphigenia] Vertit ex Euripide, quamvis & Sophocles ediderat. DELRIUS.

Quid nocti] Semel monuerim quae ex Varrone, praeclarè emendata, accipi, ea me doctissimis in eum Conjectancis debere, ut & conglutinationes quasdam lacerarum partium. DELRIUS.

Quid nocti videtur? in altifono Caeli clypeo temo superat.] Veteres editiones habent, Quid nox videtur? Pro quo rectè in Vertranii est, Quid nocti videtur. Euripides: τις ποτ' ἄρ' ἄστυ ἔδε πορμαύει. Ex eodem Euripide sic distingue personam Agamemnonis, AGAM. Quid nocti videtur. In altifono caeli clypeo &c. Corruptè verò pro altifono (quomodo rectè Aldus, & qui Mediolanensi praefuit editioni, Baptista Pius, ediderat) in illa Vertranii altissimo legitur. Pro sublimis cogens, vel cum Scalligero lege, cogens sublime (sunt enim anapaestici) vel cum Turnebo, sublimis agens. Extremo versu itimer ἀρχαιῶς scribit Scalliger. Sed iter est in vert. edit. atque id metrum exigit, ne tribrachys sit tertià feda. Cum verò ista sint de Euripidis Iphigenia expressa: & Ennius quoque ejus nominis fabulam dederit: non dubitavit Columnna referre haec ad Iphigeniam Ennii; etsi Varro, neque in 4. neque in 6. de L. L. vel poëtam, vel fabulam nominet. Ego potius esse Naevii puro, ex cuius Iphigenia locum Nonius adducit. Ita ut censeam, eo adducor, quod Varro, cum ista, quae retulimus, verba posuisset, continud subdat: Et Ennius item, Caeli ingentes fornices. Quippe, ut cenleo, non eo pacto scripsisset, si priora etiam Ennii fuissent. Vossius.

P. 214. Procede.] Exhibui emendationem alterius. Mihi Festus videtur scripsisse; procede. gradum proferre pedum cessas? nitere. Imperat, increpat, hortatur saltem conari. DELRIUS.

Proferre] L. profer. Manus docta. Menelaeus me objurget, id rebus meis regimem restat.] Citat ex Ennii Iphigenia Rufinianon de aganactesi agens. Puto autem sic digeri debere:

Objurget me Menelaeus, id rebus meis

Regimen restat. Addit Columnna alterum quoque locum ex eodem Rufinianon, ubi de syncretisi agit. Est verò iste:

Ego projector (leg. plector) quod tu peccas. Tu delinquis, ego arguo pro malefactis. Helena redeat, virgo pereat innocens: Tuae reconcilietur uxor, mea necetur filia.

Et verum est, ita potuisse loqui Agamemnonem, cum à Menelao objurgaretur. Sed potuit idem, vel exemplum itosc comminisci: vel ex aliquo, qui poëta non esset, adducere. Quorum alterutrum fecisse puto: partim quia auctorem non laudat, quod in vulgatis etiam facere solet: partim quia, quae attulimus, non vincita est, sed pedestris oratio: ad quod mirum non attendisse Columnnam. At illud rectè ab eo est observatum, ad Iphigeniam Ennii pertinere Senarios istos:

Plebes in hoc regi anfestat loco, licet. Lacrumare plebi, regi honeste non licet.

Nam disertim Ennio tribuit B. Hieronymus Epitaphio Nepotiani: & quod ad Theologum hunc magnus Desiderius annotavit, expressus est locus ex isto Euripidis Iphigeniae in Aulide:

Ἦ δὲ οὐκ ἐνεσθαι δὲ ἄς ἔχει τὴ χροσημον.  
Καὶ γὰρ δακρυῶσαι βραδύως ἀσπίδ' ἔχει,  
Ἀνολεῖν εἰπέιν. τῶ δὲ γενναίῳ φούτι  
Ἀπανηῖα πάντα.

Sed extremis in verbis vitium obrepit: Nam quod Latinus Tragicus interpret ait, generoso viro omnia ista, supple, negata sunt: hujusmodi ἄλλοις quibus ferat? Doctissimus Brodaeus legit ἀπανηῖα τῶτα, quod est conveniunt. Sed contrarium voluit Euripides: quod satis apparet: & Ennii quoque verbis probatur. Quare non dubito, quin rectum sit ἀπαυδῶν, quod est desistant. Nam id interdum valet ἀπαυδῶν, uti & ἀπαγορεύειν. Vossius.

P. 216. Mortis thesauri] Sic Naevius; Orcium thesaurum, & Terrull. thesaurum incendiorum. DELRIUS.

Otio qui nescit uti, &c.] Verba haec chori esse, apertè dicit Agellius. Chorum verò istum non ex mulicibus constituisse, sed ex militibus; verba illa planum facient; neque domi nunc nos, nec militiae sumus.

*sumus.* Quare colligimus, milites, cum ob maris malaciam Aulide morarentur, hunc in modum de otio fuisse conquestos, quod negotio ipso molestius foret. Numeri sunt trochaici: sed, si excipias duos versus extremos, nullus est, qui non vuleris aliquid acceperit. In primo, leviculâ duarum vocum traiectione, legi debet, *Otio qui nescit uti, plus habet negotii.*

Alter sanè mirè, & miserè deartuatus est. Et potuit quidem poeta scripsisse:

*Quam cum quis negotioso fuerit in negotio.* Quomodo infra dicit, *otioso in otio.* Sed vide, an non potius exciderint verba ista, *Otii minus*: quae Hugonis Grotii conjectura est. Nempe ea praeterierit somniculosus librarius; sive ob literarum similitudinem, quia *negotii* proximè antecesserat: sive quòd cum dixeris *plus negotii*, otiosè addi putaret, *otii* minus. Atqui *ἐπίθεσις* ista, & *ἐπέγευσις* orationi addit, & venustatis expers non est. Tertius versus sic legitur in libris quibusdam: *Nam cui quod agat institutum est in illo negotio.* Ubi pro in illo lege is nullo. Quarto facilè fit medicina. Nam librarius metri nescius duntaxat neglexit encliticam *que*, eò quòd ad sententiam minimè pertineret, & inveniùs geminari putaret. Lege igitur:

*Id agat, studet ibi, mentemque, atque animum delectat suum.*

In quincto versu vox iterum excidit, cum vulgò ita concipiatur,

*Otioso in otio animus nescit quid velit.*

Ubi etsi legere possimus, *quid factum velit*; tamen, cum librariis proclivis magis sit error, ubi literarum est similitudo; planè cenfeo, particulam *quidem* post *quid* excidisse: eoque ita Ennium scripsisse existimo:

*Otioso in otio animus nescit, quid quidem velit.*

Sexto versu pro idem lego ita: item pro nec scribo neve; vel potius nunc repeti debet: praeterca duarum vocum traiectione opus; ut ita concipiatur versus:

*Hoc ita est, neque nunc domi nos, nec nunc militiae sumus.*

Duo versus extremi, ut dixi, communem calamitatem effugerunt. Nunc quia illa

stris aded sententia conjunctim legi meretur, locum integrum hic adscribam, prout arbitrator legi debere:

*Otio qui nescit uti, plus habet negotii, Otii minus, quam cum est negotium in negotio. Nam cui quod agat institutum est, is nullo negotio*

*Id agit, studet ibi, mentemque atque animum delectat suum:*

*Otioso in otio animus nescit, quid quidem velit.*

*Hoc ita est, neque nunc domi nos, neque nunc militiae sumus.*

*Imus huc, hinc illuc: cum illuc ventum est, ire illinc lubet:*

*Incertè errat animus, praeterpropter vitam vivitur.* VOSSII.

*Ibei*] L. Sibl. Manus docta.

P. 219. *Serva cives, defende hostes, cum potes defendere*] Trochaicum hunc citat Nonius: sed perperam defendere exponit tueri. Nam eadem notione capiendum, ac in Maronis illo, *Solstitium pecori defendite*. Ubi Servium vide. VOSSII.

*Potes*] L. por'is. Manus docta.

*Quo nunc incertâ re atque inorata gradum Regredere comare?*] Hieronymus Columna pro incertâ mavult *insecta*. Sed alterum illud est in omnibus libris. Et rectius, quando *inorata* non valet *inexorata*, sed non *orata*. Quomodo Cicero pro Roscio Amerino, de legatis ad Syllam missis dixit, *Ameriam re inorata reverterunt*. hoc est, nondum expositâ Syllae. VOSSII.

*Inorata*] F. *ignorata*. Manus docta.

*Nam consiliis obvarant, quibus tamen Concedit hic ordo*] Apud Perottum in *Obvaro* ita concipitur hic locus:

*Nam consiliis obvarant omnia, quibus tantum concedit hic ordo*

Ut fortasse scripserit Ennius:

*Nam consiliis obvarant omnia, quis tamen Concedit hic ordo* — VOSSII.

*Per ego*] Festus sic citat; *Nubes per ego Deum subices humidâs, unde oritur imber sonitus aërio spiritu.* Nonius verò; *Per ego Deum sublimes s. h.* &c. uterque ex Gellio castigandus, ut repraesentavi. nisi quod non displicet; *sublimas subicis*; ut legitur in veteri Veneto Nonii. Quattuor ista frag-

fragmenta absolute citantur ex Ennii *Achille*. duo alia, ex *Achille Aristarchi*, cum addito. Unum apud Non. in, *praeliant*, scilicet; *Ita mortales, inter se pugnant, praeliant*: alterum; *Prolato aere*, apud Festum, quae dubio procul Comica sunt. DELRI.

*Per ego Deum* &c.] *Sublimas*, rectum cenfeo, cum ita legatur apud Non. in ed. Med. Ald. & uno in loco apud Junianum Majum. Alibi idem post *subices* distinguit, ac legit,

— *humidus Unde oritur imber* —

Quod non aspernor. VOSSII.

*Thelis.*] Hoc est *Thetis*, auctore Varro de re rust. DELRI.

*Ea Thelis illi mater*] Videtur esse ex *Achille*. Nam mater ejus *Ἀργειῶν Thelis* vocata. Varro l. 3. de R. R. c. 9. *Antiqui, ut Thetin Thelim dicebant*; sic medicam melicam vocabant VOSSII.

P. 220. *Ajax*] Convertit ex Sophoele, sicut Livius. Idem narrat Q. Smyrnaeus lib. 5. DELRI.

*Qui res cum Achivis gesserunt statim.*] Nonius in *statim*. Ennius *Ajace*; *quis est cum Achivis gesserunt statim*. Scripsit Ennius; *Qui res cum*. ut Plautus; *Nec recedit loco, quin statim rem gerunt*. Lipsius ep. quaeft. l. 4. ep. 19.

*Quis est*] Sic omnia Nonii, quae vidi exemplaria, ineptè. quid si? *Phryges tum Achivis cesserunt st.* DELRI.

*Qui rem cum Achivis gesserunt statim.*] Hier. Columna, *gesserat*; ut ad Ajacem referatur. Delrio verò sic legit: *Phryges tum Achivis cesserunt statim*. VOSSII.

*Volant.*] Quidam; *evolant*. sed tunc foret leg. *efflant*, *evolant*. utrumque salientibus convenit. iidem pro *sanguine emisso* malunt *misso sanguine*. DELRI.

*Sanguine emisso tepido tullii efflantes volant.*] In Med. & Ald. legitur, *Ennius Ajace, Ajax misso sanguine tepido t. e. v.* Sed illud Ajax irrepsit ex fabulae nomine, quod antecessit. Locum verò hic habere nequit, cum sermo sit de Ajace recens interfecto. Sic igitur jambicis numeris restitue: — *Sanguine*

*Emisso tepido tullii efflantes volant.* Voss.

P. 222. *Telamon.*] Ipse & Peleus propter fratris Phoci necem exsularunt. Me-

minit Apollonius & Scholiast. lib. i. Argonaut. DELRI.

P. 223. *Quanto è loco*] F. *quanto de loco*. Manus docta.

*Atque aures*] Vulgo *neque*. Nequivi committere, quin vinulam Nic. Fabri correctionem amplecterer. DELRI.

*Audibo, atque aures tibi contra utendas dabo.*] In Med. & Ald. legitur, *Mox antiquo audibo*. Sed videntur verba haec, *Mox antiquo*, esse glossatoris, monentis *audibo* pro *audiam* dici *ἀπαυξάνω*. Ut merito ea hic praetereantur. Sequitur in vulgaribus (etiam illa Junii, & Merceri) *neque aures*: ubi Columna, & Nicolaus Faber, rectè, *Atque aures*. In vet. edit. etiam est, *contrariorum* pro *contra*. Sed corruptè. Quod siquis *Mox antiquo* à poeta esse malit, sic scribat; ut trochaicus sit:

*Mox anti quo audibo, atque aures tibi contra utendas dabo.*

Ait sive Teucer, sive alius, sollempne se suum obtinere velle, neque judicium ferre decrevisse, nisi utramque audierit partem. Notum illud vetus:

*Qui statuit aequum parte inauditâ alterâ, Equum licet statuerit, haut aequus fuit.* Voss.

*Deum me sentit*] Lipsius; *Deum me incendit*. Quod perplacet. DELRI.

P. 224. *Nam ita mihi Telamonis patris, &c.*] Planè non dubitandum, quin rectè emendarit Hugo Grotius:

*Nam ita mihi Telamonis patris facies, ac proavi Jovis*

*Gratia grata est, atque hoc lumen candidum claret mihi.*

Sunt verba Teucris exulis. *Grata* praeterierat librarius ob similitudinem vocabuli *gratia*, quod continuò antecessit. Voss.

*Gratia ea est*] Venustius foret, & gratius acceptius, si scriberetur; *grata est*. ut quidam. Aeacum avum omittit, quod ejus aspectus tetricus, & minime jucundus, ut judicem decet tetrae orae. DELRI.

*Ego cum genii* &c.] Malim *moriturum*. Sunt enim verba Telamonis, cum accepisset nuncium de mortuo Ajace. Mox etiam malim *scibam ἀπαυξάνω*, metro suadente:

*Scibam me in mortiferum bellum, non in epulas mittere.*

*Srata terra, lavere lacrymis vestem squalam, & sordidam*] Eadem syncope usus jam ante Ennius; *Capitibus nutantes pinus*. Idem quoque dixit *trae* pro *terae*, id est, *terrae*, in Telamone apud Nonium in *squalam*. — *Sratra trae*

*Lavere lacrymis vestem squalum & sordidam*.

Sic libri veteres plerique, non *terrae*, quod versus respuit. H. Vossius in obs. ad Catullum p. 269.

*Srata terra*] F. *Stratam terram*. Sic Virgil. — *Stratoque super discumbitur ostro*.

Manus docta. *Ego Deum*] Sapiunt ista Euhemerum. DELRIUS.

P. 225. *Sit*] F. *Siet*. Manus docta.

*Non habeo denique nauci*] Addubito, antotum hoc fragment. ex Satyris; an primus Ennii versus, an verba Tullii; an septimus apte à me insertus ex alio ejusdem lib. I. de Divinat. loco. DELRIUS.

*Non habeo denique &c.*] Primum cum dicitur, *Non habeo denique*, non parum ambigo, an illud *denique*, à Tullio sit, an ab Ennio. Sequentia, ut sint trochaici quadrati, ita restituo:

*Nauci non habeo Marsum angurem.*  
*Non Astrologos de circo, non vicinos aruspices.*

*Non Isiacos conjectores, somniumque interpretas.*

Versum proximum, vel hoc pacto legere possis:

*Non enim is scientia aut sunt arte divinatorum.*

Vel isto modo:

*Non enim sunt illi aut arte divini, aut scientia.*

Sequens versus est; *Sed superstitionis vates, impudentesque arioli*. Ubi vox extrema κατὰ συνίτην sit trium syllabarum, ut alibi *propterea*. Quatuor posse fieri versus non egent Æsculapio. Ex Columna verò discere potes, quā conjecturā ad Ennii Telamonem referantur hi versus: uti & sequens iste:

*Qui sui quæstus causā fictas suscitant sententias.*

Ubi in *sui συνίτην* est. Sed mihi, uti & amicissimo Scriverio, omnes hi versus

focci potius, quàm cothurni, esse videntur. Illud nunc solum addo, eorum nobis probari sententiam, qui post versum sextum interferunt fragmentum proximum: nempe ut hoc pacto legatur:

*Aut inertes, aut infani, aut quibus egestas imperat,*

*Qui sui quæstus causā fictas suscitant sententias.* VOSSIIUS.

*Non habeo denique &c.*] In hoc versu Ennius sibi plane contradicit, nisi locus corruptus sit. Muretus lib. 2. Facili annalium ita hos versus citat, ut in textu adscripti;

*Non habeo denique nauci Marsum augurem,*

*Non baruspices vicinos, non de circo astrologos,*

*Non Isiacos conjectores, somniorum interpretes: &c.* Manus docta.

P. 227. *Hectoris Lytra*.] Alii *Lytra*, alii *Lystra* eodem sensu, nam & *Lystra* à *luendo* Varroni. Redimebatur à moesto patre Hectoreum cadaver. Vide Iliad. 22. & 24. Scribit etiam Æschylus Hectoris *Lytra*, à quo Noster. Sciendum porro hanc inscriptionem (*Hectoris Lytra*) inde natam, quod veteres longe aliter citabant Homeri scripta. Nos Iliad. α. β. &c. Illi à rei narratae materia seu historia denominabant. Sic Arctonæus laudat ἐν τῷ ἐπιταφίῳ, quod erat ex Iliad. γ. Strabo, ἐν ταῖς Διταῖς, quod Iliad. δ. ἐν τῇ προσηύδα, quod Iliad. γ. atque alia hujusmodi; & omnium sæpissime Ælianus, ex Iliad. Δολονία, Πατρόκλεια, ἐπὶ ναυσι μάχῃ, Ἀδύρα simpliciter sine addito: ex Odyss. verò, τὰ ἐν Πύλῳ, καλυψοὺς ἄντρον, κολαπωπία, Νεκύια, Νίπτρα Μνησθένων Φόνοι, &c. DELRIUS.

*Melius*] Vide notas in l. 2. Varr. de re rust. DELRIUS.

*Melius est virtute jus &c.*] Ad Plauti Captivos, unde modo discessi, redeo. Scæna, Nunc illud est;

*Nunc spes opesque auxiliaque à me segregant, spernantque me.* Prope est, ut adfirmem scripsisse Plautum, *spernantque se*. Spernere, disjungere & segregare est. Exemplum Ennii laudat Nonius in hoc verbo, *Hectoris Lytris*. *Melius est virtute jus, nam sæpe virtute mali nanciscuntur jus, at-*

*que aequum se à malis sperni procul.* Corrigo & repono in numeros;

*Melius est*

*Virtute jus. nam sæpe virtutem mali nanciscuntur; jus atque aequum sese à malis spernit procul.*

Aurea plane sententia, & quam dolendum esset latuisse in corruptela diutius. Virtute intelligit robur & vires corporis. Glossarium vetus; Virtus ἀρετή, ἀνδρεία, ἰσχὺς δύναμις; aut certe animi inconsultam feceritatem. J. Gulielmii rer. l. 3. c. 3.

*Spernit*] F. *Spergit*. Manus docta.

P. 228. *At ego omnipotens te &c.*] *Malum auxilio*. Opto, inquit, ut hoc consilium vobis sit auxilium. Praeterea provocabulum ego post verbum suum trajicere metrum jubet. Ut scripserit Ennius:

— *At omnipotens te exposco ego,*

*Ut hoc consilium Achivis auxilio fua.* VOSS.

*Qui*] F. *Quis*. Manus docta.

*Hector re summa*] Excusorum meliorum lectionem exhibui: veteres habent; *Hectorei summa armatos educit vi foras, castrisque castra ulro jam ferre occupat*. Quid si rescribatur; *Hector vi s. a. e. f. Castrisque c. v. conferre oc.* nota vi verbi occupo, de quo nonnulla in Senecam. DELRIUS.

*Hector vi summa*] Hieronymus Columna legit *re summa*, quod interpretatur, omnibus copiis. Sed rectum est *vi summa*. Nam *vi* disertim legitur in Med. Ald. aliis. Sed in iis loco suo trajectum ante *foras* malè collocatur. In nonnullis quoque, & apud Jun. Majum, est *Hectori*, quod corruptum ex *Hector vi*. Sequenti versu proferre in iisdem editt est *ferre*. Sed metrum postet conferre. Vel trajectis vocibus scribendum,

*Ulroque castris castra jam fere occupat.* VOSS.

*Caligo oborta est, omnem*] Concinnius; *caligo oborta, ut o.* DELRIUS.

*Per vos & vestrum imperium*] Quidam cod. *nostrum*. Verùm intemptivè Priamus sui faceret imperii mentionem. DELR.

*Per vos, & vestrum &c.*] Sic divide: — *Per vos, & vestrum imperium, & si-*

*dem.*

*Myrmidonum, vigiles commiserescite* — Possis posteriorem versum explere hoc pa-

cto: *commiserescite Priami: vel nostri commiserescite.* VOSSIIUS.

P. 229. *Ferri*] F. *Fieri*. Manus docta. *Quae mea cominus*] Non infeliciter Critici; *Quem mea c. m. a. b. hostiavit manu.* DELRIUS.

*Quae mea cominus &c.*] Scaligeri (à quo cam Columna accepit) emendatio est:

*Quem mea cominus machaera, atque hasta hostiavit à manu.*

Dixit à manu pro *eminus*, quod inde constat, ut *cominus*, quasi *cum manu*. VOSS.

*Nos quiescere*] Hoc & sequens fragm. adducit Diomedes ex Ennii *Lustris*. Sed opinor intelligi de *Hectoris Lustris*. non, etiam alia *Lustra* Ennius; haec forte simpliciter *Lytra*, vel *Lustra* inscripserat, ut & Hom. DELRIUS.

*Nos quiescere aequum &c.*] In Diomede recensito à Caclario sic legas: *Ennius: In lustris nos quiescere aequum est, novimus ambo Ulysses.* Pro, *Ennius in Lustris*. Etiam pro *novimus* scribendum *nomus*, ut habent meliores codices. Verba Diomedis sunt: *Apud veteres plurale hujus verbi instans colligitur, cum NOMUS dicunt, pro eo quod est NOVIMUS: ut Ennius Lustris &c.* VOSSIIUS.

*Nos*] L. non. Manus docta.

*In lustris nos quiescere*] L. *In lustris; non q. sc.* Manus docta.

*Sublime iter &c.*] Rectè Clarissimus Scriverius perspexit *sublimiter* legendum. Sic igitur digere:

— *Quadrupedantes sublimiter Flammam halitantes* —

Describit ignivomos tauros. Citatur à Diomede: sed in editione, quam Caesarius recensuit, pro *in Lustris* corruptè legas *il-lustris*. *Sublimiter* dixit Ennius, ut idem alibi concorditer & duriter, ac Naevius *dapsiliter, indecorabiliter* Accius, *laeviviter* Laevius (malè apud Charisium legitur Livius, cum ex ἐλασπαστινῶν citetur) item *imperiabiliter* Cato Senex, verbis istis: *Ubi Maximus nimis imperiabiliter*. pro imperiosè & durè. Ita corrigendus & iste locus apud Charisium l. II. VOSSIIUS.

P. 230. *Duce quadrupedem*] Paucissimis mutatis in Lipsii castigationem concessi. Dissentient enim summi Critici. Constat prors-

profus omnium exemplarium lectio. Cur ergo id & amicitiae & veritatis non tribuerem? nec tamen etiam nunc per sanatum locum Nonii affirmem. sanior certe, quam hoc pacto; *Ducet quadrupedum jugo invita, indomita, infraenis, & jugo valida quorum tenacia infraenari minus nequit.* DELRIUS.

*Ducet quadrupedum* &c.] Hectoris Lustris cum illud narrabatur, ut exanimus Hectoris corpus auro vendiderit Achilles (unde & *Lustris* nomen, sive id est à Graeco λούτρον, sive à luendo, hoc est solvendo) tum etiam narrabatur, ut Hector ante pretii istius solutionem bigis sit raptatus circa muros. Eas bigas descriperat hic Ennius. Sed locus hodie est multimodis sauciatus. Quem Lipsio, & alii, frustra tentatum, ita medica manu Hugo Grotius sanabat:

— *Duce quadrupedum juga  
Invicta, indomita, infraenis, injugalia,  
Quorum tenacia infraenari nimis nequit.*

*Duce* integrè dixit, ut *sa:* pro *fac*. Quamquam nec *ducet* damno, uti in vulgaris. Aut *ducat*, vel *duxit*. *Tenacia* equorum, pro *perstinacia*. Pro *nimis* *nequit*, lubens rescribam *minus* *nequit*. Praefertim quando H. Stephanus testis est, pro *nimis* in veteri codice *minus* legi. Sed quia à *minus* refragatur sententiae, ed in eodem codice *nequit* fuit mutatum in *potest*. Sed *nequit* disertim legitur in veteri edit. Mediol. ubi tamen abest *nimis*: uti contra in Veneta Pincii, & Aldina, item apud Junianum Majum legas *nimis*, at abest *nequit*. Unde in mentem venit, fortasse Ennium scripsisse:

*Quorum tenacia infraenabilis minus.*

Sin quia in aliquibus illud *Nequit* compareret (quod etiam agnoscit Michael Bentinus suis in Nonium notis) ed malis,

*Quorum tenacia infraenari minus nequit:* per *συνήθων* *tenacia* trisyllabon fiet. Aut scribe *frenari minus* *nequit*. Nam in fortè irreptit occasione versus superioris, ubi legas *infraena* sive *infraenis*. Vossius.

*Ducet quadrupedum jugo invitam, doma, infraena, &c.*] F. *Juba*. F. *indomabilem*. F. *infraenam*. Manus docta.

*Alexander*] Alexander seu Paris Philoctetae vulnere, Oenones contemptu pe-

rūt: ipsaque Oenone se in rogam eius praecipitem dedit; Q. Smyrnaeus lib. 10. an hoc igitur fabulae argumentum? sane, si vera incipitio. Sed nutat animus. potius, *Alexandrae*, hoc est, *Cassandrae* nomen reponendum, in omnibus his Grammaticorum locis, quod in multis codicibus, quibusdam locis, reperitur. Scripsit Alexandram Euripides, scripsit & Sophocles, & sic supplenda Stephani lacuna in voce ἐπεσοῦς. DELRIUS.

*Alexandro*] Est ubi haec fabula *Alexander* vocetur, qui Paris fuit: est item ubi dicatur *Alexandra*, quae est Cassandra. Imò quibusdam in locis inconstanter nunc hoc, nunc illud legas. Fortasse Ennius utriusque nominis fabulam scripsit. Sanè fecerat item Euripides, itemque Aeschilus: ut de utroque ostendit clarus ille Graecarum antiquitatum ocellus Joannes Meursius. Quod si unius fabulae haec sunt fragmenta, potius ex *Alexandra* *Alexander*, quam ex hoc illud factum fuit. Est enim Alexandri nomen pervulgatius, in cuiusmodi rarius peccatur, cum ferè immutent librarii, quae capiunt minus. Pleraque etiam fragmenta à Cassandra proferuntur, ut mox parebit. Vossius.

P. 231. *Hominem appellat* &c.] Non redolent haec corhurnum. Vossius.

*Non intelligit*] F. *num intelligit?* vel *intelligis*? Manus docta.

*O lux Trojae* &c.] Locus corruptissimus. Anapaesticos fuisse, satis ex primo versu comparet. Ergo proximè, ubi legitur, *Quid ita*: legi debet, *Quid te ita*. Nempe provocabulum te librarii errore transmigravit in versus sequentem: unde fuscillari, inque locum suum reduci debet. Praeterea ex illo cum tuo faciendum *contuo*. Nam Macrobius disertim dicit, hinc expressum esse Maronis illud: *Aut cur haec vulnera cerno? Contuo* verò pro *cerno*, etiam Andronicus usurpat, & Ennius alibi, ut supra dictum. Quare totum locum sic rescribo:

— *O lux Trojae*

*Germane Hector, quid te ita contuo  
Lacero corpore miser? aut qui sic  
Nec spectantibus trahit arvere  
Nobis?*

Loqui-

Loquitur Cassandra, unde Hectorem appellat germanum suum. *Nec spectantibus* interpretor non praevidentibus, atque adeo nec, cum fieret Hectorea caedes, animo illud tuentibus. Nam solent vati futura absentiaque observari tanquam praesentia. Quomodo & hic capio illa verba: *Quid te ita contuo Lacero corpore?* Simile est illud *ὄρανα* Cassandrae apud Senecam Agamemnone:

*Imago visus dubia non fallit meos.*

*Spectantibus*. *epulae regii instructae domo,  
Quales fuerunt ultimae Phrygibus dapes,  
Celebrantur.* Caeteraque, quae subjungit.

Et ista etiam verisimile faciunt nobis, quod antea diximus, tragoediae huic potius *Alexandrae*, quam *Alexandro*, nomen fuisse. Vossius.

*Respectantibus*] L. *te spectantibus*. Vide Vossium. Manus docta.

*Fandulum ab ludis* &c.] Haec quoque ex praefatione potius, quam tragoedia mihi esse videntur. At ne fallat Stephanus, qui istis, ut Enniana, in Collectione sua appingit: *propter hanc aurium aviditatem theatra replentur*. Sunt enim non Ennii, sed Varronis verba. Vossius.

*Nam maximo*] Dividendus mihi fuit tertius versus. DELRIUS.

*Nam maximo* &c.] Si ista sunt ex *Alexandra*, uti putamus, pertinebunt ad vaticinium ejus. Eoque pro *superavit* lego *superabit*. B enim & V consonum passim permutantur. Numeri verò trochaici sint, dum initio caussalem tollas:

*Maximo saltu superabit gravidus armatis  
equus,*

*Qui suo partu ardua tollat Pergama* —  
Quamquam nec minus placet jambicos fuisse: sed tum post provocabulum qui exiderit *mox*, vel similis particula. Aut extremis verbis traiectione solà medere: ut ita concipiatur locus:

*Nam maximo*

*Saltu superabit gravidus armatis equus,  
Suo partu qui tollat ardua Pergama.* Voss.

*Superavit*] L. *Superabit*. Sed haec video jam dudum à Vossio monita. Ex his verbis colligo *Alexandrum* nomen esse fabulae. ut hoc sit *Cassandrae* vaticinium. Nisi

Ennius & Alexandrum & Alexandram scripserit. Tum ex duabus Tragoediis essent haec Fragmenta. quod mihi placet. Manus docta.

P. 232. *Multi alii*] Idem Ennius Anal. II.

*Multi praeterea quos fama obscura recondit.* DELRIUS.

*Multi alii adventant* &c.] Trochaicus cum sit, resolvi tamen possit in anapaesticos: si post *paupertas* dividas. Vossius.

*Dimidio purus putus*] Apud Festum sic legitur: *Ennius dixit in Alexandro: . . . . amidio purus putus: & Plautus, Purus putus hic sycophanta est.* Scaliger ex *. . . amidio* fecit *dimidio*. Sed uti in exemplo Plautino, ita in Enniano convicium fuisse videtur. Ut itaque in illo est *sycophanta purus putus*: ita hic fuerit *catamidius purus putus*: vel, quod à scriptura vulgata non abit, *catamidio* p p. Nam ut *pumilus pumilio*, *pusus pusio*, *amasius amasio*: sic videntur dixisse *catamitus catamitio*, sive *catamidio* per D. literam, quae & est in Graeco γαυμίτιος, unde opici illi suum *catamitus* fecerunt. Vossius.

*Quapropter Parum pastores* &c.] Ex *Alexandro* Ennii esse arbitror. Vossius.

P. 234. *Andromache*] Translata ex Euripide. DELRIUS.

P. 235. *Quid petam*] Sic emendant Critici. Apud Ciceronem tamen legitur; *Quid petam praesidii, aut exsequar? quove nunc auxilio, &c.* Ultimum etiam hemistichium additur ex Cicerone. DELRIUS.

*Sim*] F. *Siem*. Manus docta.

*Applicem*] F. *applicer*. Manus docta.

P. 236. *Fraetiae & disjectae jacent.*] L. *fracta & disjecta jacent Fana*. Manus docta.

*Alii*] L. *alii*. Manus docta.

*O pater! o patria! o Priami domus!*] Haec Virgilius expressit; *O patria! o Divum domus!* Manus docta.

*Alifono*] F. *aliifono*. Manus docta.

*Templum*] F. *tempilum*. Manus docta.

*Vidi ego adstante* &c.] *Barbarica* dixit pro *Phrygia*. Nam Barbari κατ' ἀνομομασίαν pro Trojanis: ut etiam Eustathius observat. Atque ita etiam Maro dixit, *Barbarico postes auro*. Quamquam Servius exponat

Xx

multo.

*multo.* Uti & Columna in Enniano hoc *barbaricae* interpretatur *maximae*, eò quòd barbari fuerint opulentissimi. Quae probare minimè possum. Dixi de hoc etiam l. 4. Oratoriarum Institutur. Vossius.

P. 237. *Haec omnia*] Aliena haec fide conjunxi. DELRIUS.

P. 238. *Hec reliquias* &c.] Mirum hocce versus à Cicerone primo Tusculanarum septenarios dici, cum sint Jambici octonarii. In quo deceptum esse Romanae eloquentiae parentem, non dubitat etiam scribere Caesar Scaliger l. 7. de Re Poët. Vossius.

P. 239. *Vidi videre* &c.] Ita edidit quoque Columna: sed invitâ metri lege. Scribe: *Vidi, videre quod me passa aegerimè.* Ut reticetur verbum, usitatâ *ἐλλείψει.* Idem Columna versum sequentem sic legit;

*Currus Heclorem quadrijugo raptarier.* Atque ita ediderat quoque in Cicerone suo Rob. Stephanus. Sed qui secundam in *quadrifugo* attendit, sic in metrum peccati videt. Vera igitur lectio est:

*Heclorem currus quadrifugo raptarier.* Nam secunda in *Heclorem* olim erat porrecta: uti in illo senario:

*Heclorem natum de moero jactarier.* Voss. *Acherusia.*] Secutus sum Ciceronem, etsi nonnulli ejus lib. *Acheruntia.* Varro sic; *Acherusia* *templa alta Orci salvete infera Leti obn.* &c. DELRIUS.

*Acherusia* *templa* &c.] Restitutio istorum pendet ex collatione Varroniani loci cum Tulliano. Apud Varronem est: *Acherusia* *templa alta Orci salvete infera.* Apud Ciceronem verò: *Acherontia* *templa alta Orci pallida leti, obnubila, obsita tenebris loca.* Nempe praeterit Cicero verba illa, *salvete infera.* Quibus insertis, copulaque adjectâ post *obnubila*, sicut anapaestici tales:

— *Acherusia*  
*Templa alta Orci salvete infera,*  
*Pallida leti, obnubila, & obsita*  
*Tenebris loca* —

*Leti* illud cum *locâ* conjunge. Sed fortasse simplicius fuerit, si pro *leti* scribas *Letea*: ut jambici sint hujusmodi:

*Acherusia* *templa Orci salvete infera,*  
*Pallida, Letea, obnubila, obsita tenebris*  
*Loca.* — Vossius.

P. 241. *Malo torquetis cum aerumnis illum exanclari diem.*] *Andromache-Molotto.* *Molotto*, unde fabulae nomen, *Andromaches* ex Neoptolemo filius fuit. Plenius fabulae argumentum cognosces ex *Andromache* Euripidis. Absque Mercero esset, verum Ennianae fabulae nomen nesciremus. Quod vir ille sagaciter primus est odoratus. Vide notas ejus ad Nonium in *Exanclavit.* Timidè tamen in eo subscribo, quod non solum verba illa in *Exanclavi* & *Summum* ex ea esse petita arbitratur, sed illa etiam in *Sonit.* Ubi vetus edit. Med. Ald. aliaque, *Ennius* *Andromeda* & *Hermaphrodito*: in MSS. verò, *Andromeda* & *Hamapotide*: quae profecto longius abeunt à Molotto. Quare de loco isto ulterius disquirendum. Vossius.

*Quid sit*] *Lubens* reposui hanc *Justi Lipsii*, quam approbo, castigationem, ut & in fragmento; *Sed quasi* &c. quod felicissime castigavit. Nonnulli legunt in illo; *conatur gravem.* non placet. DELRIUS.

*Taberne*] *F. tacetne.* Manus docta. *Nam neque*] Citat Non. ex *Andromacha* & *Hermaphrodito*; quod posterius aliquod latens vitium subindicat. DELRIUS.

*Nam ubi introducta est*] Hoc fragmentum de cadavere *Astyanactis* esse liquet, quare mendose nunc in Nonio legas *Andromeda.* DELRIUS.

*Nam ubi introducta* &c.] Apud Nonium ex *Andromeda* Ennii citatur. Sed *Andromache* legi debere, rectè monet Scaliger in *Conjectaneis.* Nam sermo est de *Astyanacte* è turri praecipitato, cujus corpus clypeo impositum à *Talchybio* gestabatur. Quae profectò quid ad *Andromedam*? Fortasse huc etiam referri debet Ennii illud apud Varronem in sexto de L. L.

*Extemplo acceptum me necato & filium.* Ubi *malo acceptam*, vel potius *arreptam*, ut verba sint *Andromachae* ad *Ulysses*, cum ei *Astyanactis* is eripere vellet. Et videtur eadem *Andromache* ad *Hectorem* dixisse:

*Ex opibus summis opis egens, Hector, tuae.* Quod ex Ennio, sed tacito fabulae nomine, Cicero adfert. Sed tamen, cum haec arbitrarii solum juris sint, vix probo, quod *Hieronymus* Columna propterea, potius inter

inter certa *Andromachae*, quàm incertae fabulae fragmenta, locum iis suum assignarit. Praesertim cum de priori ne illud quidem, an germanum Ennii sit, controversa omni vacet. Quamquam interim negari non possit, satis ingeniosam ac verisimilem esse Scaligeri conjecturam: qui, cum in cunctis Varronis libris invenisset, *Etiâ inde idem illud enim*: ex istis exculpsit, *Etiâ indidem illud Ennii.* Vossius. *Laverent*] *L. Laverunt.* Manus docta. *Clypeo.*] *F. clypeo.* Manus docta.

P. 242. *Rapit ex alto naves velivolâs.*] Ex Jambico erit, si legas:  
— *Ex alto rapit*  
*Naves velivolâs* —  
Sed nihil opus traiectione; quando finis est, initiumque anapaestici. Vossius.

*Sed ferrum quasi* &c.] Ut trochaici sint, scribe: — *Sed ferrum quasi*  
*Aut lapis durat, rarenter gemitum conatu*  
*trahens.*

Ita enim *malo*, quàm cum *Hadriano Junio lapis dura*, etsi illud & *Hieronymus* Columna probat. Neque me fugit, eodem genere alibi dicere Ennium, *Tanto sublatae sunt agmine tunc lapides* — Verum hoc loco, tum numeri id respuunt, tum etiam sententia. Nam cum lapidi planè non conveniat gemitus, quomodo dixisset poeta, gemere aliquem, sed rarius, tantquam lapidem duram? Pro *trahens* in vet. libb. & apud Jun. Majum legitur *trahem.* Cumque mox sequatur *Ergastulo* (id fabulae nomen) poeta verò praeteratur: credere aliquis possit, veram esse lectionem, *Trabea Ergastulo.* Sed calidum hoc commentum sufflammat Nonii autoritas, qui in verbo *Villicari* sequentia poetae verba citat ex Pomponii Ergastulo. Ut nihil certius sit, quàm Pomponii isthuc nomen, non *Trabeae* intercidisse. Vossius.

*Durat*] *L. dura'st.*] Manus docta. *Summussare*] Sic reposui ex mente Festi. Vulgo legitur; *nam mussare.* DELRIUS. *Dic jam, mater non est, summussare sine*] *Dicit jam, mater non est, summussare desine.* Manus docta.

*Hecuba*] *Accepta* ab Euripide. DELR. *Adsum* atque *advenio*, &c.] *Acherunte*

non improbo, ut secundâ fede sit trochaicus. Vel lege, *Aggerunt.* Quomodo Plautus dixit *Cal. Act. 2. Sc. 8.*

*Certum est, hunc Aggeruntem praemittam prius.*

Praeterea versum tertium, ut numeri serventur, inductâ copulâ sic scribe;

*Maximus, ubi rigida constat crassa caligo inferum.*

Saepe enim veteres uni substantivo duo jungebant adjectiva: ut in commentariis de Lingua Latina contra Servium ostendimus. Vossius.

*Unde animae*] Multimodis peccatum. Scribe;

*Unde animae excitantur obscurâ umbrâ, apertoque ostio*

*Alti Acherontis, falso sanguine mortuorum imagines.*

Vel hoc pacto,

— *aperto alti ostio*  
*Aggeruntis, falso sanguine m. z.*  
Imagines mortuorum dicit *falso sanguine*, quia non sunt id quod videntur: quippe exsanguis umbrae duntaxat. Vossius.

P. 246. *O magna*] Ex *Hecuba* esse ait Varro. Sed Ennio adscribitur de conjectura: cum *Attrius* etiam *Hecubam* scripserit. Vossius.

*Haec tu etsi* &c.] In vulgatis erat, *Nam cum opulenti loquuntur*: quod metrum respuit. Eoque vel legendum, *Namque opulenti cum loquuntur*: vel cum *Alciato* (quem sequitur Columna) scribi debet, *opinati*: quo pacto ab *Agellii* accusatione liberabitur Ennius; quasi, qui Euripidi sunt *δοκούντες*, eos minis rectè verterit *opulentos.* Nam *δοκούντες* sunt *opinati*; hoc est, qui in magna sunt opinione. Ego, cum jam *Agellii* aetate, *opulenti* legi soleat, mutare id non ausim. In quo, scio, non adversabitur mihi, qui veterum in transferendis Graecis libertatem sciat. Vossius.

*Dices*] *L. dicas.* Manus docta. P. 247. *Miserete annis*] Vulgo *manus.* Vox nauci. Critici; *mei annus.* ego; *annis.* Ex Non. in *annis.* Varro, *Caro.* *Annis enim ut sanguis deterior.* DELRIUS.

*Miserete manus* &c.] *Janus Palmerius* legit *mei annus.* Sed rectius alii putant,

ἀρχαιῶς dixisse *mei annis*. Verba sunt Helenae ob creptam Polyxenam lamentantis. Vossius.

Manus ] F. Manus. Manus docta. Senex sum &c.] Nihil mutato opus. Sunt enim senarii:

Senex sum, vitnam mortem oppetam priusquam evenat,

Quod in pauperie mea senex graviter gemam. Evenat pro eveniat poni, monet Nonius. Ob cuius auctoritatem *evenat* retinui. Magis tamen verisimile videtur, *eveniat* scriptum esse ab Ennio: penultimam verò abforberi in mensura versus: quomodo infra eidem *propterea* trisyllabon est. Imò & sequenti versu *Mea nata cum vultu* effertur. Sunt verba Talthybii, cum Hecubam tantis pressam malis videret. Vossius.

P. 248. Vide hunc mese &c.] In vet. lib. hinc. Scribe hanc. & mox, quam. Prout rectè est apud Majum. Polyxenam intellege, quam Hecuba complexa lacrumis suis rigabat, Ulysses miserabiliter orans, ut ne abducere eam veller. Fallitur enim Columna, cum haec putat esse Talthybii verba ad Hecubam. Vossius.

Meae inquam ] Mallet dispescere; meae inquam; scilicet Polyxenam. Verba Helenae natam retinentis. DELRIUS.

Etsi segetem &c.] Ex Euripide constat, esse Hecubae verba, cum audisset, quàm fortiter mortem oppetisset gnata. Hac propter tum Ennii, tum ex Hecuba esse, credibile est: etsi neutrum Cicero dicat. Voss.

Nimum boni est &c.] Puto è trochaico esse, ac post incisum dividi debere. Vel opus traiectione. Ennii esse ait Cicero. Ex Hecuba esse, ideo putatur, quia idem in Hecuba sua dicit Euripides, ut observat Muretus l. 5. c. 13. Si est Senarius ἀνίφα. λος, vel duae principes, vel duae extimae voces trajici debent. Sed fortè est finis, principiumque trochaici, ut supra dictum. Vossius.

P. 249. Nunquam scripsisti ] Lipsius coniciebat;

Sed numquid scripsisti: qui parentem aut hospitium

Necassit, quo is cruciatus perbiteret? DELRIUS.

Sed nunquam &c.] Ita haec restituit Ha-

drianus Junius. Antea monstrofe legebatur, cum in vet. Nonii libb. tum apud Jun. Majum: Sed nunquam scripsisti (vel scripsisti) quis parentem aut hospitium Nec assat, quos quis (vel qui) cruciatus perviret, aut porvitent, aut etiam pernissent. Sunt verò Hecubae verba, accusantis Polymnestorem, quod Polydorum, hospitem suum, interemisset. Vossius.

Quae tibi in concubio &c.] Ex Euripide fati apparet, haec ab Hecuba ad Agamemnonem dici de filia sua Cassandra. Voss.

P. 250. Heu me miseram &c.] Apud Nonium inconstanter nunc *miseram* legitur, quasi Hecubae verba sint: nunc *miserum*, quasi ea Polymnestor post interfectos liberos, oculosque sibi erutos, dixerit. Quod verius puto. Quo tempore & Hecuba protulit, id quod sequitur:

Jupiter tibi summe, tandem male re gesta gratulor. Vossius.

Eumenides ] Conversa ex Aeschyllo. Continetur iudicium, & accusatio, liberatioque Orestis. Accusatum vult Simonides ab Aegisthi filiiabus; Nymphodorus, ab Erynibus; ab avo Tindaro, plerique. DELRIUS.

P. 251. Nisi patrem materno &c.] Divide, ut Materno initium sit senarii. Voss. Id ego aequum &c.] Pro *aptius* rectè Guilielmus ac jus. Provocabulum me jure abest à vet. libb. Pro *fecisse* item lego *fuisse*, quod *κατὰ συνίτην* dissyllabum sit. Est enim fenarius ejusmodi:

Id ego aequum ac jus fuisse expedibo atque eloquar.

Verba sunt Palladis in Areopago. Qui Orestis tribuerunt, eo sunt decepti, quòd vulgò *fecisse* me legeretur. Vossius.

Ego ] L. ergo. Manus docta.

Aptius fecisse ] L. ac jus fuisse. Manus docta.

P. 252. Tacere opinio &c.] Ita Scaliger in Conjectaneis. Sed in antiquis Nonii libb. est, & pro viribus. Quos Mercurius secutus ita expressit:

Tacere opinio esse optimum, & pro viribus Sapere atque fabulari: tute noveris.

Quasi dicat, tumet scire id possis. Vir summus legebat,

Tacere opinio esse optimum, pro viribus

Ni sapere ac fabulari tute noveris.

Sen-

Sententià sanè venustà: sed scripturà paululum diversà à libris vet. Apud Junianum Majum legitur: *Inveni opinio esse optimum* &c. Unde aliquis conjectet. *Juveni opinio esse optimum, pro viribus Sapere* &c. Sed metrum id respuit, & apud Aeschylum, quem Ennius expressit, est *Σιγῶν ἀπύρετ*. Nempe illud *Inveni* irrepit ex Paccuvii exemplo, quod proximè antecessit. Vossius.

Areopagicam &c.] Ita ex Aeschyllo (unde haec, & sequentia transtulit Ennius) correxerit Scaliger in Conjectaneis. In Mediolanensi, & Aldina, atque aliis, priùs legebatur:

Areopagitae quid (vel qui) dedere quam pudam. Unde eliciebam,

Areopagum inde qui dixerit eam petram.

Saltem propius paulò hoc accedit ad veterem scripturam. Nec magis abit ab Aeschyli verbis;

ἔγδεν ἔς, ἐπώνυμος

Πέτρα, πάργος τ' Ἀρείος. Vossius.

Areopagicam ea de re vocant petram ] Πάργος hic non est Latinorum pagus, sed rupes, saxum: Aeschyllo πέτρα, qui in Eumenidibus v. 692.

Ἄπει δ' ἔβουον, ἔγδεν ἔς ἐπώνυμος

Πέτρα, πάργος τ' Ἀρείος.

Marti autem sacrificarunt, unde nomen obtinet

Petra & Areopagus.

quod exprimere voluit Ennius pariter in Eumenidibus apud Varonem l. 6. de L. L. sed non satis feliciter, si vera Scaligeri conjectura: vult enim scripsisse Ennium; *Areopagicam* ea de re vocant petram. L. Holstenius not. & cast. in Stephanum Byzantinum de urb.

P. 253. Dico ego vicisse &c.] Ego à vet. libb. constanter abest. Atque arbitror primum apposuisse Scaligerum in Conjectaneis. Etiam apud Jun. Majum legitur: *dico hinc faceffite*. Ut fortasse scripserit Ennius:

Dico vicisse Orestem: hinc faceffite.

Vel si, propter codices alios, provocabulum admittendum,

Dico vicisse Orestem, hinc vos faceffite.

Imò, quid si verbum repetitum, dico inquam, irrepserit ex *eloco*, sive *illico*? Utrouque enim modo dixere. Unde Scriver-

rius meus, inter confabulandum, conjectabat:

-- Dico vicisse Orestem, eloco hinc faceffite.

Faceffere autem Eumenidas jubet Pallas. Vossius.

P. 254. Exemplo Aegisthi &c.] Multa adeo ex Paccuvii Duloreste citant veteres, ut hoc quoque, quod unicum Ennii creditur, Paccuvii videri possit. Solùm obstat veterum libb. consensus. Sed quis nescit facpicule Nonium, sive librarium ejus, in hujusmodi falsum esse? Ac propterea Scaliger Paccuvii nomine adducere non dubitavit. Pro *egisti*, uti in Aldina est, rectè in antiquioribus, uti Mediolanensi, & Veneta Pincii, est *Aegisthi*. Sic verò digere, ut trochaici sint:

Extemplo Aegisthi fidem

Nuncupantes conciebant populum --- Voss. *Ereththeus* ] Euripidis Ereththeum citat Stephanus. DELRIUS.

P. 255. Quibus nunc ] Muretus emendavit olim; quibus nunc. DELRIUS.

Quibus nunc &c.] Verba sunt Colophonae, cum eam parens Erichthonius ex sortibus pro Atheniensibus esset sacrificaturus: de quo praeter alios, Higynus fab. 238. Hadrianus Junius, cum apud Nonium invenisset: *Ennius: Eripite ó cui nunc aerumna &c.* creditur iocum sic legi debere:

Eripite ó quibus

Nunc aerumna mea &c.

Nempe non venit ei in mentem, verba ille, *Eripite ó*, corrupta esse ex *Erichtheo*: quae lectio apud Agellium integra remansit. Vossius.

P. 256. Arma arrigunt &c.] Ita est in recentioribus Macrobbii libb. Sed Aldina *rigent*, quod probum. Vossius.

Quos non miseret neminis ] Ita dixit more Graecorum, quibus gemina negatio negat vehementius. Vossius.

Non ] F. nunc. Manus docta.

P. 258. Cresphontes.] Sumpta ab Euripide, meminit Stobaeus de quodam Cresphonte. vide Pausan. in Messeniac. & Polyaenum l. 1. Sed res tota melius colligitur ex Plutarcho l. 2. *περί σαρμαθρίας*, & Arist. in l. de poet. unde apparet Meropen Polypi uxorem, quae Cresphontem existi-

X x 3 mabat.



mabat filium suum fuisse necatum ab ipso met Cresphonte; dum eum ut hostem necare parat, agnovisse hunc illum esse filium, quem ulcisci conabatur. DELRIUS. *Injuris abs te*] Adscripti ex auctore ad Heren. sed duos ultimos versus puto non Ennii, sed ipsius auctoris ad Heren. volentis artem convertendi argumenta ostendere. DELRIUS.

P. 259. *Fugio*] F. *fugi*. Manus docta.

*Duxit me uxorem* &c.] *Ducit* scribe, propter vet. libb. consensum. Vossius.

*Duxit me uxorem sibi liberium quaesendum gratia*] Haec forte eadem sunt, quae in Andromeda citantur, nisi quod parum differant. Manus docta.

*Audis, atque auditis* &c.] Scaliger ad Festum *Audi* legit, quod metrum, & sententia postulat. Vossius.

*An inter se* &c.] *Se* exigit metrum. Voss.

P. 260. *O pie secum*] Fortassis scrib. *Properare secum ad vocans, eum ad*, &c. DELR.

*O pie eam* &c.] Janus Gulielmius legit, *Pie Deam secum ad vocans*. Delrio hoc pacto, *Properare secum ad vocans*. Sed examullim optimè Hugo Grotius, *Opem Consiavam ad vocans*. Vossius.

*O pie*] Prima verba *O pie* forte scribendum *omnes*: quod qui norunt MSS. non mirabuntur. in iis enim legitur *omnes* per p. in aliis sic scribitur *ōpēs*. Forte postrema litera s obliata fuit. Manus docta.

*Nitidant*] F. *nuditent*. Manus docta.

*Ego, cum meae* &c.] Non sententia minus, quam numeri requirunt;

— *Ego cum meae*

*Vitae non parcam, letum inimico deprecor*. Vossius.

P. 261. *Neque terram injicere* &c.] Pro tertio *neque*, nec lege: praeterca trajectoryne leviculā opus, ut sint jambici quadrati, hoc pacto:

*Neque terram injicere, neque cruenta convertere corpora*

*Licuit mihi miserae, nec lavere lacrimae salsum sanguinem.*

Quamquam quid est lacrimae sanguis? aut cur sanguis dicitur salsum? aut quomodo trucidato lacrimam potius, quam cruorem, jubet abstergere? Quare non dubito, quin

scripserit Ennius: -- *nec lavere lacrimis salsum sanguinem*. Quod simile est isti Attii in Phinidis:

*Salsis cruorem guttis lacrimarum lavit.*  
Et huic Ovidii l. 3. de Arte:  
*Sustinet, et lacrimis vulnera saeva lavat.*  
Vossius.

P. 262. *Nam nos decebat* &c.] Fortasse non Ennius, sed ea Cicero ipse de fonte Euripidis expressit. Vossius.

P. 263. *Athamas*] Hoc nomine dramata dedere Aeschylus & Amphius; sed hujus forte Comodia. DELRIUS.

P. 265. *Ignovus*] F. *vinovus*. Scribebant enim antiqui *inovus*, unde facile haec lectio potest derivari. Manus docta.

*Andromeda*] Vertit ex Euripide. DELR.

P. 266. *Ad nationem caeli*] quidam lib. *carvationem caeli*. melius. DELRIUS.

*Quae cava caeli* &c.] Haec ex Enni esse Andromeda, de Scaligeri conjectura dicuntur; sed parum certa, cum apud Varonem in cunctis codd. non *Andromeda*, sed *Andromacha* legatur, quam etiam scripsit Ennius. Nec si aliter legi deberet, eò Ennii Andromedam intelligere necesse haberemus, cum etiam Livius, & Attius, ejus nominis fabulam dederint. Adde quod post Andromedae & Agamemnonis verba subjicit Varro: *Et Ennius item, Caeli ingentes fornices*. Quomodo, puto, non scripsisset Varro, si priora etiam Ennii fuissent. Nec ista quidem, *Caeli ingentes fornices*, cur ex Andromeda esse credamus, idonea adferri causā potest. Vossius.

*Filiis propter te* &c.] Ut trochaici sint, lege, *Filiis propter te obiecta innocens sum Nerei*. Vel sic,

*Filiis te propter obiecta innocens sum Nerei*. Innocentem se ait Andromeda, quia non ipsa peccarat, sed mater Cassiopea, quae Nereidas à filia sua dixerat pulchritudine vinci. Ovidius;

*Illic inmeritam maternae pendere linguae Andromedam poenas.*

*Filiis* igitur (in quo decipitur hoc loco Delrio) pro *filiiabus* dixit: cujus generis multa adducimus in commentariis nostris de Lingua Latina. Vossius.

P. 267. *Scriptio investita saxo*] Non videtur

detur mihi sanus hic versus. Quid enim attinet ad, *scapres*. non invitus illum cum sequenti, nonnullis mutatis, conglutinatum hoc pacto;

*Filiis propter te obiecta sum innocens Nerei.*

*Scaprio investita saxo, atque ostreis, quam excalperent.*

*Scapreo*, inquam ad sensum Nonii; *excalperent* Nerei filii monstra marina, cete grandia. DELRIUS.

*Scapreo vestita saxo* &c.] Ita rectè editum à Mercero. Ubi MS. *excalperent*, Aldina editio *excalperent*, Mediol. *excalperent*. At Delrio planè hic audiri non debet. Ostreis squamas scapres esse ait, quomodo Ovidius refert fuisse ei

— *terga carvis super obliata conchis*. Vossius.

*Circum sese urvat* &c.] In Mediolan. & Ald. solum est: *Circum sese urvat ad pedes*. Sed in schedis Antonii Augustini sequebatur: *ad pedes terra occ.... caput*.

Unde primitus ita restituebam:

*Circum sese urvat ad pedes, ter occulit*

*Caput* —

Sed duplici nomine haec sententia improbat. Nam quae & deinceps dicuntur de ceto à Perseo vulnerato, ea trochaici sunt: à quibus haec abire non debent. Deinde in Farnesiano codice legitur, *terra quadringentos caput*. Unde non infeliciter, siquid in his studiis video, legendum conjecto, *ter ac quater ingens caput*. Solum deest verbum *occulit*, quod ex Augustiniani codicis vestigiis revocari debet. Sic igitur scribo:

*Circum sese urvat ad pedes, ter ac quater ingens occulit*

*Caput* —

*Cetus*, inquit poeta, accepto vulnere, ad Persei pedes se urvat, quod est *κὀπιτῆς*, ac caput ingens undis occulit ter quaterque. Quomodo de eadem bellua Naso ait 4. Met.

*Vulnera laesa gravi modo se sublimis in auras Attollit, modo subdit aquis.*

Quod verò dixi, trochaicis Ennium retulisse fabulam de Perseo & ceto; id sequens etiam fragmentum ostendit:

— *Alia fluitus differt, dissipat*

*Visceratim membra, maria salsa spumant sanguine*. Vossius.

*Circum sese urvat, ad pedes à terra quadringentos occulit caput*] F. *saepa* F. *at pedestera*. F. *Circum saepe urvat*, (i. e. teste Festo *circumdut*) *at pedestera* (ut pedester) *quater ingens occulit* (vel *occulit*) *caput*; vel; *Circum saepe urvat ad pedes, ter aut quater ingens occulit caput*. Vidend. fabula cethi. unde locus hic emendandus. Manus docta.

*Rursus prorsus reciprocatur fluctus feram*] Ennius Andromeda apud Nonium; *Rursus prorsus reciprocatur fluctus feram*. Sic enim hic locus procul dubio legendus est. D. Heraldus anim. ad Arnobii l. i.

*Rursus prorsus reciprocatur* &c.] Cùm haec quoque de ceto intelligantur: non jambicus erit, sed trochaicus, cui prima deest *διπλῶδία*. Vossius.

*Corpus contemplatur, unde* &c.] Hoc est circumspicit Perseus, quā parte ceto possit vulnerare. Nam id valet *corporare*, Nonio teste. Vossius.

*Corporaret*] F. *corporarat*. Manus docta.

P. 269. *Thelephus*] Scripsere *Τελεφος* Archilochus & Agathon, citantur Stobaeo & Athenaeo: sed Ennius Euripidem expressit. De Telephi miseria etiam Horat. ad Pison. & de ejus vulnere etiam in Eporis: de mendicitate, Suidas. DELRIUS.

P. 271. *Regnum reliqui septus medici sola*] Vide P. Leopardi emend. l. 8. c. 24.

P. 272. *Qui*] F. *ut*. Manus docta.

*Thyestes*] Scripsere Euripides, Agathon, Cheraemon, alii. Idem perro *Thyestis, Atretes, Pelopidarum* argumentum fuisse opinor. DELRIUS.

P. 273. *Adspice hoc sublime* &c.] Scaliger legit *Sublimen*, quod in veteri Appuleji codice invenisse se ait. Ac sequitur hanc emendationem Delrio. Quod factum nolim. Nec enim tralatio ista satis apta est: nec eam vel Ennius, vel alius de caelo usurpavit: ut ante annos hos decem ostendimus lib. 4. Orat. Instit. c. 6. Ubi contra maximum illum virum lectionem vulgaram tuemur versibus istis Euripidis, qui apud Athenagoram leguntur in Apologia pro Christianis:

*Ὅρας τὸν ὑψαῖον, τὸν δ' ἄπειρον αἰθέρα,  
καὶ γὰρ πῆρεξ' ἕχονδ' ὕψους ἐν ἀγυῶ-  
λαις;*

Τούτων νόμιζε Ζήνα, τὸν δ' ἠγού' θεόν.  
*Videsne sublimem hunc, & immensum aethera,*  
 Omnem suo qui continet terram sinus?  
 Hunc tu Jovem putabis, hunc credes Deum.  
 Quis non videt, Ennium hinc more suo expressisse ista,  
*Aspice hoc sublime candens, quem vocant omnes Jovem.*

Quod siquid in Ennio mutandum, non pro sublime, sublimer, sed sublimum scribi debet. Quomodo idem Achille dixit:  
*Per ego Deum sublimas subices, humidus Unde oritur imber.*

Lucretiumque, & Sallustium, similiter usos esse, ex Prisciano, ac Nonio discimus. Vossius.

P. 274. *Sublimem*] Sic Agennensis Aristarchus ex Apulejo. DELRIUS.  
*Sed me Apollo &c.]* Sic numeris restitue, ut sit octonarius:  
*Sed ipse Apollo me delectat, atque ductat Delphicus.*

Quamquam quid aliud est *ductare*, quam *delectare*? Nam *delectare* hic est, *illicere, attrahere*: ut Nonius exponit. Nec apud Junianum Majum verbum *ductat* invenitur. Quare videtur, in nonnullos libros ex glossmate irrepsisse. Ut vera lectio sit ista:

*Sed ipse Apollo me delectat Delphicus.* Voss.  
*Quam mihi maxime &c.]* Trajecto vocabulo senarius fiet:  
*Quam maxime hic mihi hodie contigerit malum.* Vossius.

*Huius mea fortuna &c.]* Eheu si scribas, fuerit trochaicus quadratus. Sed in Mediolanensi, uti & Merceriana, est *glomeras*. Quod si placet, *omnia* distyllabon fiet, ut senarius sit. Vossius.

*Impetrem]* quid. cod. *Impetrem facile ab animo ut c. v. halitum.* Hinc mihi suspicio (quia vox illa *Baebium* futillis omnino) haec dici Thyestae filiis, uti patri persuadent sustineat redire in patriam, & fratrem contueri; & scriptum fuisse ab Ennio; *Impetret facite ab animo, ut cernat vitam Atreum.* DELRIUS.

*Impetrem facile ab &c.]* In MSS. & Vett. edit. nunc *Babium* est, nunc *Baebium*. Cui,

cum Romanum id nomen sit, locus in traegodia Graecanici argumenti esse non potest. Propterea Mercerus legit, *cernat vitam biov*. Quomodo Cicero dicit, *vitam vitam ducat*. Sed quis tragicum esse dixerit, *vitalis biov*? nisi forte ex praefatione est, in qua & Babii, vel Baebii nomen, invenisset locum. Quod Scriverio nostro placet, qui legit:

*Impetrem facile ab animo, ut cernat vitam Baebium.*

Ut Vitalis Baebius nomen alicujus poetae sit, aut obtrectatoris: & forte is ipse, ad quem Accius Didascalica sua scripsit: ut verbis istis discimus apud Carisum lib. 1. *Quam varia sint genera poematorum, Baebi, quamque longe distincta ab aliis, nosce*. Sed si haec praestantissimi viri conjectura minus arideat, (quae sane mihi se mirè probat,) vel lege *vitam halitum*; ut nonnulli emendant: vel cum Delrio scribe:

*Impetret facite ab animo, ut cernat vitam Atreum.*

Ut dicantur ista Thyestae filiis, cum miterentur ad patrem, oraturi, ne gravari vellent, ad fratrem suum Atreum venire. Vossius.

*Sed sonitus]* De crepo agitur, non increpo. quare repon.

*sed sonitus aures in meas*

*Pedum pulsu crepat.* DELRIUS.  
*Sed sonitus aureis &c.]* Nihil mutandum, cum *meis* *ovizhiov* patiatur. Est igitur senarius. Nec movere debet, quod in *Crepo* hoc adfertur exemplum: unde Delrio legere jubet:

*sed sonitus aures in meas*

*Pedum pulsu crepat*  
 Nam ibidem alia etiam compositorum exempla simplici permiscet Nonius. Et idem passim facit in istoc opere. Quid certius? Vossius.

*Agat]* L. *agat?* Manus docta.

*ipse summis faxis &c.]* Turnebus l. 23. Advers. cap. 3. pro *tabe* legit *tabida*; pro *evisceratus*, *visceratus*, quod exponit *laniatum*, *discerptum*. Ita trochaici erunt, instar sequentium. Quod si *evisceratus* retineamus, jambici erunt octonarii, dummodo pro, & *sanguine*, scribas, *atque sanguine*. Nem-

Nempe hunc in modum:  
 — *ipse summis faxis fixis asperis*  
*Evisceratus latere pendens, saxa spargens tabida*

*Sanie, atque sanguine atro.* Vossius.  
 P. 275. *Neque sepulcrum quod &c.]* Priori in versu pro quo *se recipiat*, deleto provocabulo, quo recipiat scribi debet: item versu seq. pro, *requiescat à malis*, inducto praeverbio, scribendum, *requiescat malis*. Ut trochaici sint quadrati: & favent utrique emendationi isti vet. codd. ut ad Ciceronem suum annotavit alter illius cum Guilielmio sospitator, Janus Gruterus. Vossius.

*Habeat portum corporis]* F. *habet aut portum corpori.*

P. 276. *Nolite hospites adire &c.]* Pro *istis* Guilielmus legebat *sistite*: sed invitis lib. Rectum est *istis*, sive quod ex Pythaeano codice probat maximus Gruterus, *isti*. Antiquum hoc pro *istis*, quomodo, *illi* pro *illic* crebrò legas apud Plautum, & Terentium. Idem *illico isti* cum praecedentibus jungit. Quod placet. Meo abest ab vet. lib. etiam edit. Rob. Stephani, & Gruterianâ. Verba Ennii sic numeris restituo: — *Nolite, hospites,*

*Adire ad me illico isti, ne contagi*  
*Mea bonis, umbrâve obsit: sceleris tanta vis*  
*In corpore haeret* — Vossius.

*Phoenix]* Sic inscripsit Tragoediam teste Stobaeo Euripides; teste Athenaeo Sophocles & Eubulus. Ex filii sui causam narrat Phoenix Iliad. 1. DELRIUS.

P. 277. *Sed virum vera &c.]* Ita nuperae editiones. Sed in cunctis vet. lib. legitur, *adjecit fortiter, Eumque innoxium vocare*. Unde Clarissimus Scriverius acutè conjectabat, ex glossmate haec irrepsisse, ubi scriptum fuerit, *Adjecit FORTITER, cum innoxium vocaret*. hoc est, cum non obnoxium notaret. Et fortè *vocaret* ex *notaret* postea inolevit. Hoc glossmate turbillato; item ex *purum & firmum* altero ejecto, tanquam ab haesitante scribâ natos; sic idem Ennii versus in senarios redigebat:

*Sed virum verâ virtute vivere*  
*Animatum fortiter adversu' adversarios:*  
*Ea libertas est, qui pectus firmum gestitat;*

*Res aliae obnoxiae nocte in obscura latent.*  
 Vel, si *ovizhiov* in *obnoxiae* distipite,  
*Obnoxiae res aliae in obscuro latent.*

Ut *nocte* repetitum sit ex *obnoxiae*. Et sanè vel haec vera sunt: vel saltem *innoxius* factum est ex *obnoxius*: quod, quia de hoc agitur, ad oram fuerit adjectum, unde *innoxius* in textum sit receptum Quo uno observato, non difficile sit, hinc facere trochaicos quadratos:

*Sed virum verâ virtute vivere animatum addece,*

*Fortiterque eum (vel ἀρχυμάς Εμπνεστικῶς) vacare adversus adversarios.*

*Ea libertas est, qui pectus purum & firmum gestitat,*

*Aliae res obnoxiae\* nocte in obscura latent.*  
 Hiatus verò versu extremo expleo hoc pacto:

*Aliae res obnoxiae hosti nocte in obscura latent.*

Nam cum ductus literarum in *hosti* non multum abeat à sequenti voce *nocte*; similitudo ea occasionem dare potuerit oscitanti librario alterum praetereundi. Voss.  
*Vacare]* F. *vocare*. Marus docta.

*Saeviter suspectionem ferre &c.]* *Suspectionem* ab Hadr. Junio, ac Mercero editum est: ubi vet. lib. *suspicionem*. Nec video, cur mutarint. Nam secundam etiam producit Telamone,  
*Eandem me in suspicionem sceleris partivit pater.*

Quomodo iidem hoc loco ediderunt. In Med. & Ald. imò & recentibus nonnullis, legas *futillum est*. Sed *futillum* est in MSS. uti & Jun. Majo. Nec quicquam mutandum. Nam ut *bilarus* & *hilaris*, ita videntur dixisse *futilis* & *futillis*: ab hoc est *futiliter*, ab illo *futile*; quo Ennius utitur fragmento proximo collectionis Scriverianae. Vossius.

*Plus miser sum]* Repono,  
 — *plus miser*

*Sim, si scelestum faxim, quod dicam fore.*  
 inferior *sim* (ait) si id faxim, de quo quale sit facinus si interroget, scelestum id esse pronuntiet. DELRIUS.

*Plus miser sum &c.]* *Scelestum* est in vet. edit. & apud Majum. Sed in MS. est *lestim*

lestim. Quod Mercerus expressit. Ut disertim & disertim, caute & cautum, arctim & arctim, exquisitum & exquisitum; sic scelestim & scelestim. VOSSIIUS.

*Stultus est*] Scrib. *stultus* est, qui. DELR.

*Sultus est* &c.]. Vel est trochaicus ἀκέφαλος; vel potius, *Stultus* est scribere; ut senarius sit. VOSSIIUS.

*Quam tibi ex* &c.]. In Mediolanensi editione reperi:

*Quam tibi orationem ex orā dūritur dictis dedit.*

Quod probum censeo. Ex orā maritimā sermo ille fiebat. Nam agitur de iis, qui mari se dabant, ut sequens indicat fragmentum:

*Ibi tum repente ex alto in altum descepit mare.*

Uterque versus est trochaicus quadratus. Nempe *ad orationem κατά συνθήκην* effertur. VOSSIIUS.

P. 279. *Mihi auscultata nate* &c.] Metrum requirit, *cremari pueros*. Vel scribe, *Mē aus. n. puerosque cremari vide*. VOSSIIUS.

*Certo*] L. certe. Manus docta.

*Quin*] L. quae. Manus docta.

*Lumina sic tremulo*] Heroicum versus in tragoedia etiam locum habere, ex non uno Senecae loco constat. VOSSIIUS.

P. 281. *Alcmaeon*] Nora historia ex Statio in Thebaid. Athenaeo lib. 6. Aristotele 3. Eth. Virgilio in 6. Aeneid. & aliis. DELR.

P. 283. *Tum pavor sapientiam* &c.] Apud Ciceronem l. 3. de Orat. versus iste aliis legitur permixtus, ut si iste Tullii sit, reliqui etiam videantur. Ita enim ibi legitur:

*Multimodis sum circumventus morbo, exilio, atque inopia.*

*Tum pavor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat.*

*Alter terribilem minitatur vitae cruciatum, et necem,*

*Quae nemo est tam firmo ingenio, et tantā confidentiā,*

*Quin resugiat timido sanguen, atque exalbescat metu.*

At minime iccirco existimandum, haec apud poetam ita cohaesisse. Nam eopse libro junxerat Cicero:

*Tum pavor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat.*

*Num non vis huius me versutiloquas malitias.*

Sed neque idem ubique metrum est. Nam qui syllabarum intervallum attendit, facile videbit, primum versus esse ex senario, atque ita scribi debere:

— *Multis modis*

*Sum circumventus morbo, exilio, atque inopia.* Versu secundo putarem particulam *Tum* à Cicerone esse, nisi & aliis eam locis Tullius praemitteret. Interim aliud fragmentum est, sive trochaicum esse luber, sive ex senario sit, atque ita scribere conveniat:

— *Tum pavor*

*Sapientiam mihi omnem ex animo expectorat.* Utrum verò divisim, *ex animo*; an conjunctim, *ex animo*, scripserit; quaerit à doctis video. Magnus Turnebus putabat, non magis Latine dici, *ex animo expectorare*, quam *ex pectore exanimare*. Cui obducimus illud Actii Phoenicis:

*Incusant ultro à fortuna opibusque omnibus desertum, abjectum, afflictum, ex animo expectorant.*

An dicemus hic legi debere, *afflictum, exanimum, expectorant*? Sed obstant lib. omnes. Et minus ἐμπατικόν est, si ἀπλῶς dicas, *expectorare aliquem*, quam *expectorare ex animo*, quod est ex animo amorem omnem ac curam alicujus deponere, vel abjicere. Qui similis ferè est pleonasmus, à memoria meminisse, apud Plautum Capt. *aedificare domum* apud Cic. r. de Off. & similia. Imò, quando Fabius l. 8. ait, simile esse *eliminare ac expectorare*, ac ejusdem hoc notae esse ac *exanimare*: sanè hinc quoque exemplum isti geminum petamus. Nam etsi lumen aedium pars sit, tamen dixere, *extra aedes eliminare*, ut Pomponius Conchà:

*Vos istic manete, eliminabo extra aedes conjugem.*

Et Ennius Medea Exule:

*Quid sic te extra aedes exanimata elimina?* Quare liquet, nihil causae esse, cur Latine esse negemus, *expectorare sapientiam ex animo*: quando idem est ac *expectorare eam ex pectore*. Nam sapientia animo inest,

est, qui in pectore creditur domicilium habere. Nec propterea poetam ita scripsisse contendo. Nam cum passim legamus, *exanimari aliquem metu*; satis est verisimile, similiter hic dici, *exanimari aliquem pectore*. Et disertim in libb. quibusdam *exanimo* legitur, vel etiam *exanimato*: quomodo citat quoque Raphaël Regius notis ad Quintilianum. Idem in plusculis Tullii MSS. codd. invenitur: & in praecleara Ciceronis editione, quam Grutero inter tot alia bona debemus. Neque metrum refragatur, dummodo *sapientia κατά συνθήκην* quatuor efferas syllabis, vel *mihi* contrahas, hoc pacto:

*Tam pavor sapientiam mi omnem exanimato expectorat.*

Sequitur apud Ciceronem fragmentum tertium, quod tribus constat trochaicis quadratis. Sed princeps eos inter ἀκέφαλος fortasse fuit. Nam valdè eò inclino, ut credam, principale verbum *Alter*, non à poeta esse, sed à Tullio; qui eo signarit, sequentia ab alio dici, quam quae praemisera. Non audiendus verò Paullus Manutius, qui ait, sententiam postulare versus extremo, *timido sanguine*. Quod ea planè respuit. Quippe sic abundabit versus superiori provocabulum *Quae*: quod invito metro tolli non potest. Praeterea *sanguen* disertim quoque habes lib. 5. de Fin. & ita adducunt Nonius, ac Priscianus in 6. VOSSIIUS.

*Sed*] F. & vel fiat. Manus docta.

P. 284. *Intendit*] Sic haec Ennii, ut puto; profecto & alia quae inf. Q. Carulo adscribemus. Ibidem enim omnia ex Cicerone. Non ausi tamen fuimus Carulo adimere, eo quod Cicero Alcmaeonem Catulo vocet. Sed hoc intelligi potest dictum, quia Catulus Alcmaeonis testimonium produxerat. Liberum ergo cuius iudicium relinquo. DELRIUS.

P. 286. *Crasa pulvis oritur* &c.] Hadrianus Junius, quem etiam sequitur Hieronymus Columns, existimat Ennium, Alcestidis, atque Euripidis exemplo, *Cressas* scripsisse; eoque pro *Crasa*, *Cressis* legit; ut Ennii solum verba sint ista; — *Pulvis oritur, omnem pervolat caeli fretum*. Sed

aliquid diceret, si in superiori verso, qui est trochaicus quadratus, offendere eum quicquam posset: vel si Ennii *Cressas* veterum ullus laudaret. Nec magis assentio, cum pro pervolat, uti est in MSS. & praelo excusis, *pervolgat* legere mavult. Nam id verbi hic locum non habet, ut quod significet *concelebrare, frequentare*. Lucretius l. 11.

*Et variae volucres, laetantia quae loca aquarum*

*Concelebrant circum ripas, fontisque lacusque;*

*Et quae pervolgant nemora avia pervolitant.*

Paccuvius: *Alcyonis ritus litus pervolgens feror*. VOSSIIUS.

*Pervolgat*] Sic Critici pro *pervolat*. Sed quid sibi vult, quod in aliis codicibus habetur; *Ennius, Cressis; Pulvis oritur, &c.* haereo. nam *Cressas* Ennium scripsisse scio. Sed & femin. genere *polvis* solitum uti scio. Annal. 8.

*Jamque verè polvis ad caelum vasta videtur*. Item;

*Jamque fere polvis fustiva volat*. DELRIUS.

P. 287. *Alcestis*] Alcestim Antiphanis citat Athenaeus. Puto, hanc fuisse comoediam. Nam in membranarum Fulgentii habetur; *Em. Telestide Comoedia*. DELRIUS.

P. 288. *Tibi vita, seu &c.*] Est apud Carisium l. 11. ubi in editione Putschiana legitur, *Seu ibi vita, seu mors i. m. e.* Quo ex Ennii libro petatur, non addit Sosipater: sed Nobilissimus Columna, (sanè levi nimis, uti censeo, conjecturā ductus) ad Alcestidem tragoediam refert. Nam Planciades quidem nominat Ennii *Alcestidem* (pro quo in aliis libris est *Telestidem*) sed Grammaticus iste saepe eos laudat scriptores, qui neque sunt, neque fuere unquam. Quod jamdudum doctissimo Mercero observatum. Sed si stare visum Grammatico tam sublethae fidei; sanè fuerit ex Alcestide, non tragoedia, sed (quod planè insubidum) comoediā. Sic enim disertim vocat in *Friguris*. VOSSIIUS.

*Seu*] F. seu. Manus docta.

*Nimirum*] Quid si pro *nimirum* corrigas *nimum*. DELRIUS.

P. 289. *Una marito* ] In vet. impress. non existat *τὸ una*. credo rectè. & pro *marito* forsàn? *Marito*, ut loquatur de Colchico dracone. Quidam *arietino*. DELRIUS.

*Pecudi dare vivam* &c.] In MS. nostro est: — *Pecudi dare*

*Viam marito* —

Ubi in veteri Veneta, *Vivam marito*. Unde Cl. V. P. Scriverius legendum conjectabat, *Viram marito*. Et sanè *ἀντίθετος* hanc lectionem suadet. *Vira* pro marita, vel simpliciter femina, ut *Quercetulanæ viræ* apud Festum. Vossius.

*Viva* ] F. *viam*. Manus docta.

P. 290. *Ilione*] Quam Virgil. r. Aeneid. *Ilionam*, Homer. *Iliad. 9. Laodicea* nominet. ea natarum Priami maxima captâ Trojâ impetravit à diis, ut, ne in Graecorum potestatem veniret, terra sibi dehisceret. Auctor Q. Smyrn. *παράλιπ. 13. DELRIUS.*

*O pietas animi!*] Ex Ennio adducit Cicerone in Lucullo. Ac ut ex Iliona cum Nobilissimo Columna esse credam, faciunt, quae proximè subdit Tullius. Vossius.

P. 291. *Mater te appello* &c.] Dixit haec umbra Polydori. Censeo autem fuisse trochaicos ejusmodi,

*Mater te appello, quae cur. s. f. l.*

*Neque mei te miseret, s. c. s. n.* Vossius.

*Age, adsta, mane* &c.] In nonnullis *nim* abest: sed rectè expressum à Kob. Steph. & aliis. *Ista* ferri potest, si post *mane* dispescas. Verius tamen puto, ut senarius compleatur: — *Age*

*Adsta, mane, audi, itera dum eadem* & *istaec mihi.*

Ex haec verò tragoedia autumat H. Stephanus etiam esse locum, qui apud Nonium legitur in *Nepos*. Nam ubi in vulgatis est, *Ennius Iliada: Nepos, quas aerumnas tetulisti*: pro *Iliada* legebat ille *Iliona*. Sed rectè observavit Hadrianus Junius, ita corrigi debere: *Ennius, Iliad, dia nepos, quas aerumnas tetulisti.* Vossius.

*Dum*] F. *tum*. Manus docta.

*Ista*] F. *istia*. Manus docta.

*Antioja*] Illud addere visum, inter tragoedias Ennii etiam *Antiojam* fuisse. Sed

nihil ex ea à veteribus, addito fabulae nomine, citatur. Solum Ennianae Antiope argumentum ponit Hyginus fab. 8. quem vide. Vossius.

P. 295. *Ambracia*] Fragmenta ex Ennii *Ambracia* omisi, quod Comoediam putem. Qui requiret, Nonius suggerit in *cluet*, in *veget*, in *cunctant*, in *populat*. DELRIUS.

P. 297. *Homo qui errant* &c.] Janus Guilielmus malebat, *Domo qui errant*. Commodè quidem: sed nihil video, quod cogat recedere ab omnibus libb. Proximo etiam versu trajectis vocibus legas in aliis: *Quasi lumen de suo lumine accendat facit.*

In suo est *εὐνοειδόνος*. Uti & versu tertio in luceat. Quod est in plerisque libb. Ubi alii *lucet*: quod Langius probat. Vossius.

*Lucet*] M. *lucens*. Manus docta.

P. 298. *Quem mesuunt, odervunt*, &c.] Rectè alii *perisse*, metro ita exigente, quod trochaicum est. Vossius.

P. 300. *Refugiat timido sanguen* &c.] Apud Ciceronem, uti supra vidimus, est, *Non refugiat*. Ut trochaicum sit. Sed particula *ἀρηστηκῆ* abest apud Priscianum, etiam in antiqua Veneta, & MS. nostro. Pro *timido* apud Junianum Majum est *tumido*: multoque ineptius in Purfchiana *timidus* legitur. Vossius.

*Exalbescat*] M. *expalescat*. Manus docta.

*Salmacida*] A *Salmacia* nota libidine, & fontis obsecnitate solent deducere. Sed veteres illi magistri Latino-Graeci in glossar. *Salmacia* *ἀμριτινή. Salmacia* *αὐα ἀλμυρὸν ὕδωρ. Salmacidus* *ἀλμυρός. Salmacidum* *ἀλμυρόν.* DELRIUS.

*Salmaci da spolia* &c.] Ita Festus legisse videtur. Sed malo conjunctim *Salmacida*, ut in melioribus Ciceronis codd. legitur. Verr. glossae interpretantur *ἀλμυρά*: nempe glossographus ille deduxit à *Salmacia*, quomodo dictam ait Amphitriten. Propterea Scaliger ad Aufonium & Festum tradit esse translationem à captura marina, quae venatione facilior est, cum fiat *καὶ ἀναμυρῆται, καὶ ἀνοιστῆται*. Sed liceat à summo viro dissentire, quem glossographus in errorem abduxit. Nam quis fando unquam *Salmaciae* Deae nomen accepit? Nempe *Salaciam* dicere voluit, sanè debuit.

buit. Nam *Salacia* Neptuni conjux, quae Graecis *Ἀμριτινή*. Varro lib. 4. de L. L. *Salacia* *Neptuni ab salo*. Idem Gellius docet l. 13. c. 21. ut Servium, Capellam, Augustinum, omittam. Quod si à *Salmacis* est *salmacidus*, quomodo (in quo etiam *Delrio* deceptus) significabit falsum, aut marino? Nec enim *Salmacis* maris est nomen, sed fons in Caria fuit: ut omnes sciunt. Nam, ut poeta ait,

*Cui non audita est obscena Salmacis unda?* Planè igitur sic censeo, *Salmacida* *spolia* esse, quibus exultant juvenes molles atque impudici, quando *Ereptae*, ut idem loquitur, *spolium virginitalis habent*. Nec *ἀναλογογία* adversatur. Nam ut ab herba est *herbidus*, sic à *Salmacis* est *Salmacidus*. Quod non attendit doctissimus Guilielmus. Nam ut *Salmacida* tucatur, ait, sic fere *Salmacida* esse à *Salmacis*, quomodo à *Threxe* *Threxicida* est apud Ciceronem Philippica 3. Atqui tum, ut *Threxicida*, sic *Salmacidica* diceretur. Vossius.

P. 301. *Tanto sublatae* &c.] Alia etiam huc retulerunt, quae ex Annalibus esse videntur. Uti illud:

*Tanto sublatae sunt agmine*

*Tunc lapides* —

Nam causâ non est, cur ex anapaesto potius, quam hexametro esse credamus. Vossius.

*Nulla sancta societas* &c.] Senarius sit: *Nulla est societas sancta regni, nec fides.* Voss.

*Minime nomine* &c.] Illud ex Donato, *Minime nomine fieri pravum*, corruptum est ex isto: *Commemini* (vel *Tummemini*) *fieri me pravum*. Uti rectè Paulo Merulae observatum. Atque ex istis de aliis quoque iudicium ferri potest, quae Columna, atque alii, temere ad incertae tragoediae fragmenta retulerunt. Vossius.

P. 302. *Animusque aeger* &c.] Ex Ciceronis 3. Tuscul. tanquam Ennii citatur, *Animusque aeger semper errat, neque pati, neque perpeti potest: cupere nunquam desinit.* Quae vel trochaici fuere:

*Animusque aeger semper errat, neque pati, neque perpeti*

*Quit: nec unquam cupere desinit.* — Vel potius jambici tales:

*Semper animus aeger errat, neque pati potest, Neque perpeti; nec unquam cupere desinit.* Sed etsi haec ex tragoedia esse vir doctus putarit; tamen comoediam potius sapiunt. Vossius.

*O fides alma* &c.] Monet H. Stephanus, in aliis esse *alta pennis*: in aliis item, *qua pendet iusjurandum Jovis*. Quod Hier. Columna imprimis sequitur. Puto nihil mutandum. Nam *apta pennis* est pennata, ut, *caelum stellis fulgentibus aptum*, hoc est stellularum, sive stelligerum. Vossius.

*Atque genua* &c.] Ita apud Isidorum etiam in MSS. nostris invenimus. Achilles Statius Lusitanus corrigat:

— *Aequae genua comprimunt artè genas.* Malim ego, & propius ad veterem scripturam:

— *Atque genua artè comprimit gena.*

Adducit verò hunc locum Isidorus, ut probet dicta genua, *èd quod in utero sint genis opposita*. Uti contrâ docet Soranus Iliages suae cap. 17. *genas dici*, quia in utero genibus opponantur. Atque ex hoc inter alia cognoscimus, librum istum (quo sanè exigua jacturâ careremus) non esse nobilis illius medici, Sorani Ephesi, ac ne Graeci quidem scriptoris, quando *gena* Graecè est *βλέφαρον, genu γόνυ*. Nec verius Isidorus, quando *genus* est, non à *genâ*, sed à *γόνυ*. Interim ex isto Isidori loco cognoscimus, Ennium eo versu indicasse situm foetus in utero. Ac propterea assentio doctissimo Scriverio, qui acutè vidit, esse hoc fragmentum, non ex tragoedia aliqua, sed ex Epicharmo. Nam eo in poemate inter alia de humani corporis constitutione ac foetu differuit Ennius: quod ex reliquiis cognoscimus. Eò igitur refer. De operis titulo vide egregie differentem Hieronymum Columnam. Vos.

*Arta*] L. *arctè*. Manus docta.

P. 303. *Pes pede premitur* &c.] Illud magis dubium, quod apud Hirium est:

*Pes pede premitur, armis teruntur arma.*

Nam si jambi fuere, ita digeri convenit: — *Pes pede, premitur,*

*Armis teruntur arma* —

Sed ex Annalibus si est, scripserit Ennius:

— Pes premitur pede, & armis arma teruntur. Vossius.

*Philosophandum*] Frustra de hujus carminis emendatione exultat Turneb. l. 2. adverb. c. 8. oleum non perdidisset, si Gellium consulisset; à quo Neoptolemo datur, sed ex qua Tragoedia non additur. DELRIUS.

*Philosophandum &c.*] Turnebus, ut senarius fit, legit:

*Philosophandum est mihi paucis: nam omnino haec placet.*

Sed puto fuisse trochaicum quadratum istiusmodi:

*Philosophari est mihi necesse: at paucis: nam omnino haec placet.*

Saltem propius ita acceditur ad verba haec Ciceronis, quae sunt l. 2. Tusc. Qu. *Neoptolemus quidem apud Ennium, philosophari sibi ait necesse esse; sed paucis: nam omnino haec quidem placere.* Vossius.

P. 304. *Cui, quod in &c.*] Ita corrigit Henricus Stephanus. Sed placet emendatio Jani Guiljelmii legentis:

*Qui, quod in me est, execrabor hoc, quo lucret, quicquid est.*

Extat verò l. 2. de Nat. Deor. Vossius.

*Cui*] F. cur. Manus docta.

*Ut tibi Titanis &c.*] Ita est apud Jun. Majum. Sed in Med. & Ald. pro *tibi* est *ibi*. Vossius.

P. 305. *Quod inde invictis &c.*] Ita Turnebus, cum prius, etiam in Med. & Ald. legeretur, *Quin inde*. Scaliger emendar: *Vindictam victis sumserunt perduellibus.*

Sed minus à veteri scriptura abit:

*Quae inde victis sumserunt perduellibus.* Vossius.

*Frunde &c.*] E Comodia verò planè est istud apud Varronem in 6. de L. L. *Frende, fritinni suaviter.* Ita enim legendum, ubi vulgo, *frunde fritinni suaviter.* Vel syllaba tota extrita est, ut Scaliger censet, qui legit; *Ne frende, fritinni suaviter.* Vossius.

*Atque prius*] O. L. quos vidi, tribuunt Ennio: Turnebus tamen scribit manu sc. cod. dare Naevio. DELRIUS.

*Atque prius pariet &c.*] Fortè ex annalibus fit, scripseritque Ennius:

*Atque prius pariet Lucam locusta bovem* ---  
Ut extremo versui quam desit. Vossius.

*Lucam bovem*] F. *Lupam, bos*.... Manus docta.

*Vos epulo postquam spexit*] Hoc apud Varronem 5. de L. L. ex Annalibus esse videtur. quod idem est isti apud Festum:

*Quod ubi rex... dulo spexit de montibus celsis.* Ubi Pomponius Laetus legit:

*Quos ubi rex ultro spexit de montibus celsis.* Scaliger autem:

*Quos ubi rex pullos spexit de montibus celsis.* Nempe ut *vos epulo*, fiat, *quos pullos*. Voss.

P. 306. *Aliud emporium &c.*] Pro *emporium* fortè *tenitorium* legi debet: quando de hostili campo sermo est. Pro *moene* in quibusdam libb. inveniri, etiam Columna monet. At *per moene*, non tantum est in edit. nuperis; sed etiam veteri Med. & Ald. Quod si alterutra lectio sana est, videntur veteres, ut *ile, castrum*, aliaque; ita & *moene* dixisse numero singulo. Sententia verò potius flagitat *pro moene*: quod est *ante moenia*. *Moene ἀρχαῖα* pro *moeni*: quomodo & *mare pro mari* dixit Varro Atacinus:

*Cingitur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo.* Similiterque usi Plautus, Terentius Varro, ac Ovidius non semel. Vossius.

*Pro moene*] F. *moenibus*. Manus docta.

*Ille meae &c.*] Non ausim pro tragico certò venditare hoc Ennii apud Festum in

*Tam*: — *Ille meae*

*Tam potes pacis potiri* —  
Sive, ut ex jambico fit:

— *Ille tam meae potis*

*Pacis potiri.* Vossius.

*Parentem & patriam &c.*] Senarius fit: *Parentem, & patriam Di servate sospitem.* Vossius.

*Tum tu isti crede &c.*] In Med. Ald. aliisque vulgaris, legi solet: *Ennius: Quem incertum tu isti credere atque exercere, ut linguam &c.* Sed in MSS. est: *Ennius, Quo enim costum tu isti &c.* Unde Turnebus fecit: *Ennius Choenice: Tum tu isti &c.* Sed verisimilius Columna: *Ennius Phoenice.* Quod & Mercerus probat. Ex ea verò fabulae inscriptione discimus, esse verba Pelei ad Achillem, cum eum institutioni Phoenicis committeret. Vossius.

*O terra trita*] Eodem Varronis libro Ennii versus laudatur;

*O terra trita, ubi Liberi sanum in civium muro locavi.*

mendose, quis non videt? Sed corrigendum censeo;

*O terra Threca, ubi Liberi sanum inclusum locavi.*

Prius à Libris, & notum est *Threca* in MSS. esse, quos nos malè meâ sententiâ *Thracas* vulgamus: alterum ex eorumdem vestigiis: habent enim in *civium*. unde factum, ut alii sententiae supplendae adjecerint *muro*: quod hic tam convenit, quàm in Tragoedia *foccus*. At constat religiosissimè Bacchi orgia apud Threca celebrata, eaque de re pleni veterum Libri, ne à me exempla expectes. J. Guilielmus verif. l. i. c. 19.

*O terra trita &c.*] Ita editio Med. Ald. aliae: ut vera haec videatur lectio:

— *O terra tritavi, Liberi*

*Fanum in cuius moero locavi* —  
Et ita quoque Scaliger, nisi quod frustra trajiciat voces: ut qui legat:

*O terra tritavi, in cuius moero Liberi Fanum locavi* —

At mirifica est correctio Aufonii Popmae: — *O terra Threicia, ubi Liberi*

*Fanum in Crunis Ismaro locavi* —

Sanè ingeniosum videtur commentum: quando Cruni Thraciae sunt oppidum, quod postea Dionysopolis nuncupatum, teste Plinio l. 4. c. 11. & verisimile est, à fano Liberi, qui idem ac Dionysius, Dionysopolin esse vocatam. Sed quid est *fanum locari Ismaro in Crunis*? Quis, nisi Geographiae rudis, unum fanum Ismaro, & Crunis, locis tanto intervallo disjunctis, collocet: cum Ismarus sit in Ciconum regione, prope Schoenium fluvium, qui ex mari fluit Aegaeo; Cruni ultra Haemum sint, ubi Zyras fluit è ponto Euxino. Vossius.

